B Hare nāq; debetis fratres dilectissimi:q̄ hoc solēne ieiunium quod alma mater ecclesia hodierna die precipit obseruari:a creatione hominis i ipso mundi primordio precepit deus in paradiso ade r eue vt a fructu arboris abstinerent. Hoc etiā ante legem moyses sanct⁹ obseruauit r legē suscepit. Hoc sub lege helyas astrinxit:r ad celū i curru volauit. Eua q̄dū abstinuit virgo fuit:r in paradiso permansit:sed dum ieiuniumviolauit/in miseriam corruit/libidinis corruptionē persensit/sub domino constituta remansit/et de paradiso expulsa fuit. Moyses etiā post ieiunium cum deo facie ad faciem locutus est:qui ante ieiuniū deum nec videre/ nec ad eum accedere ausus fuerat. Hierosolyma a sennacherib tpe ezechie regis r esaie p ieiuniū liberatur:et centum r octogintaquinq; milia celit⁹interfecti sunt in nocte vna r ne ferent eorū corpa:incinerati r in puluerem redacti sunt. Tempore etiam ione ieiuniū predicātis in cinere et cilicio veniam impetrauit. Nūquid et iosue filius naue ieiunauit plus q̄ per diem et cursum solis et lune temperauit:r hostes superauit? O ieiunium conuiuium animarū beatus qui te amat/sed beatior qui te frequentat. Qui em̄ ieiunat vt bonus appareat/vt cōseruet/vt sanior fiat/r vt ne corpore nimis impinguescat/non beatus est ille/qr ieiunium quod facit non virtutis est/sed presumptionis:nō virtutis est/sed attenuationis. Ideo nō mundo: sed deo ieiunare debemus. Sic eni sancti patres i veteri lege faciebāt Decimas em̄ deo dabant: r primitias de omnibus bonis suis. Sic r nos deo primitias dare debem⁹. Quas tūc primitias deo dam⁹:quādo corpore quidem a ctibus clemosynas etiam dando:r mente a vitijs ieiunam⁹. Et tunc deo tales primicie accepte sunt. Sed scitote fratres mei q̄ antiquit⁹ pres nostri fideles ieiunare cōsueuerūt: in vigilijs magnarum solēnitatum vsq; ad noctem:quod laudādum erat et bonum. Sed hoc non solum: sed etiam vigilabant per noctē:r ad ecclesiam ludendo r chorizādo ꝓueniebāt quod detestabile erat r malū. Tales nō solū romani erant nō solum papiēses r rauēnates:sed etiam mediolanenses. De qua turpi consuetudine volebat mediolani mater illa q̄ me carne r spiritu in christo regenerauit:r institutū est ipsa instigāte a patre nostro sancto ambrosio vt vigilie cassarent vel cessarent a cūctis:vt homicidia et fornicationes a fidelib⁹ deponerentur. Solum tamen ieiunium mentis et corporis cū elemosyna mediolanēsis ecclesia fidelibus reliquit. Sed dicetis. Nūqd in vita nostra semper ieiunare debemus? O fratres mei legem meam recepistis:r audistis frequēter inter cetera q̄ carnē vestrā dometis abstinētia esce et potus quātū valitudo permittit. Nolo enim me ipsum ligare. Nolui onera vestra portare:sed hoc solum super vos ponere volui:vt ieiunetis r abstineatis quātum facere deo fauente potestis. Nolo tamē q̄ diebus dominicis ieiunetis:hoc em̄ heretici r infideles facitū. Omne autem ieiunium exceptis diebus dominicis bonum est r laudandū si bene fit. Aliqud tamen est ieiunium deuotiōis vt ieiunare vigilias sanctorū cypriani cōpatriote nostri:r geruasij r protbasij r similia. Aliū est ieiunium institutionis:vt assumptionis sancte marie:r natiuitatis sancti iohannis baptiste/sanctorū apostolorum petri r pauli/simonis r iude/matthei r andree r iacobi maioris. Istorū em̄ vigilias ieiunare semp debemus:vt sicut ieiunando cum eis patimur:ita et i futurū cū eis pariter gloriemur. Sed mor mihi fratres dicetis. Cur festum natiuitatis sancti iohannis celebram⁹? Nunquid in peccato conceptus est? Et ideo attendite q̄ prius seminat homo:postea concipitur in vulua/r tbi caro formatur/deinde post dies quadraginta septem creatur anima r corpori infunditur fm sanctum patrem et martyrem cyprianum:cui in omnib⁹ compelloz credere:qr per spiritum sanctum optime locutus est Celebrat tamen natiuitas sancti Iohannis baptiste: nō

prima sed secunda. Prima enī natiuitas fuit in vtero: qñ anima in vtero fuit infusa. Alia vero extra vtero quādo venit ad lucē: et hec sine peccato fuit: qz sanctificatus fuit in vtero. Hec autē festiuitas non solum apud fideles sed apō in fideles vigiliam habet. In hoc festo maxime pagani ifideles ad ecclesiam suam conueniebāt vigilantes vt supra dixim⁹. Sed destructis vigilijs illis: adhuc tamen antiqtatis nomen tenemus: quia dum ieiunamus vigiliam nūcupamus. Vel aliter dicamus fratres. Nam dum illa sancta elizabeth q̄ filia fuit sancte ismare soror fuit carnalis sancte anne matris domine nostre: dū grauida esset de iohanne ante aduentū dñi sanctificatus iohānes nō fuit/sed salutata elizabeth a virgine/mox iohannes sanctificatus fuit in vtero. Merito ergo eius natiuitatē celebrare debem⁹. Sed nūc de apostolis: quorum vigilie non habentur/dicamus. Festū enī philippi et Jacobi ieiunium non habet: eo q̄ inter pascha et penthecostē est: qđ tps est gaudij letitie/z exultationis/quia saluator surrexit a mortuis. Jacobus etiā zebedei apostolus apō quosdam vigiliam non habet: eo q̄ occisus fuerit in vieb⁹ azimorum: nec diem mortis eius celebramus: sed potius translationis. Barthol omeus etiam vigiliam non videt habere: eo q̄ vna dierum fuerit decoriatus/z sequenti die obijt: z sic si haberet vigiliā/oporteret q̄ esset in tertia die quod est contra normam aliorum ieiuniorum. Thomas autem vigiliam non habet: eo q̄ tempore aduentus venit. Barnabas ieiunium nō habet: eo q̄ tempore ieiunij sit. Matthias ieiunium non habet: eo q̄ tempore ieiunij sit. Johannes euangelista ieiunium non habet: eo q̄ in gloria in excelsis simus: et gloriam in excelsis deo cantare debemus. Rogo tamē vos fratres licet ieiunia ista seruare nō teneamini: pro remissione peccatorum vestrorum vel pro periculo hostium ieiunare non desistatis: carnem domantes quātum portare potestis. Adiuuet nos christus filiꝰ dei qui pro nobis nasci et mori dignatus est. Amen.

Luce.j.

De obser. tetu.ca.j. et.ij

Luce.ij.

De murmuratione z detractione. In q̄ murmurationē/detractionē/z susurrationē exemplo vnico fugere: vera etiam quādoq̄ tacere edocet. Eiectionē clericorū suorū murmurantiū a domo sua/exemplo eiectionis ade de paradiso manifestat: ad quorū clericorū exemplar quosq̄ susurrones monet eijciendos: obseruata tñ in oībus misericordia: hypocritarū detestatur mores: detractorib⁹ mēsam suam negat: quos supplicijs eternis (quibus eligibilius est nō esse) deputatos cū iuda z diuite epulone affirmat: morq̄ iferni cruciatum/horrorem/terrorem q̄ perpetuū vnica exclamatione cōprehēdit. Sermo.xxvj.

B

Gal.v.

Rūe.xij.

Ne morantibus nobis in heremo fratres dilectissimi/murmuratores/detractores vl̄ susurrones nullatenus esse debemus: scientes q̄ tales regnū dei non consequentur. Non igitur stulta loquamur lingua dolosa: sed cum dei adiutorio sine cuius volūtate z nutu folium arboris nō mouetur: omnis murmuratio vel detractio procul sit a nobis: cōsiderātes quid marie sorori aaron z moysi: qz murmurauit acciderit. Nam murmurauit: quia moyses vxorem ethiopissam duxerat: z ea murmurante iratus est dominus valde: eo q̄ moyses esset mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Et ait dñs aaron z marie. Egredimini ad tabernaculum federis. Quibus pueniētib⁹ ait dominus. Quare nō timuistis detrahere seruo meo moysi: cui loquor facie ad faciem? Seruus etenī meus est: z in domo mea fidelissimus est. Et ecce maria statim repleta est lepra: cadēs super eam quasi nix. Quā videns moyses exclamauit ad dominum dicens. Deus meus obsecro sana eam. Cui respondit dominus. Separet septē diebus extra castra: z postea reuocabit maria ad pristinam sanitatem. Ideo attendite fratres q̄ maria hec que peccauit: animā subditorū et discipulorum significat: quādo suo preposito vel presbytero obedire recusat/z recusando murmurat/z murmurādo le

Psa. ... pantur per eos. Tertia enī lingua multa mala committit ideo si semel correpti non se emendauerint: de vestra sancta z singulari societate expellantur. Nec crudeles b̄ ee creditis: nec illi qui expulsi sunt ad tps: de hac expulsiōe dolere debent: sed cum omni humilitate eam suscipiant: dolētes tamen z flentes q̄ nondum intellexerūt apostolum dicentem. Si quis se putat religiosum esse non refrenās linguam suam: huius vana est religio. Melius est enim a cōgregatione presenti expelli ad tpus: q̄ a celesti regno perpetuo exulari. Sic enī (vt supra dixim⁹) expulsus est adā de paradiso: nō ad damnationem sed ad correctionē. Correctus vero z emendatus frater qui peccauerit et qui primo detraxerit: volo vt intervos fraterne recipiatur. Melius est enī vt redarguamur de misericordia q̄ de crudelitate in die nouissimo. Nam pium dominē quādo periisse legimus: ignoro: sed impium z crudelē frequēter perisse audio. Igitur o fratres mei et leticia cordis mei: obsecro vt non peccetis: vt in die nouissimo nec crudeles/nec nimis misericordes inuenīri possitis. Deponite murmura/claudite infra dentes linguam. ponite custodiam ori vestro et silete: non solum a malis/sed etiam quādoq̄ a bonis silere laudabile est. Ait ei sanctus prophetes. Silui a bonis. Nā bonū vbiq̄ pferre non debemus: sed tempus preferendi agnoscamus in cunctis. Estote igitur fratres non loquaces/sed veraces. Calcate murmurationes: z fugite eas vt mortem. Nam murmurare/detrahere/vel despicere hypocritarum conditio est z ignorantium. Murmurare denīq̄ z detrahere hypocrita non satiatur: de omnibus maledicens vt ipse solus a cunctis predicetur beatus. Omnia tu dicat: vt nemo sit qui eum audeat iudicare. Omnia despiciat: vt ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur. O hypocrita caue ne ad mensam meam peruenias. Nam ibi antēq̄ aliquid sumas/lectio mea tibi primo legetur. Quid ei primo in mensa mea descripsi? Quid primo in ea haberevl audire desidero? Quid primo in ea seruare precipio nisi q̄ Quisquis amat dictis absentum rodere famam. Hāc mēsam indignā noverit esse sibi. Ouspropter fratres si quis murmurare desiderat: non solum ad nostram apostolicam congregationem: sed nec ad mensam nostrā accedere presumat. Non enim ad heremum peruenimus vt murmuremus: sed vt mundanis omnibus conculcatis/in heremo pie/sancte/z iuste viuere valeamus. Quod si non fecerim⁹ (quod deus auertat) melius fuisset q̄ nati non fuissemus. Quare fratres mei meli⁹ fuisset: nisi quia meli⁹ fuisset nō esse q̄ male esse? Nunquid melius est carere esse: q̄ esse et perpetuo cruciari? Nam non esse cui possit obesse ignoro Sed habere esse et perpetuo cruciari/quid aliō est q̄ mortem sine morte semper habere? Verum et indubitanter verum vobis fratres mei dicere audeo: melius esset non esse q̄ cum esse perpetuo affligi vel eternaliter cruciari. Studeamus igitur fratres semper bene viuere vt et semper bene esse possimus: et semper bene nos esse posse credamus. Esse enī dei gratia habere nos scimus: sed semper bene esse omnino ignoramus. Propterea taliter linguā nostram ceteraq̄ corporis membra restringamus: vt mediāte diuina gratia ad perpetuum malum esse non perueniamus.

E

Matthei. xxvj. f

Hec de nobis dicatur: quod de iuda proditore discipulo dicitur. Melius est fuisset si natus non fuisset bō ille. Quare illi melius fuisset si natus non fuisset: nisi quia meli⁹ est omni esse carere: q̄ in inferno iacere. Ibi deniq̄ z si erit stimulus doloris/z penitudinis: nulla tamen erit ibi correctio voluntatis: vt nullatenus a damnatis possit diligi vl̄ desiderari iustitia. Ideo illi diuiti qui in inferno cruciabat: cū quis curam de vitis fratribus gerere videretur/non tamen eidem de iustitia cura erat: quia iustitiā nullaten⁹ diligere possunt qui in inferno sunt. Jacebat tamen dives z sepultus erat in inferno: z quid de fratribus suis esset ignorabat: nesciebat omnino/z tamen curam de eis videbatur habere: sicut z nos viuentes de mortuis: cuius qđ agant vtiq̄ nescimus. Itaq̄ fratres caueamus ne peccemus: ne ad illam flammam perueniamus. Ipsa deniq̄ flamma concremationem habet: sed lumen nullum habet. Quare nisi quia quos gehenne flamma cruciat/a visione veri luminis cecat: Et vt forte eos dolor combustionis

Luce.x.

Psalm. cxxxij.

Lu. xv. B

ꝯ. Ser. v.

cruciet: z int⁹ pena cecitatis obscuret: vt qui creatori suo corde z corpore deliquerant/corpore simul z corde puniātur: z vtrobiq̄ penam sentiant: qui dum viuerēt p̄audio de lectationibus seruiebant. Ecce fratres quomodo puniuntur peccatores: quibus vnus ignis omnibus est: non tamē vno modo omnes cruciantur: sed quanto quis in delicijs plus p̄mansit: tanto fortius cruciabitur in eternū. Unde igitur ignis singulis est z corporeus est: z vt in sensissimos peccatores corporaliter cruciet: nec studio humano accēditur: nec lignis/pice/vel oleo nutritur: sed post peccatum semel accensus/in eternum durare nullaten⁹ dubitare debemus. O inferne tu latus es: z mensuram nō habes. Profundus es: z nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es: quia omnes tam pauperes q̄ diuites te libenter suscipere audio. Plenus ardore incomparabili/plenus fetore intolerabili/ plenus omni dolore innumerabili. Ibi omnis miseria/ibi tenebre/ibi nullus ordo/tbi horror eternus/ibi nulla spes boni/nulla desperatio mali/ sed omne malum quod existimari potest/damnatis in eternum erit. Ibi o fratres mei demones flere z clamare nō cessant: percutere peccatores nunq̄ desistunt/nunc superbum/nunc elatum/nunc gloria mundi plenum/ nunc luxuriosū/nūc proditorem/nunc homicidam/nunc feneratorem/nūc verbosum/nunc adulatorem/nunc mendacem/nunc detractorem. Ecce quomodo clamabunt. Sed quid clamabūt/ nī: si percute/dilacera/interfice/fine morte occide/velociter spolia/depredari festina/fer prunas/picem para/aurum z argentum liquefac: Et quia dum viverunt deum intellige re noluerunt: z si in eternum vixissent semper male facere voluissent: ideo sine redemptione merito i eternum cruciabuntur. Itaq̄ fratres obsecro vt non peccetis. Custodite linguam vestram/seruate eam/ claudite eam vecte ferreo quoniam sermo vanus in vacuum nō ibit: sed de omni verbo otioso in die nouissimo reddituri sumus rationem. Adiuuet nos iesus christus deus noster ad persuerandum in omnibus bonis: qui cum patre et spiritusancto viuit z regnat in secula seculorū. Amen.

De filio prodigo. Sermo.xxvij. In quo heremiti eam vitam laudat Augustinus. Januarij defiet. Quis sit filius prodig⁹ singula hystorie illius mysteria explanando moraliter ostendit. Quinq̄ per stolam que duplex est sicut et resurrectio: quid inq̄ per anulū significetur: z moraliter hanc explanationem fratribus applicat: locum hominem sanctum non facere: quidq̄ tibi persuadeāt tunica nigra/zona pellicea/rasiq̄ capilli: se quoq̄ baptizatum fuisse anno sue etatis tricesimo modica exhortatione insinuat.

Dixvobis fratres dilectissimi: qui optimam partem cum maria elegistis dum mundum et pompas eius contemnere voluistis. Voluistis enim terrena despicere. Sanctoi enī concilio sanctorum Ambrosij z simpliciani patrum vitam tutiorem aggressi sumus/cum paulo mundum fugiente/timens ne caperetur ab eo. In heremo deniq̄ sumus iocunditatem cōmunicationis z fractionis panis intelligentes/clamātes cum prophetā. Ecce q̄ bonum z q̄ iocūdum habitare fratres in vnum. Tutior enim hec vita est z dulcior: vbi vnus altum cohortatur: vbi alter alterius exemplo inflammat. O vita sancta heremitica/vita solitaria/vita perfectorum vita angelica non humana/vita penitentium/vita contra mundum pugnantium/vita ad deum fugientium/vita dei fica non humana/vita filiorum qui errauerunt ad patrem redeuntium. Hec est domus vbi reconciliatur patri filiꝰ qui portionem substantie consumpserat luxuriose viuēdo. Hanc fratres mei si Januariꝰ noster cognouisset/ aurum nobis ignorantibus non retinuisset. Hanc si dilexisset/ vineam/agrum/z pecuniā tenere erubuisset. Quare? Quia paupertatem aspertorem presbyteris meis vos spontе te-

nere vidisset. Nam sicut filius ille qui peregre profect⁹ est
in regionem longinquam vbi dissipauit substantiam suam
luxuriose viuendo: sic et ipse vl' quicunq; peccator/ dum car
nales voluptates diligit a domino peregrinatur: et quan
to peccando fit dissimilior/ tanto magis a deo elongatur.
Substantia enim hominis est omne quod viuit/ cogitat/
sapit/ et loquitur: que deus eque diuidit. Quam substātiā
peccator consumit/ dum conscientiam et vitam/ et cogita:
tiones et verba in malis actionibus impēdit. De filio etiā
isto dicitur q cepit egere: et ideo adhesit vni ciuium regio
nis: et misit eum in villam vt pasceret porcos/ et cupiebat
implere ventrem de siliquis quas porci manducabant:
et nemo illi dabat. Eget enim peccator cum cupit imple:
re ventrē/ non pane vite eterne: sed glandibus qui porcoꝝ
cibus est. Ideo adhesit vni de principibus mundi: sub cu:
ius fauore pascere porcos: id est demones valeat. Porc⁹
enim immundum animal est: et de sordibus saturatur et de
lectatur. Silique enim sunt non solum glandes: sed etiā
omne turpe et immundum quod porcus comedere dele:
ctatur. Iste deniq; silique sūt fornicatio/ ebriositas/ et gu
lositas. Isti enim sunt demonum cibi: quibus pctōr reple
ri desiderat: sed nemo dat illi ad sufficientiam. Peccator
enim semper famescit: semper deuorare querit: nunc luxu:
riando/ nunc et alia faciendo semper delectari desiderat.
C Sed visitante domino patre per gratiam passionis sue pe
nitet miser peccator: dolet iam pascere porcos cogitat et
cogitando surgit: pergens ad patrem et dicēs. Pater pec
caui in celum: quia assumpsi frequenter nomen tuū et san
Luce.xv. ctorum tuorum inuanum. Peccaui etiam coram te: quia
in tua humanitate peccaui: quia non cognoui opere tuam
infirmitatem quam pro me passus es. Peccaui coram te/
quia deus et homo es. Peccaui in celum quia in patrem et
in spiritum sanctum. Non igitur sum dignus vocari fili⁹
tuus. Sed quid fecerit pius pater: audiamus/ legamus/
predicemus/ non sileamus. Nam misericordia motus vi:
dens illum venientem occurrit: videns lachrymantem la
chrymatur: videns eum denudatum: stolam iubet parari
videns eum discalciatum calciatur: credens eum debilem
et famelicum: occidi iubet vitulum saginatum. O q gran
dis misericordia tanti patris: o q infinita eius pietas: o q
dulcis: o q pia miseratio. Ecce enim filius peregre fugit:
et tamē patiēter expectat. Omnia bona destruxit: et tamē
ad se reuocare festinat. Porcos pascit: et ei iā vitulū parat.
Fame iam fere moritur: et epulari iam clamat. Nudus ap:
paret bonis operibus priuatus: et ecce stola pristine gra:
tie saluatoris quam in baptismo recepit induitur: et anul⁹
fidei desponsationis datur/ ne amplius valeat pascere por
cos qui ad domum patris fugit: sed tanq; ciuis sanctorū
et domesticus dei fundetur in domo diuine maiestatis in
eternum et vltra. Quod bene ostendit ille misericordie pa:
ter: quia videns illum misericordia motus est: et occurrit:
et brachia extendens super collum eius osculatus est eum
dicēs seruis suis. Adducite vitulum et māducemus. Hic
filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuētus est
Similiter hoc idem fecit saluator petro: quādo eum nega
uit: quando illum respexit: quando respexit mentem eius:
tunc fleuit amare. Occurrit peccatori saluator: quia per se
non potest ad deum accedere/ nisi ei subueniat: nisi mentē
eius respiciat. Sed postq eum respexerit/ flectitur super
collum eius: quia onus eius leue ponit super collum eius
Matt.xj. dicēs. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Tūc
stola induitur: dum anima indumento virtutum vestitur
Due enim stole sunt. Una videlicet quando anima in pre
senti indumento virtutum vestitur. Altera vero immorta:
litatis est: quando corpus in fine seculi etiam resuscitabi:
tur. Et ideo fratres mei licet in heremo sitis: scire tamen
debetis q due stole sunt due resurrectiones: quarum vna
est anime: quando resuscitatur a vitijs in quibus mortua
iacebat/ altera corporis/ quando corpus configuratum
erit corpori claritatis christi: quando in die iudicij refor:
D mabitur. Eia ergo fratres mei: et corona matris mee: scito
te q porcos iam pauimus cum multo tempore demonib⁹
peccando placuimus: iam frequenter eorum siliquas de:
siderauimus/ quando mundo placere voluimus: quando
in eo florere concupiuimus/ quando delectationibus suis
toto affectu adhesimus. Sed nunc dei gratia serui christi
sumus clamare non cessemus. Peccaui domine/ iam non
sum dignus vocari filius tuus. Quorum clamorē audiēs
occurrit nobis osculādo: suam pacem donando. Stolam
donauit: quando animam vitijs spoliauit. Anulum dona:
uit: quando in fide nos sua roborauit. Calciamenta dona
uit: quando memoriam mortis nobis impressit. Uitulum
occidit: quando in sacramento altaris memoriam passio:
nis eius in mente renouauit. Tunc nobiscum pater man:
ducat et epulatur: quando in operibus suis perseuerando
delectamur. Tunc sic nobis ornatis precipit angelis de⁹
vt conuiuium preparent: quia mortui eramus et resurrexi:
mus/ perieramus et inuenti sumus. Cogitate ergo fratres
ad quid venimus. Ecce in solitudine sumus/ elongati su:
mus a seculo: et longo tempore iam mansimus in solitudi:
ne: vt sm apostolicam formā quietius viuere valeamus.
Locus enim non facit sanctos: sed operatio bona locum
sanctificabit et nos. Peccauit enim angelus in celo: pecca
uit adam in paradiso/ et tamen nullus locus sanctior illis
erat. Si eñ loca habitatorem beare possent: nec homo/ nec
angelus a dignitate sua corruissent. Pensate ergo fratres
quid vestis nigra/ quid zona pellicea/ quid corona capitis
persuadeant. Nigra enim vestis que vilis est: mundi con:
temptum nobis denunciat et memoriam mortis. Zona
pellicea lumborum refrenationē declarat. Capilli rasi de
vertice/ superfluitatem criminum significāt ablatam de
mente. Sic enim mihi sanctus pater Ambrosius quando
me regenerauit in christo anno etatis mee tricesimo mihi
petenti respondit. Cogitate ergo fratres q reprehensibi:
le est si sub tali habitu superbia lateat: vel luxuria. Sum:
me necessaria est igitur nobis in heremo demorantibus
ipsa humilitas que designatur per vestem. Castitas q de:
notatur per lumborum precinctionem. Obedientia q itel:
ligitur per subiectionem. Portamus etiam baculos per
quos intelligitur/ disciplina sub qua semper parati eē de:
bemus. Deus autem qui nos de tenebris gentium reuoca:
uit ad gratiam/ confirmet etiam in omni bono: vt abunde
mus in spe et virtute spiritussancti. Amen.

Sermo.xxviij.

C In cena domini: In quo buccelle panis acce:
ptio: vite nostre perfectio: multiplex proditoris
retractio: pedum lotio: multiplex christi celsitu:
do: ad humilitatem et dilectionem exhortatio:
perditionis iude dolorosa conquestio: apostolo:
rum iterrogatio: proditori panis exhibitio: eius:
q a sathana possessio declaratur. Bonū malūq;
nonnunq prodesse: quandoq; etiam obesse: in iu
dam seua exclamatio: tempus exitus eiusdem
et hominum quadruplex generatio describitur.
Ad dilectionem (cuius ordo describitur) inuita:
tio rigoris abstinentie temperamentum: pacis
commendatio: ad quam habendam exemplis et
similitudinibus fratrum pmittitur exhortatio
et demū simpliciani fletus: que insuper vita peri
culosior existat: apperitur:

Audiuimus fratres charissimi/ q cum dominus
intinxisset panem vt daret iude q post buccellā
intrauit i eum sathanas. Et ait iesus. Quod fa
cis: fac citius. Cum ergo accepisset ille buccellā
exiuit continuo. Erat autē nox. Cum ergo exisset: ait do:
minus discipulis suis. Surgite et postea ait. Filioli ad:
huc modicum vobiscum sum. Anteq tamen a vobis rece:
dam mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem si
cut dilexi vos. Satis eñ nouit charitas vestra q tota per
fectio nostre vite et edificationis ex euangelio accipitur.

Eius verba a summo nostro magistro nobis data sunt: ideo
preciosiora sunt: et satis nos hortantur/ nosq; edificant quo
tidie. Et ea vobis modo presentamus: ad memoriā vobis
reducim⁹: nō q2 nō bñ itelligatis licet i heremo pmaneatis
et segregati gētib⁹ sitis: etiā corpaliter anteq essem pr̄sby:
ter eps pariter videre potuistis: sed iō vobis ad memoriā
reduco: nō vt doceam⁹ sz vt et me et vos fres moneam⁹. In
euangelio quo dicit/ qd ad p̄sentē diē ptinet: de patientia
et dilectiōe et humilitate istruimur. Ideo fratres vt et ego
plenius valeam vna vobiscū corrigi et doceri: relinquere
volui presbyteros meos: quorum vita apostolica vestra et
eorū vna est. Et sanctū senem valerium etiam corpore ho:
dierna die relinquere nō curauit: cupiēs vos docere et a vo
bis doceri vt fructum aliquem deo in die tante solēnitatis
B offerre digne pariter possimus. Ideo fratres ad expositio
nē sancti euangelij accedentes: primo audire et scire vos
volo q dominus iesus discipulū iudam multis modis: mi
nis/ sacramentis/ et exēplis et planctu volens eū corrige:
re: et predictis modis ad correctionē inuitare: ad vltimū
eū manifestauit in damnationem et ruinam iam esse pars
mat.xxvj. tum: dum in cena dixit Qui intingit mecum manum i pa:
rapside: hic me tradet. Cum enim iudas prauam suā vitā
nulli patere putauisset: magistrū audiēdo erubuit: sed nō
penituit. Multo enim ante passionem dixit. Nonne duode
Ioh.vj. cim elegi sed vn⁹ ex vobis diabol⁹ est? Et post cenam ait.
Ioh.xiij. Uos mūdi estis: sed non omnes. Hoc autem magister di:
cebat: volēs discipulum verbo corrigere. Ecce quomodo
verbis timoris eū correxit. Sed videns dominus q ver:
bis eum corrigere ipso nolente nō poterat: studuit eū cor:
mat.xxvj. rigere: et sibi timorem eternum incutere dum ait. Ue homi
ni illi per quem tradar ego: melius ei fuisset si nat⁹ nō fuis
set. Sed domin⁹ cor discipuli nequiter induratum: ad di:
lectionē sacramenti dulciter inuitauit dicens sibi post pe
trum et ceteris. Accipite et comedite: hoc est corp⁹ meum.
Sacramentū enim illud ideo hominibus datur: vt corp⁹
in terris capiti coadunetur. Sicut enī multa grana vnū
C panem conficiunt: et ex multis racemis vnum vinū extra:
hitur: sic ex multis hominib⁹ christi corp⁹ conficitur. Ob:
tulit autem dominus discipulo sacramētū vnitatis: vt eū
inuitaret ad humilitatem dilectionis. Licet etiā propter
alios discipulos humilitatis exemplum prebuerit: tamen
Ioh.xiij. quem perditā recuperare valde cupiebat. Sed videns eū
nequiter obstinatum: surgit a cena et vestimēta deponit: lī
teo se precinxit: et ad principem apostolorū primo (vt arbi:
tror) fratres puenit. Ante eū se genuflexit diuinitas incar
nata: deus ante hominē: creator ante creaturam: magister
ante discipulum: rex ante piscatorem: doctus ante indoctū
sapientia ante ignorantiā: pulchritudo ante deformitatem
Ideo petrus diuinitatem incarnatam vidēs ante se icur
uari: expauit: exhorruit: et per cenaculum velut insensat⁹
cucurrit et clamauit. Non lauabis mihi pedes in eternum
Mat.xvj. Nam inquit petrus. Domine iam dixi q tu es christ⁹ fili⁹
dei viui: et tu mihi lauas pedes? Sed notare debetis fra:
tres qui in heremo habitatis: cur inquā cena facta dicitur
cum post ablutionem pedum dicatur buccellā panis iude
dominum porrexisse. Non debemus intelligere cenam fini
tam: cum dicat panis esse adhuc super mensam. Adhuc ei
cenabatur quando dominus a mensa surrexit: et tamen ce
na iam facta dicitur. Intelligere hoc namq; debetis q nō
facta erat: sed parata: et ad conuiuātium mense vsum pdu
cta. Ideo iohānes aquila grandis istam dicit cenam: om:
nia diligenter attēdens: prius nostri saluatoris celsitudi:
Ioh.xiij. nem voluit commendare: dum ait. Sciens iesus quia om:
nia dedit ei pater in manus: et q a deo exiuit: et ad deum
vadit. Magnam christi potentiam exprimit iohannes: cū
omnia patrem ei dedisse affirmat. Magnam celsitudinem
christi predicat: cum eum a deo exisse asserit. Et tamen ho
die audiuimus q ille qui habet omnia i manu: vestimēta
etiam deponit. Sed quid mirum: si pro discipulis vestimē
Phil.ij. ta deponit qui etiā carnē pro inimicis suis dedit? Et quid
mirum si more famuli precinxit se linteo: qui formam serui
accipiens: habitu inuētus est vt homo? Quid mirum si fu
dit aquam i peluim: qui dignatus est fundere sanguinem
pro nostra redēptione? Et ait iohannes. Uenit ergo ad si:
monem petrū. Uidetur deniq; quibusdam: sicut fuit mar: D
tyr ille sanctissim⁹ et doctor cyprianus: ante petrum iudā
lauasse: volens dominus predictum discipulum reuocare
Sed non videtur ratio pōderosa. Ex quo enim petrum iā
cūctorum caput fecerat: ad eum accessit primo in honore:
vt ceteri postea similiter facerent. Ideo sic intelligendum
est: cum summam rei bene transcripsisset dicēdo. Cepit la:
uare pedes et linteo tergere: redit postea ad ordinē rei ostē
dendo dicēs. Uenit ergo ad simonem. Quid est etiam qd
dominus postea dicit. Qui lotus est non indiget nisi vt pe Ioh.xiij.
des lauet: sed est mundus totus? Si mundus est tot⁹: qua
re necesse est vt pedes lauet? Ideo fratres attendere debe
tis: q hanc mentionē facit domin⁹ de ablutione baptisma
tis: qui ergo lotus est i baptismate totus: nō est necesse nisi
vt pedes venialium peccatorū lauet: quib⁹ humana mens
obstare non potest: nec infans cuius vni⁹ diei vita regnat Iob.xv.
super terram. Peractis deniq; et consummatis sacre cene E
sacramentis: factis et ordinatis in eadem cena apostolis
sacerdotibus: communicatis et lotis eorum pedibus: ite:
rū intrauit mensam et ait. Scitis quid fecerim vobis. Si Ioh.xiij.
ergo ego domin⁹ et magister laui pedes vestros: et vos de:
betis alter alteri⁹ lauare pedes. Si sum magister: discite
a magistro. Si domin⁹: erubescat hec despicere seruus. Si
iam peperci proditori et vos parcere studeatis. Si ante eū
genuflexi: humiles ante aduersarios estote. Si me ab eo p
misi osculari: et vos maxillam prebere dignemini. Si pdi Matth.v.
torem amicum vocaui: et vos inimicum amicū vocare cor: et.xxvj.
de et opere non dedignemini: quia nō est seruus maior do:
mino suo. Et post pauca de filio perditionis dolorē osten:
dens et dolens: turbatus in spiritu et contristatus ait. Un⁹ Ioh.xiij.
vestrū me tradet. O q doluit dominus discipulo perdito
O q studuit eū ad se reuocare. Doluit quia non potuit eū
corrigere. Doluit quia obstinatum iam eum esse cū diabo:
lo cognoscebat. Doluit quia super eū sententiā eterne dā:
nationis daturus erat. Et vidētes discipuli faciē (quā an
geli aspicere desiderant) esse turbatā: dixerūt: quis esset il: j. Petri.j.
le: querētes quis eoꝝ esset maior. Sed quare hoc: nisi quia
arbitrati sunt vt homines ille qui maior est vt dñari pos:
sit: magistrū prodere procurat. Aliqui tamen de petro for:
te suspicabantur. quia plus et plurima se facturū iam pro
miserat pro magistro: suspicantes q ficto corde sic totiens
loqueretur. Tu es filius dei. Sed quia Petrus innocētē Mat.xvj.
se sciebat: inuit iohāni vt peteret. Cui dominus. Cui panē
intinctū porrexero: ille est: sed caue ne petro dicas. Et cū F
intinxisset iesus panem: dedit iude. Nō est ergo credendū
q domin⁹ alta voce dixerit: quia si petrus hoc sciuisset: dē:
tibus proditorem dilacerasset. Nec etiam est putandū: q
iudas tunc christi corpus sumpsisset: quia iā dominus om
nes discipulos cōmunicauerat et iudā (sicut lucas euiden
ter ostendit) panē intinctū tamen dominus discipulo por:
rigere voluit: vt cor intinctū veneno significaret. Et post
buccellā intrauit in eum sathanas. Nunquid sathanas ta
men ante cor eius intrauerat? Omnino fratres ante buccel
lam cor iude intrauerat: sed affectu et voluntate tantū: sed
post buccellā intrauit sathanas effectu et opere. Tamen
bona fuit buccella quā christ⁹ discipulo dedit. Bonū etiā
sacramentū quod ei tribuit: sed aliquando bona obsunt: et
mala quādoq; psunt. Corpus enī domini quod bonū est:
malis malū est. Et carnis stimulus malus est: et tū paulo
bon⁹ est: et quod malū est sibi profuisse cognoscim⁹. Sicut
supra dixim⁹ fratres: panis iste porrect⁹ a xp̄o et id igne re Ioh.xiij.
ceptus a iuda: fecit ex merito xp̄s: vt maior esset licētia su:
per eū diabolo post manifestationē: ideo grauiorē vīdictā
in eū fecit. Subtracta enī gratia eū dominus ad malū di:
misit: et dimisit eum sm desideria cordis sui: et iuit in ad: Ps.lxxx.
inuentionibus suis. Et permittens eum in propria volun:
tate et arbitrio: ait discipulo. Qd facis fac citi⁹. Quasi di: Ioh.xiij.
cat dominus. Quia non possum te reuocare timore verecū
die: nec mortis eterne: nec amore: do tibi potestatē vt agas
facto quod iam voluntate fecisti. O iuda quid facis? Attē
de anteq facias. Nam post factum forte gratiam peniten
di habere nō poteris: quid cupis tradere q tibi multa pec
cata pepercit? Nūquid a morte te sepe liberauit? Nunqd
tui amore patrem tuum sanauit a lepra: et matrem cū qua:

concubuerat a paralysi etiã liberauit? Runquid te discipulũ constituit? Runquid te bursariũ fecit? Runquid infurto te sepe iuenit et semper tibi pepcit. Runquid te post petrũ vt plurimum honorauit? Rũquid semper christus iuxta se te habere voluit? Runquid ad pacẽ postq̃ te prouiturũ cognouit sepe reuocauit? Rũquid tibi suum sacrũ corpus donauit? Rũquid ante te genuflexit? Rũquid pedes lauit? Runquid te osculatus est? Cur ergo prodere vis magistrũ? a quo tot bona recepisti? Sed hec omnia non cõsiderãs: recepta buccella exiuit continuo. Et bene exiuit: quia vere a deo ꝛ a cõsortio discipulorꝫ dei exiuit. Et erat (inquit euãgelista) nox. Merito nox discipulo ꝓditori data erat: quia cecitas mentẽ eius caligauerat. Qui discipulus postq̃ ab eis recessit nocte: mox magister vndecim cõgregauit: et ait. Filioli modicum tempus adhuc vobiscũ sum. Jdeo mandatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Nouꝰ enim erat homo: quia quattuor modis generantur homines: aut sine patre vt eua: aut sine patre ꝛ matre vt adam: aut ex patre ꝛ matre vt homines: aut sine patre ex matre tãtũ vt christus. Bene ergo nouꝰ erat: quia deus ꝛ homo erat. Nouum etiã regnum promittebat quod nemo vnq̃ ꝓmittere ausus erat. Jdeo nouum mandatũ dedit. In lege autẽ veteri dictum erat. Diliges amicum tuũ: ꝛ odio habebis inimicum tuum. Sed chꝝs̃t nouum mandatum dedit: quia vt amicos inimicos diligere mandat. Cetere namq̃ ✠tutes: fides scilicet: oratio: elemosyna: virginitas: et cetere ✠tutes corporis et fidelibꝰ et in fidelibus communes esse possunt: sed inimicũ diligere tantum christianoꝝ virtus est. Et ideo magister veritatis dixit. In hoc cognoscent homines q̃ mei estis discipuli: si dilectionẽ ad inuicem habueritis. Scitote tamen fratres q̃ talis ordo in diligẽdo seruandus est. Primo super nos et super omnia deum diligere debemus: deinde animam nostram que nostra proxima est: deinde corpus: quia factura dei est. Jdeo apostolus dicebat. Nemo carnem suam odio habeat. Jdeo nutrire debemus corpꝰ: nec ipsum occidere sed sustentare debemꝰ cibo et potu/ quãtum valitudo permittit. Sic ei vult deus: sic vult apostolus: sic et vobis fratres mei ꝓcpi. Jdeo fratres hortor vos et moneo atq̃ fieri ꝓcipio: vt tãtum carnem vometis: quantũ natura potare potest. Nam cũ videam inter vos quosdam sexagenarios: quosdã septuagenarios/ quosdã centenarios: videos eos dei amore feruentes: corpora eorum crucifigentes: vtinam etiam nõ bibentes: timeo ne potius deum offendant q̃ placãt. Talibus in christi nomine ꝓcipio: vt saltẽ diebus dominicis et solẽnibus vinum vel ceruisiam bibant. Juuenes autem qui fortes sunt: et tam triumphare de inimico ceperunt: in christi nomine penitentiam agant ne deuicant ab hoste. Sic enĩ volo: sic sepe ꝓcepi seruari. Sic nõ occidemus corpora nostra: sed scrutẽt creatorẽ suo. Deinde diligere debemꝰ ꝓximũ sicut fratrem nostrum: amicum nostrum vel inimicum. Jdeo attende q̃ si inimicũ videris esurire: ciba illum: si illi potũ: cooperias eũ. Et carnẽ tuam ne despexeris. Dilectio enim spiritalis bonorum est: quia omnis habẽs eam bonus est. Nunqd etiam cum odio aliquando paradisum quis intrauit? Ad infernũ ire odium habentẽ sepe me legisse memoror: sed ad celum nunq̃ volare cõcedam. Cupimus ergo fratres esse ciues celestis ciuitatis: seruemus nouum mãdatum noue ciuitatis. Illa inq̃ ciuitas habet pacem: precipit pacem/et diligit diligẽtes pacem. Sequamur ergo pacem/ sine qua deũ nemo videre potest. Queramꝰ pacem: ꝛ postea sequamur pacem. In ipsa deus habitat: in ipsa quiescit et pausat: q: factus est ī pace locus eius. Non ergo habeamus cor intinctum odio/ne filij iude ꝓditoris simus: ne cum eo suspendamur/ꝛ a diabolo parit cũ eo trahamur ad tartara. Qui odiũ in corde portat secundus diabolus est: et qui pacem impedit antichristus est. Et qui pacẽ ordinat iter fratres reuera filiꝰ dei est. Attẽdite fratres maritã/ quoniam multum dilexit: dimissa sũt ei peccata multa. Quid etiã petro dixit dñs: nisi petre amas me? Et quia amauit: meruit ꝛ amari: meruit audire/pasce oues meas/ pasce agnos meos Quid etiam discipulo ait qui diligebat christum: et quem christus diligebat? Dilecte mi veni ad me/quia tempꝰ est

vt epuleris. Pacem ergo habemus fratres: si pacem cum christo habere volumus. Si vis amari a christo: ama iuuenem cum ꝓpter christũ. Si vis ergo amari/ama. Banc amplectimini/hãc diligite/hãc pacem et concordiã vsq̃ ad mortem seruate: si vultis cum deo pacẽ habere. Pax enim omnium custodia ꝛ cura virtutum est. Banc pacem annũciari in suo ortu angelis precepit. Pacẽ annũciauit sepe apostolis. Pacem ꝑdicare precepit hominibus: pacem proto: stamento apostolis reliquit: pacẽ in cruce pendens postulauit: pacem in sacrificio totiens ī populo pronunciari voluit. Nulla veniã dabit venia: nisi pacifico viro. Pellite ergo a vobis hoc odij mortiferum venenum: et pacem iter vos habete/ q: estis fratres: quia in hac vasta solitudine simul in vnum estis congregati. Vno enim pane/vno ieiumento/vno nigro colore: vna aqua omnes simul participamus. Reducamus igit fratres ad nostram memoriam q̃ domiꝰ ab inimico osculatꝰ est: ꝛ tamẽ amicum vocat illũ ꝓditorem. Amice (inquit) ad quid venisti? Pate igit reconciliationis pacem/sed non osculum proditionis. Qui enim ficte inimicum osculatur: vel ✠bo blanditur: iude ꝓditoris fratrem et socium ꝛ similem sibi esse quis dubitare poterit? Sed qui amore christi: verus filius est. Vos enim fratres quorum vita lux mundi est: licet mũdus vos nõ videat: tamẽ mũdi lucem vos appello ꝛ sal terre. Jdeo quia lux estis: luceant opera vestra bona. Vos q̃ videmur gerere corporis nostri habitu figurã crucis: et nomen religionis sancte habemꝰ: nigram etiam vestem humilitatis portamus: zonis etiam pelliceis precincti apparemus: cauemus ne simus sepulchra dealbata: que foris pulchra ꝛ speciosa apparent: sed int̃ plena sunt ossibus mortuorum occultis. Prouideamꝰ ne nobis dicatur. Ve vobis qui claditis celorum regnum ante homines. Timeo enĩ satis ne paradisum itremus: nec alios intrare permittamus. Hoc autem quare dico fratres: non quia credam vos malos esse/sz q: doleo de fratre nostro ꝓdito simplicio: qui ad hunc locum ꝛ ad banc sanctã congregationem cum tanto feruore puenit: et audito patrem interfectum esse: a nobis recessit: et mũdũ intrauit: vt patris vindictam vidicare posset. Qui ergo se existimat stare: vigilanter attendat et videat ne cadat: et sic homines videtes illos qui colũne sanctitatis esse videbantur tam nequiter cadere/non solũ ipsis regnum celorũ claudũt: sed et in seculo demorantibus. Nobis veniq̃ fratres qui nomen et habitum sancte religiõis portamus vita mala periculosior ostẽditur q̃ in seculo demorãtibus. Ploremus ergo fratres peccata nostra et fratris nostri amissi. Diligam⁹ ꝛ nos inuicem: quia charitas ex deo est. Non erubescat alter alteri veniam postulare: qui non erubuit christus inimicos ad pacẽ in cruce reuocare. Non erubescat facere seruus quod primum fecit et dominus. Dominus autem qui habitare facit nos vnius motis in domo: qui est vera pax: qui fecit vtraq̃ vnum nos in vera pace perseuerare faciat.

De ligua dolosa. Sermo.xxix. Jn quo que sit lingua dolosa: contra quam asperrime iuehit augustinus: prebens patientie remedium et oppositum: quo nam modo etiam alteri⁹ debeamus portare onera nos instruit et cetera.

Scio vos scire fratres charissimi q̃ sit lingua dolosa: a qua eximius prophetarũ dauid postulabat a dño liberari dum dicebat. Domine libera animã meã a labijs iniquis ꝛ a lingua dolosa. Et ideo scitote fratres q̃ non solum est lingua dolosa illa que seminat iter fratres discordias: que suscitat lites: que incitat furores: que etiam conuẽtus cõturbat/sed etiã illã dolosam linguam dicimus/que te laudare adulando procurat: dicens in facie te esse quod non es. A talibus aũt de-

um deprecari debemꝰ: vt nos liberet et liberemur. Quare ab his liberari debemus petere? Quare eos vt mortẽ fugere debemus. Nisi quia adulatores sunt: quia mendacia diligunt ꝛ faciũt: quia falsitatis sunt inuentores: quia diabolo fratres: quia veritatis destructores: q: puritatẽ odiãtores: quia falsabane mediatores: quia dei persecutores: quia animarũ inuectores: et omnium malorum inuentores: mel ore portantes: et venenum aspidum insanabile in corda hominũ cõspuẽtes. Ecce ꝓpter quod a domino liberari postulare debemus. O iniqua lingua et dolosa. O iiqua ꝓditio O pessima diaboli astutia. O grandis malicia: non solũ p amara verba: sed etiã per dulcia homines illaqueare procurat: vt secũ eos ꝓducat ad tartara. Nam si homo ab homine leditur: opprobria/cõtumelias/ꝛ iurias patitur: inimicꝰ reputatur ab eo: credo q̃ me nõ diligit: omnino oportet me custodire ab eo dicet hõ: sed si deo placere volo: me oportet alteram maxillarum sibi ꝓbere: ꝛ totum portare in patientia: vel malum ꝓ malo nõ reddere. Ecce quomodo ad talia remediũ est. Sed si homo beatũ me predicet et ✠ba adulationis non cognouero: quod remedium habere potero? Jdeo fratres non solũ lingua dolosa ẽ illa: que mala inter fratres cõmittit/sed ꝛ illa que adulatur. Si q̃s verbo tamẽ nõ offendit: hic perfectus est vir. Sed quia nemo perfectus in via: ideo necesse est vt alter alterius onera portemus. Nemo tamen alterius onera portare potest nisi qui habet charitatem. Sed qui charitatem nõ hz: non solũ onera ꝓximi portare non valet: sed nec etiam sua. Quid enim facere debet qui charitatẽ nõ habet? Ecce statim de festuca trabem facit: verbum ꝓfacto reputãs factum fuisse putat. Et sic volet/clamat: tristatur: minatur vitam ꝓximo vlacerare: et sic consumitur ille q̃ charitatem non habet: et onera alterius portare nescit: mori etiam frequẽter desideras: sed mori nõ potest. Nos vero fratres: nõ sic: sed si ✠beramini a lingua dolosa: non turbato animo: non corde inflato: sed humili ꝛ trãquillo dicite. Domie libera animam meã a labijs iniquis et a lingua dolosa. Sic l homine charitatem habẽte ꝓcitatur frequẽtius amor charitatis. Inflãmatur eteni cor et ardet: reuulsciunt viscera pietatis: et sic clamare nõ cessant qui tanguñ a lingua dolosa. Deficit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.

De confessione peccatorum: Jn quo confitendum esse et deum id velle etiam homini (precedente tamẽ conscientie examinatione: hinc satisfactione subsequente) ostendit: tenendum esse ordinem etiam in incessu: confessionem quoq̃ non esse prorogandam: nec timore/ aut terrore/ relinquendam: cuius confessionis scilicet et latronis pendẽtis cõmendationem exprimit. Hortaturq̃ sacerdotes prudenter vt habeant in sacramẽto penitẽtie quatinus fideles et corde et ore confiteantur. Sermo.xxx.

Jcere solẽt boues fratres charissimi. Deus cuncta nouit: apud eum nec preteritum nec futurũ est: omnia videt: et omnia pẽderat: omnia nuda et aperta sũt ei. Quare igitur vult vt ꝓfiteamur hominib⁹ peccata nostra que nequiter gessimus? Nunqd non melius est cũcta mala tacere: q̃ ea predicare ī tectis? Ecce enĩ quis dicet peccaui super omnes homines? Sed si cũcta hominibus prediceuero: omnibus hominibus peior reputabor a cũctis: exẽploq̃ meo multi multa mala cõmittẽt. Quomodo ergo ꝓfiteri debet homo alterutrũ peccata sua? O homo an ignoras q̃ omnes peccatores sum⁹? Et si dixerimus q̃ peccatũ non habemus: nosipsos seducimus: et veritas in nobis nõ est. Omnes peccam⁹: omnes cũ peccato nascimur: omnes in peccatis demergimur: etiam infans cuius est vnius diei vita super terrã. Cur ergo timemus peccata cõfiteri? Tamen oportet confiteri deo: quoniam bonus est: ꝛ in eternum misericordia eius. Vult enĩ deus q̃ confiteamur: non q̃ ignoret peccata nostra sed vt diabol⁹ audiat quoniam cõfitemur et penitet nos pec-

casse: et peccatis cõfessis cum dolore et lachrymis: non habet amplius vnde nos incuset. Ecce enĩ fratres diabolus vult vt taceam⁹: de⁹ vult vt confiteamur: ꝛ cui magis obediendum sit: certe constat q̃ deo qui salutaris ꝓcipit. Nõ enim sufficit cessare a malo: nisi peccata que fecim⁹ ꝓfitemur cum dolore. Nec soli deo sufficit ꝓfiteri: sed alterutrũ peccata nostra cõfiteri debemus. Non igitur tardes cõfiteri deo. Non tardes cõuerti ad deũ: nec differas de die in diem. Subito enim veniet ira dei: ꝛ tempore destruet te. O fratres mei qui vsq̃ nunc dormistis. Cõuertimini ad deũ in toto corde vestro in ieiunio plãctu et fletu. Ecce enĩ q̃ dicit: in toto corde: nos docet ꝓpheta: q̃ in corde ẽ fons penitentie: fletus vero ad oculũ: planctꝰ autem ad os: sed ieiunium ad totũ corpus refertur. O homo ne tardes cõuerti ad deũ: discute mentẽ tuam: prospice singula secreta cordis: cõsidera anteq̃ ad confessionem accedas q̃ cor peccauit mala appetendo: oculus vanitatem videndo: os falsitatem dicendo: auris mendacia audiendo: manꝰ verbera et homicidia perpetrando: ꝛ si non opere saltem voluntate. Quis se excusare poterit pedes etiam veloces ad malum? Jgitur o fratres mei sicut exhibuistis membra vestra fuire immũdicie et iniquitati ad iniquitatem: illa et nunc exhibete membra vestra seruire deo ī sanctificatiõe. Primo enim cor quid mala cogitauit ꝛ concupiuit: peniteat et doleat: ꝛ oculus fleat: os sine intermissiõe oret: aures audiãt verbum dei: manꝰ elemosynã porrigant: peregrinos suscipiãt: infirmos foueant: nudos induant: pedes veniant ad ecclesiam: genua flectãtur ꝛ laborent: quia sicut nullũ fuit membrum quod peccando deo non displicuerit: ita nullũ sit membrum quod penam non patiatur condignã. Dedit enĩ nobis deus mẽbra vt sibi seruiamus non mundo. Sed heu fratres: celoꝝ ciues ꝛ domestici dei: facti sunt amatores mundi: fortiꝰ diligentes terrena q̃ celestia: transitoria plus q̃ eterna: res suas plus q̃ seipsos. Nõ sic fratres mei nõ sic: quia ecce iam tempus prope est: ecce iam nobis minatur. Surgite ergo qui panem doloris comeditis: ꝛ ad ecclesiam pergere festinemus/et flẽtes peccata nostra cũ dolore cõfiteamur. Sed primo talis ordo tenẽdus est: vt peccata ꝓmeditentur: vt proferendo taliter modum et circunstantiam peccatorũ deo et sacerdotibus confiteamur vt a pedibus suis nõ onerati sed alleuiati discedere valeam⁹. Et nolite fres mei differre confiteri peccata vestra: nã qui vsq̃ ad vltimũ diem quadragesime vel vite sue distulerit confiteri: dat signũ q̃ hoc libenter non facit. Non gratiose nõ puro corde: sed coactus hoc facere videtur: sed coacta seruitia quantũ deo vel hominib⁹ placeãt cõsiderate. Nõ ergo de die in diem differam⁹ pandere cordis nostri secreta. Promisit ei de⁹ ventã penitentiã: sed non promisit vsq̃ in crastinum differenti. Jgitur non differam⁹: sed cum ad confessionem accesseris tu homo vl femina: caue ne rideas vel ornate incedas: ne fabulas ꝓmo ꝓferas: sed cum humiliato capite et dorso cinere et cilicio infuso: cõfiteamini alterutrum peccata vestra. Sed deprecor te o homo vt ꝓfiteri non pudeas. Frequẽter enim diabolus cor tuũ astringit: ne cõfitearis dicens. Quomodo confitebor hec et illa? O homo quandocunq̃ hoc persenseris: diaboli tentationẽ esse nõ dubites: qui cupit te astringere neqter: vt ī peccatis posit⁹ sine magna tentatiõe semper agas que placita sunt ei. Nolite ergo timere peccata confiteri o fratres: nã illud quod per confessionem scio min⁹ scio q̃ illud quod nescio Cur confiteri times peccata? Peccator est q̃ audit peccata sicut et tu et forsitã maior. Homo ẽ nihil differt a me: nihil altenũ habz a me. Cur ergo times o homo peccator homini peccatori ꝓfiteri? Elige quod vis: si nõ confessus latebis incõfessus dãnaberis. Ad hoc enim deus exigit confessionem vt liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem: vt superbum puniat ī eternum. Cõfitemini o fratres mei et nolite differre: ad sacrã messem confessionis accedere festinate. Hec est enim salꝰ animarum: dissipatrix vitiorum: restauratrix virtutum: oppugnatrix demonũ: panor inferni: obstaculũ diabolo: angelorꝫ tunica: ecclesiarũ fiducia: salus: dux: baculus: lumẽ ꝛ spes omnũ fideliũ. O sctã atq̃ admirabilis ꝓfessio: tu obstruis os inferni ꝛ aperis paradisi portas. O cõfessio sine te iust⁹ iudicat ingrat⁹: ꝛ pec

Universidad de Navarra Biblioteca de Humanidades

catoꝝ morituꝰ reputabitur. O cõfessio vita iustoꝝ: peccatoꝝ gloria: tu sola necessaria es peccatori et nihilominus iustus si quis reputabit̃ te astringere et frequẽtare debet. Nihil denicꝫ remanebit in iudicio quod fuerit per cfessionem purgatũ. O cõfessio illa tãto pondere appensum est: tãtumq; valuit apud deum. q homo nouit appẽdere la Luc.xxiij tronꝰ qui in cruce cõfessus est omnia crucifixum quãtum si fuisset pro domino crucifixꝰ? Ecce quantum profuit bre: uis confessio peccatoris. Sed nos q̃ sacerdotes sumus: et vtinã boni simus: caute nobis vigilare necesse ẽ: et sollicite quatenus hic delinquẽtiũ cordibus tãto moderamine verbum timoris et cõtritiõis infigamus: vt eos nequaq; a verbo cõfessionis exterreamus: vt si corda aperiant q̃ ora nõ obstruamus. Sed nec absoluere debemus etiã compũctũ Rom.x. nisi viderimus cõfessum. Quoniam quidem corde creditꝰ ad iusticiam: ore autẽ fit cõfessio ad salutem. Qui ergo verbum confessiõis in ore habet et in corde non habet: aut dolosus est aut vanus. Qui vero in corde et nõ in ore: aut superbus est aut timidus. Decet igit sacerdotes eẽ tales vt cognoscant et sciant quam: qualem et quantam infirmãtibꝰ exhibere debeant medicinam. Adiuuante domino deo nostro: qui viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

De fallacia mundi ⁊ eius detestatiõe ꝓpter tria precipue mala que in eo sunt. Sermo.xxxj.

redemptione: sic et nos nostrū fundamus pro sui nominis
confessione. Sed quomodo pro christo suum dabit sanguinem qui pro eo non vult abiicere mūdi vanitatem: cū nos
minus q̄ nostra diligamus? Quomodo pro christo vitam
Joh.xiiij tradet: qui cōtra eius precepta hec vana et falsa possidet?
j.Joh.ij. Ipse enim dicit. Si diligitⁱ me: mādata mea seruate. Lo
G quitur et Johānes apostolus. Qui dicit se diligere deum:
ij.Co.viij ⁊ mādata eius nō custodit mendax est. Conuincitur itaq̄
se et non deum diligere: qui mandata eius non vult custodire. Cum christus pro nobis pauper factus sit et egenus
nos pro ipso cur pauperes esse erubescimus? Nunq̄d eius
pauperes non facit diuites: veritate attestante: regnum celorum non diuitum sed pauperum esse? Dicit nāq̄ pauperibus. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsoꝝ est regnum Matth.v.
celorum. Si est regnum celorum pauperum: restat vt infernus sit diuitum. Hoc quoq̄ declarat nobis euāgelium dicens. Homo quidam erat dives. Et post pauca subiungit. Erat autem ⁊ quidam mendicus lazarus nomine: qui Luce.xvj
iacebat ad ianuam eius vlceri⁹ plen⁹ ⁊c. Factum est autem vt moꝛeretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrae. Mortuus est autem ⁊ diues et sepult⁹ est in infernō. Non reputet quisq̄ hec verba esse augustini: nō sunt
hominis ſ veritatis: que nec fallere potest nec falli. Quis: quis ergo vis regnare cum christo: elige pauperem, cum
ipso: vt requiescas cū lazaro mendico. Nemo enim potest
gaudere cū seculo ⁊ regnare cum christo. Audi apostolum
dicentem. Per multas tribulationes oportet nos intrare Act.xiiij.
in regnum celorum. Et iuxta veritatis vocem: primo nos Matt.xx.
oportet bibere calicem domini: vt sic ꝓtingamus ad regni
cōfessionem. Qui autem vult epulari cum diuite: preparat
se epulas vermibus gehēne: in qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetuo cum capite suo diabolo. Infelix cō
mercium: p tam breui gaudio celesti priuari regno. Felix
paupertas per quam celestis acquiritur hereditas. Felix
commercium: pro perituris eterna recipere: et quod ineffabile bonum est: cum christo sine fine regnare. Econtrario
ineffabilis miseria: perpetua cum diabolo pati supplicia.
Quapropter fratres charissimi: nos illud euangelicum ru Mat.xvj.
minantes. Quid prodest homini si vniuersum mūdum lucretur: anime vero sue detrimētum patiatur? Vel quā cō
mutationem dabit homo pro anima sua? Voluntarie nūc
ꝓ christo ponam⁹ quādoq̄ dimittēda: ne (quod absit) pro
trāsitorijs amittamus eterna. Hauriamus antidotū momentanee amaritudinis: vt quandoq̄ percipiamus imen
se gaudia salutis. Sic modo curramus: vt i futuro cōpre j.Coꝛ.ix.
hendamus: vbi inuentemur ibi iudicabimur: non perdamus tempus acceptabile. Non enim erit apud inferos locus penitentie. Dum igitur vacat: dum sumus in via aduersario nostro legi dei cōsentiamus. Lex quippe diuina: Matth.v.
noster ideo dicitur aduersarius: quia nostris carnalibus
omnino cōtradicit voluptatibus. Aduersario itaq̄ nostro
(id est euangelio) dum rex expectat: dū nos adhuc ad pacem inuitat: nuncios mittamus: cum eo pacis fedus incamus: vt cum venerit ille magnus paterfamilias: non vt seruos inutiles puniendos/ sed vt filios hereditandos inueniat secūq̄ introducat ad nuptias: vt de suis beneficijs sibi perennes reddamus gratias. Jesu christo domino nostro: qui cum patre ⁊ spiritusancto viuit et regnat ī secula seculorum. Amen.

De persecutione christianorum. De martyrio etiam christianorum quantum ad varios cōceptus (vt legenti ad longum patet) singularissima declarat. Sermo.lx.

A Frequenter dixim⁹ fratres charissimi q̄ semper
christiani persecutionem patiūtur. Mundus in j. Joh.v.
maligno positus est. Aduersarius noster diabolus regnat in mundo: ⁊ nos putam⁹ quia non patimur persecutionem. Quis enim res non persequitur christianum? Omnia que in mundo sunt persequūtur christiānū. Miramur si nos persequuntur alij si christo seruire voluerimus: et parentes nostri nos persequuntur. Quicūq̄ dissimilis nostri est: persequit nos et odio nos habet. Miramur si alij nos persequūtur: ipsum corpus nostrum nos persequitur. Si comedero paululum et corpusculum meū fuerit robustū: sanitas corꝑis mei persequitur animam meam. Quocūq̄ me vertero: persecutio mihi est. Si videro mulierem: oculus meus persequitur me. Cupit enim interficere animam meam. Si videro diuitias: si aurū: si argentū: si possessionem: si delitias corporales: si pulchra vestimēta: quodcūq̄ videro persequitur animā meam. Non putemus tātū in effusione sanguinis esse martyrium: semper martyrū est christianis et religiosis. Adolescentulum

libido persequitur: & vult libido effundere sanguinē. Quā
do periclitatur anima tua & quasi in periculo cōstituitur:
tunc astat dominus tesus a dextris patris & pugnat p ado
lescentulo suo. Si ergo sunt martyria in pacis tēpore: sunt
& negationes. Nemo ergo dicat non esse martyrium negatiōis. Et martyrium est & negatio. Ego hodie qui video
monachus: si rupero propositum meum: christum negaui.
Et si in pace christum nego: in persecutiōe quid facerem?
Non torqueor nec exuror et denego: si torquerer & exurer: quid facerem? Qui in persecutiōe negat: habet veniam
plage. Pro illo precantur sancti. Quid enim dicit? Volui
pugnare: caro mea in colluctatione defecit. Non cessit animus sed cessit corpus. Aliud mēs cogitabat: aliud corpus
cōpellebat: et tamen non habet excusationem. Nulla enim
est plaga que debeat ab amore christi separare. Quid enī
tibi dicit? Hoc est. In incendio eras: in eculeo pendebas:
pro me torquebaris: & dicis: non potui sustinere tormenta:
et quomodo sustinuit petrus? quomodo paulus? quomodo ceteri martyres sustinuerūt: & habuerunt corp? quale & tu habes. O monache qui ieiunium fugis: putas ignem effugere? Hoc ergo dico: quia omni tempore sunt martyria:
sunt & persecutiones. Dentes apostolus quid loquit de viduis que secūdos duxerunt maritos? Quid dicit? Habentes dānationem quia primam fidem irritam fecerunt. Si
due quid dicit? O vidua anteā ꝓmitteres q esses vidua
in tua erat potestate vt nuberes. Ex quo tēpore cōfessa es
vt mihi permaneres: ex eo tempore mea esse cepisti. Si voluerit secundū maritū ducere: me contēpsisti: adultera es:
quia mihi iam iuncta eras. Sic et tu monache: anteā pro
mitteres: in tua erat potestate facere qđ volebas. Nox tua
ligauit te mihi. Nōne liber eras? In potestate tua erat p
mittere: nō tibi licet ea licentia dimittere quod ꝓmiseras.
Promittere fuit tuum: dimittere non est tuū. Si me dimiseris: nō habeo te in eo gradu in quo prius habui. Primo
liber eras: et eras quidē de familia mea: sed non eras ante
oculos meos: nō eras de ministris meis: & de familia mea
eras: non tamen eras mecū: sed tamen meus eras. Ex quo
mihi militare cepisti si recesseris: non habeo te quasi de familia: sed quasi fugitiuum. Hoc totū quare dico? quoniā
in nra est potestate ꝓmittere seruire deo & obedire: non est
in nostra potestate dimittere. Promisisti: premiū habes:
negasti penā habes. Nō est meum: vtrūq est tuū: elige qđ
velis. Habes viam mortis & vite: ingredere qua volueris
Hoc totū dico fratres charissimi: ne quis ō vobis putet se
habere liberam potestatē & dicat. Ergo illi qui vxores habēt: qui sunt in ciuitatib?: qui militāt: qui negociantur: ergo totus mūdus in periculo est: soli monachi saluant. Nostra et illorum nō est equa conditio. Illi scientes imbecillitatem suam nō ꝓmiserūt facere qđ implere non poterant.
Illi qdē christiani sunt: sed christian? quasi secularis/ et
secularis quasi negociator/ et christianus quasi miles. Et
cornelius centurio miles fuit sed saluatus est. Ego quidē
sum monachus q̄ desij esse secularis et factus sum monachus: aut monach? saluor: aut aliter nō saluor: nō est aliud
medium. Si voluero dimittere vitam monachi & sequi seculare: non habebit me dns quasi secularem sed quasi preuaricatorē. Nō ergo licet nobis dimittere qđ habem? propositum. Dicit aliquis. Quid facio si peccaui in isto ꝓposito qui factus sum nec secularis/ nec monachus? Aliquis
peccator peccatū maior penitētia cupit emendare. Ergo
hoc dico. Non nobis licet dimittere qđ habuimus propositū: licet dignitatem propositi perdideris. Si peccasti in
vita monachi ꝑstitutus: esto penitēs quasi monachus patiēs non quasi secularis. Aliquis dicit. Fugi dominū meū
ne me cedat: semper debeo fugere? Si te penitet q̄ fugisti:
debes reuerti ad dñm tuū. Nemo dicit. Penitet me quia
fugi: debeo semper fugere? Si sanctus es: beatus es: et monachus: si peccator es: miser es & monachus tamē es. Monachus es licet dignitatē propositi perdideris. Siue sancti sim? siue peccatores simus: nō nobis licet mutare ꝓpositum: quia christus de celis a patre misit spiritum suū: sicut ipse promisit. Non vereliquam vos orphanos: sed mittam vobis spiritum veritatis qui a patre procedit: ipse docebit vos oīa quecūq dixi vobis et cōmonebit vos. Dec

quidē in cō mune loquor: mihi quoq loquor: ne quis se putet habere potestatem mutare propositum. Et iam vt assolet si casu quisq̄ instigāte diabolo ac suadente peccauerit
nō ei liceat mutare propositum: sed ad penitētiam/ que est
medicamen lapsorum tota animi auiditate confugiat. Dominus potens est & preterita indulgere/ & ad presens & me
& vos ab omnib? insidijs diaboli tutos saluare. Qui viuit
in secula seculorum. Amen.

De obedientia. Sermo.lxj.

Si premia eterne vite volum? promereri precepta dei totis viri? satagamus custodire. Precepta nāq dei nolētibus grauia: volētibus sunt
leuia. Sicut ipe ait. Jugū enim meū suaue est: & onus meum leue. Audiamus dīm et saluatorem nostrum
precipientem nobis & suo nos exēplo ammoventem. Tolite (inquit) iugum meū super vos: et discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quid est iugum dei super se tollere: nisi sancte obedientie precepto seipsum propter deum
subijcere? Mitis autem est qui oēs iniurias & cōtumelias
que sibi illate fuerint equanimiter tolerat: qui eā apostolicam sentētiam opere tenet qua dicitur. Non reddētes malū pro malo vel maledictum pro maledicto: sed ecōtrario
benedicentes. Et iterū. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Humilis vero est qui eligit abiectus esse in domo dei: et oēs studet sibi preferre: qui se semper puluerem
& cinerem esse pensat: et in cunctis que agit seruum se indignum: non solum verbo/ sed opere: cogitatione: & omni conuersatione sua semper se abijcit & contēnit. Talis ꝓculdubio ad seruādā disciplinam atq̄ obedientiam est idoneus:
nec potest perire a via iusticie: nec declinare ad dexteram
siue ad sinistram: quia in eo qđ mitis est nulla aduersitate
frangitur: in eo autē qđ humilis est nulla prosperitate vel
gloria eleuatur. Cuius autem sit obedientie fructus ostēditur cū subinfertur. Et inuenietis requiem animabus vestris. Obedientie quidem disciplina modo in labore est: sed
in futuro fructū habet pacatissimum. Et sciendum q̄ ꝯto
modo erimus obedientes patrib? nostris: tanto erit deus
obediēs orationib? nostris: & tanto erit nobis iugum eius
suaue & onus eius leue. Scire quoq̄ oportet: quia superbus
& impatiens discipline & obedientie regulis subiacere non
potest. In eo enī q̄ elate viuit: ceteros despicit: et suis magis q̄ alterius diffinitionibus obedire appetit. In eo aūt
q̄ impatiens est: ipsa parua/ et leuia/ dura/ et intolerabilia
esse diiudicat: idq̄ solum rectum esse estimat qđ obstinato
corde cōceperit: sensuq̄ proprio pro omniū vtiur ratione.
Isti tales fratres vnanimes sepe perturbāt: liteq̄ mouēt:
nec volunt ad mensuram aliorū viuere: nec sunt cōtēti his
quibus cōtēta debet esse religiosa paupertas. Et cum negligentius ceteris viuant: plus alijs volunt honorari. Sui
usmodi rebelles & inobedientes anime: frequēter i passionibus sue carnis decidūt & vsq̄ ad turpia opera dilabuntur & ex his pleriq̄ a societate fratrū/ & a sancto proposito miserabiliter & dānabiliter discedūt. De talibus terribiliter
clamat Petrus apostolus. Si (inquit) fugientes coinquinationes mūdi his rursus implicitti superantur: facta sūt
eorum posteriora peiora priorib?. Melius enī erat eis non
cognoscere viam iusticie q̄ post cognitiōem retrorsum reuerti ab eo qđ illis traditū est sancto mādato. Huic dominus ait. Ve illi per quem scādalū venit. Qui squis ergo talem se esse recognoscit: dū tempus corrigendi habet ad lachrymas & penitentiam cito redeat: superbiā cū humilitate vincat: impatientiā mansuetudine dānet: vitia i virtutes conuertat: me si in malo perseuerat: ad eterna supplicia
puenīat. Debem? ergo eam quā professi sumus obedientiā
et virtute & opere custodire. Dō tūc agimus cum eum qui
nobis preest pro amore dei honoramus atq̄ diligimus: et
quicquid ab eo nobis precipitur tāq̄ ab ipso celesti domino fuerit iperatū: libēter iplere festinam?. Prelatus enī
xpi vices agit in monasterio. Unde ipse suis pastoribꝰ ait.
Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit. Sicut enī gaudere debēt & magnū a dño premiū expectare q̄
libenter obediūt: quia qđ ipsi maior iussu faciunt/ hoc ipsi
auctori deo impēdūt: sic nimirū magnū a deo iudicium ti

mere & expectare debēt q̄ prelator? suor iussa despiciūt: q̄
cum status pōtēt non ipe sed is in cuius loco positus est
contēptui habet. Nec potest deus a nobis sine magno fructu honorari: nec despici sine magno detrimēto. Debet autē obedientia esse sine mora: nō cum murmure neq̄ cum tristicia animi: q̄ cū gaudio et hylaritate. Hylarē enim datorem diligit deus. Bonū autem qđ cum tristicia fit: deo nō
est acceptabile: quia ipe magis est inspector cordis q̄ corporis. Debet quoq̄ obedientia esse vsq̄ ad mortē: quia vsq̄
ad mortē pri suo ꝓpter nos obediuit christus. Ad hoc sanctum preceptū ipe suo exēplo noster redēptor nos ammonet dicēs. Tollite iugum meū sup vos & discite a me quia
mitis sum et humilis corde.

De timore domini ac dilectione primi & auaricia vitanda: vbi etiā interferit de diuite epulone: necnon de votis tenendis &c. Sermo.lxij.

Timor domini expellit peccatū. Per timorē domini nascūtur multa bona. Salomon ait. Principium sapiētie timor domini. Et alibi. Beat? homo qui est pauidus. Per timorem enim domini euadūt anime de penis inferni: et per amorē eius
ueniūtur gaudiū sempiternum: quia timor domini et amor
proximi charitas est. Qui autem charitatem habet: deum
habet: & qui deum habet/ secularia fugit. Qui christum diligit: infernū timet: & paradisum deliderat: vbi anbelat peruenire: in quo sperat ꝑmanere: in quo non est timor de morte: nec trepidatio de hoste. Qui deum habet in se: diabolū
repellit de se. Per dilectionem dei et proximi vita acquiritur eterna: amor dei i deo permanere facit. Dilectio primi malū non operat. Unusquisq̄ qđ sibi fieri non vult: alteri nequaq̄ faciat: qui sic agit peccatum non nutrit. Qui
terrenis se implicat: celestibus se elongat. Gaudet q̄ acquirit: & tristat q̄ amittit. Multi sunt qui de alienis lachrymis
elemosinas facere se sperāt: vnū expoliāt: alterum vestiunt
vnū inanem faciūt: aliū alienis reficiūt. Elemosina cū iniquitate acquisita abhominatio est apud deū. Qui de iniqta
te misericordiā facere putat: mihi fl est apud deū. Quid dicemus fratres charissimi de illis diuitibus qui congregāt &
ignorant cui congregāt ea. Acquirunt terrena: & perdūt celestia. Lucrātur pecunias & perdūt animas. Attendūt qđ
acquirūt & non perpēdūt quid amittūt. Multi sunt qui in
luce ambulare se putāt: & fortis claros existere se existimāt:
cū peccatoꝝ luto pleni: ītus tenebrosi persistāt. O ceca cupiditas que a xpo alas separas: vt ille dives qui quotidie
epulabatur splēdide: ante cuius ianuam lazarus iacebat
mēdicus. Mortuus aūt dives in iferno lapsus: lazarus vo in sinū abrae legitur allat?. Quare miseri diuites nō expauescitis qui terrenas diuitias cōcupiscitis/ & celestes thesauros perdere non curatis? Qui tale exēplum saluatoris
iam dictū nō timet: bene ecclus ambulat. Jacob? enim apostolus dicit. Eya nūc diuites plorate et vlulate i miserijs
vestris que veniūt ad vos. Diuitie vestre putrefacte sunt
vestimenta vestra a tineis corrosa sunt. Aurū & argētū vestrū eruginauit: & erugo eorū vobis in testimoniū erit. Ve
illis qui tales sunt. Quarus misericordiam non habet. Cupidus similis est inferno. Infernus quātūcūq̄ plus deuorat: tanto magis cupit & desiderat: sic & auarus nūq̄ satiabitur. Crescit vana potentia: crescit & pena. Potentes potentioza tormēta patiētur. Ecto maior honor datur: tāto maius periculū cōparatur. Isti tales sūt elati: superbi: vanitate pleni: luxuriosi: gulosi: et hominib? magis placētes
q̄ deo. Hi sunt seipos amātes: gule seruiētes magis q̄ spiritalib? intēdētes: corpus ornātes/ & aīam sed antea. Carnalibus psentientes: spiritalia negligentes. Foras ornati:
intus tabefacti. Se sapiētes estimātes vero se esse stultos
non considerātes: cū sapiētia huius mundi apud deū stultitia est. Colligentes amicitias seculares: perdentes eternales. Dicit nāq̄ apostolus. Quicūq̄ voluerit esse amic? huius seculi: inimicus constituitur dei. Superbus deum
negligit: diabolo seruit: verba diuina despicit: vana & iutilia diligit: falsas suggestiones amat: instinctiones diuinas
recusat. Dum terrena sequitur: fugiūt ab eo celestia. Dum
transitoria concupiscit: eterna amittit. Vanitates concu-

piscens: diabolicas perpetuas incurrit penas. Ue illis q̄s
in talibus rapuerit infernus: qui dum tempus habent/ et
in sua sunt potestate & non corrigunt se: nec emendant. Cū
mors venerit potentia illorum vbi remanebit? Et sola anima misera nōne in infernum ibit? O fratres charissimi qđ
dicemus de illis qui vouerunt et non impleuerunt. Melius est enim non vouere q̄ post vota promissa ipsa non tenere. Multo et melius est non promittere: q̄ fidem promissam non adimplere. Melius insuper fuerit si non redditeris quod promisisti: q̄ si votum nūq̄ emisisses. Dicit nāq̄
propheta. Uouete & reddite deo vestro. Et in sapientia dicitur. Os quod mentitur occidit animam. Et psalmista.
Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et alibi. Ex
verbis tuis aut iustificaberis/ aut condemnaberis. Multi enim (quod petus est) dei promissa dimittunt: diabolica
fraude decepti: alijs se operib? malis implicantes que sectant. Cōsiderate ergo fratres charissimi vosmetipsos: cogitate vbi sint reges: vbi potētes: vbi amici: vbi parentes.
Ecce quomodo de tāta potētia vel leticia tāta, puenit miseria et angustia: de tātis diuitijs tot inopie: de tātis satietatib? tanta fames: de tanta delectatione hzeut tam longa
tristicia: de tam breui vita tā lōga mors. de tam exigua satitate tā longa infirmitas: de tā breui luce tam longe tenebre: de tam parua suauitate odoris vel luxurie tantos rectos dolores et fetores dānationis perpetue. Et de vestimentoꝝ nostrorū abundantia: ex qua largiri debuimus
elemosinā pauperibus: tātā nuditatem habētibus. Rogo
vos fratres charissimi dum vobis dominus dat intellectū
spiritalē: vt non ametis omne mozturū & transitoziū plus
q̄ oportet: ne vos cōfundentes in futurū, pfundatis. Date
parū: accipiētes multum. Qui enim reliquerit omnia que
possidet, ꝓpter christum: centuplū accipiet & vitā eternam
possidebit. Et q̄ licet pauci sint (heu) hanc salutis vīā arripe volentes: eo q̄ multi sint vocati: pauci vero electi. melius est tamen cum paucis īgredi ad vitam eternam q̄ cū
multis perduci ad gehannam. Exinde est melius modicū
iusto super diuitias peccatorum multas. Auxiliāte dominō nostro iesu christo: cui est honor et imperiū in secula seculorum. Amen.

De die iudicij et penis inferni. Sermo.lxiij.

O fratres charissimi q̄s metuēda est illa dies in q̄
dños noster iesus christus cū flāma ignis aduentre ꝓposuit: qui in circūitu timicos suos inflammabit: & omnes qui operātur iniquitatē. In illa
die plangēt se omnes tribus terre: & videbūt filium dei veniētem in nubibus celi virtute magna & maiestate excelsa
Cōmouebit ente eū terra & peccatores peribunt. Celū plicabit/ & siccabit mare/ & montes sicu cera ardebūt/ & terra
vsq̄ ad inferos. Sol conuertet in tenebras: & luna non dabit lumen suum: stelle cadēt de celo/ & virtutes celoꝝ cōmouebunt. Tunc apparebit signū filij hominis in celo: qđ est
crux christi. In cuius lūmine oīm manifestabūtur abscōdita cordiū. Tūc sancti obuiā venīēt christo in aera: & semper cum dño erunt: peccatores aūt peribūt & confundentur.
Et tūc fiet iudiciū & veniet dns iesus christus & mittet angelos suos ad quattuor angelos terre: & congregabunt electos eius a summo celi vsq̄ ad fumarū ei?: seperabitq̄ dominꝰ sanctos suos de peccatorib?: et mittet eos in caminū
ignis ardētis qui paratus est diabolo & angelis eius. Ibi
erit fletus & stridor dētiū. De illis qui ibidem suam habebūt mansionē. Hic fumus tormētoꝝ ascēdet in scla sclorꝝ.
Ibi vermis eoꝝ nō morietf/ & ignis nō extinguet. Ibi nulla
vox nisi gemit?: nulla reqes sz ardor ptinuus. Ibi nullum
in flāma refrigerīū sz ignis ppetui ptinuū icēdiū. Ibi lux
nunq̄ videbit: ibi tenebris nūq̄ carebit: ibi nulla est in bono eoꝝ memoria: sed oblīuio dei ipsoꝝ eterna. Quorū cib?
eoꝝ cruciatus: quoꝝ mansio nō abrahe sed sathane sinus.
Ibi nulla amicorum vel parentum visitatio sed incessabilis peccatorū tormentatio. Pensa igitur o humana natura que regnum dei possidere desideras: cur tanta mala cōmisisti et tot bona omisisti. Emenda dum potes: ad deum clama dum tempus habes: dum spacium datur luge: dum

Universidad de Deusto Biblioteca

licẽtia tribuitur:penitere non protrahe. Festina dũ potes fac bonũ qũ vales dũ anima tua versatur in corpore:dum adhuc viuis futurũ tibi acquire remedium. Priusq; dies mortis te preueniat:ipm operibus bonis preuenire nõ tarda. Et priusq; te profundus absorbeat pelagus:priusq; te malignus rapiat infernus:vnde nulla dat indulgẽtia:vbi nullus amplius regreditur ad veniam: lachrymis penitẽtie cruere te accelera:vt sic eternã euadas penã. De qua et nos pius ac misericors deus eripere dignet. Qui cũ pre & spũsancto viuit ac regnat in secula seculorum. Amen.

De exhortatione ad sacerdotes vt doceãt q̃d populum christianũ scire et obseruare oporteat. Sermo.lxiiij.

A

Audite filioli mei et intelligite quomõ scriptura sancta ãmonet nos et inuitat ad regna celorũ:et ostẽdit viã quomodo mala istius mũdi euadere possim9:& ad vitã puenire eternã xpo adiuuante. Clamat enĩ dñs p̃ pphetã ad sacerdotes q̃ populo p̃sunt: vt doceãt eũ & ammoneãt:& viã veritatis sibi annũciẽt. Di cit enĩ. Clama ne cesses:quasi tuba exalta vocẽ tuã/et anũcia populo meo scelera eor. Et iterꝫ. Qz si nõ anũciaueris iniquo iniquitatẽ suã:sanguinẽ eĩ9 de manu tua requiram. In his igit grandis necessitas est oib9 sacerdotib9 vt viã salutis populo demonstrẽt: p̃ quã vitã eternã acq̃rere possint. Imprimis ipis explicãdo qõ ois christian9 scire/& in corde suo firmiter tenere debet: q̃ pmũ est mãdatũ dño di cẽte. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo: et ex tota aia tua:& ex tota virtute tua:& ex tota mẽte tua:deinde primũ sicut teipm. Si ista:id est amorẽ dei & timorẽ:ac primi dilectionẽ in corde tuo posuer9:& hec p̃cepta cũ summa reuerentia suscipe volueris:tũc ad aliã volũtatẽ bonã deo largiente facili9 poteris puenire. Promisit enĩ his q̃ diligũt eũ resurrectionẽ post mortẽ:paradisi delicias:angelor cõsortiũ & vitã sempiternã. Qñ post hec nec aduersa te mole stãt:nec infirmitas grauat:nec senect9 occupat:nec mors occurrit:sz pax & securitas ppetua:sanitas aĩa & corpoꝝ gratissima:iuuẽt9 venustissima:& regni celestẽ vita eterna. Et hec omissa sunt bona faciẽtib9/& de malis se ptinẽtib9

B

Cogitet ergo vnusquisq; q̃lit ad illã bonitatẽ puentre possit. Sit beniuolus/pius/benign9/misericors/sobrius/castus/ad oẽ opus bonũ prompt9:ad mala tardus. Occia vir tutes fugiat:& oi virtutũ exercitio deo placere studeat. Nõ sit detractor:nõ fornicator:nõ rapax vl auarus:nõ ebrius: nõ gulosus:vel in scurrilitate q̃ ad rẽ nõ ptinet ostitut9:sz & illa & in ipsis positos q̃si serpẽtẽ fugiat: ne vitijs & malis hmõi aĩam suã ĩquinet. Diligat iusticiã:pacẽ ĩquirat:amet parẽtes:dilectionẽ habeat ad primũ. Cũ gaudio peregrinos suscipiat:infirmos visitet. Et inquãtũ valet deo adiuuãte ac sibi copiã bonor& aliũ ministrãte vt habeat vnde cũ summa leticia paupib9 tribuat:et cũ summo gaudio ne cessitati eor& subueniat:credat sibi retributorẽ esse deũ q̃ vi det & cõsiderat vniuersa. Pro quo et dixit. Quicq̃d fecerit tis vni de minoribꝰ istis mihi fecistis. Et filioli mei semp cũ gaudio/& leto aĩo paupib9 manũ porrigite inquantum prualetis. Et si aliq̃s est laborator q̃ terrã colat:de fructibus suis et ex eis oĩb9 q̃ dñs et donat in decima ecclesiam nõ defraudet:& de particula sua pauperib9 dare non negligat. Si negociator est & in hoc laborat:& ipse deo non seruit de suo labore:vt decimã reddere nolueritꝫ & de sua particula paupib9 ministrare non curauerit:ad nihilũ ipe vna cũ pecunia sua rediget. Ex q̃cũq; arte dñs alicui psone ingeniũ lucrãdi donauerit:vnde se & suos nutrire ac vestire potuerit:& cũ hoc suplucrari aliqua post decimam:ex ipa sua particula q̃ sibi remanet:p redẽptione aĩe sue ac suor& pauperibus hylariter donet. In his aũt oibus caste/sobrie/et pie viuẽdũ est:vt op9 bonũ q̃ facitis deo acceptabile fiat Seculares ad ecclesiam libẽter puenite:pfessiões vestras humili & puro corde sacerdotib9 facite:& illos rogate q̃ p pctis vestris deũ vt vobis ĩdulgeat orare dignẽtur. Oblationes p dies dñicos pro vobis et vestris & status vestri possibilitatẽ deo offerẽtes. Dignum nãq; & acceptabile sacrificiũ deo est vt xpiani q̃ negligenter egerint: p sacras oblatiões & elemosinar& largitionẽ placare festinẽt:et p ve rã(vt p̃mittit) pfessionẽ:cordis p̃tritionẽ:ac oĩmodam satisfactionẽ:p oratione purã:p ieiuniũ & abstinẽtiã peccata sua abluere velint. Et vos sĩr agẽtes in oib9 vosmetipos considerate propter quid in hac valle miserie.i. in hoc mũdo nati estis. Et cur nisi vt nuduli primor parẽtum pecca to exigẽte:de paradiso in pẽsens exiliũ relegati: bñfactẽdo ad patriã reuertamur. Si igit p ignoratiam vel aliqs ptra deũ quicq̃ peccãdo egistis:per opera vestra bona id emendare nõ tardetis. Hoc vobis ad memoriã sollicite reducẽ do:vt si q̃s legitimat9 sit ĩ domo sua tranquille & pacifice vt bonũ decet christianũ viuat: parẽtib9 honorẽ ipendat: vxorẽ diligat:filios catholicã fidẽ & dei legẽ cũ summa disciplina instruat:vt deũ diligere/timere/& honorare sciãt. Hoc enĩ bñpacitũ est apud deũ. Sup omnia turpiloquia abstinẽtes charissimi:primis vestris detrahere nolite:sed si alicui aliq̃d i aliquo displicet:illũ(euãgelicã sectãtes doctrinã) arguite & monete in charitate:& si illũ lucrati fueritis:vosmetipsos saluabitꝭ. In omnib9 ebrietatem cauete. Hec enim submersio magna est aĩe. Sicut enĩ ignis facile incẽdit stipulas & leuiter siccas exurit paleas:sic ebrietas corpus corrũpit & aĩam simul:& corpus in graue peccator incẽdiũ deijcit:& p̃cipue in iuuenib9. Q̃ inũ enĩ et iuuent9: duplex incẽdiũ. Propterea q̃ ab ebrietate nõ cauet:peccatũ nõ euadet. Ad ecclesiã q̃ũ venitis:cũ summa reuerentia & timore maximo intrare debetis:cõsiderantes qz ad dñm & domiuatorẽ vniuerse creature vadittis:eidem ibidem p negligentijs vestris ventã deprecaturi. Dũ etiã in ecclesiã stam9 ofones dño p pctis nostris fundentes:p̃ius tamen operib9 fidei inquãtũ possibile est iustificati oculos mẽtis ad deũ leuem9:semp itẽdẽtes qualiter de supnis a deo cõsolatio nobis prebet. Oculi enĩ dñi sup iustos:& aures eĩ9 in preces eor. Ista si frequẽter feceris:et pre oculis deum habueris:iimicus fugiet a te. Angelus enĩ dñi bon9 aditor tibi erit si mẽtẽ tuã firmã in his existere pspexerit. Cõsidera qz pius & misericors est deus:& puro corde se deprecãtes misericorditer recipit:p̃missiones suas nõ elõgat:et alleuat ac sanat eos qui p̃triti sũt corde. Hoc etiã charissimi latere nos nõ debet:verbis christi p̃ scripturã sacrã nobis nũciãtib9:q̃ istius mundi finis appropinquat:& p quotidiana signa q̃ per euãgeliũ predicta sunt/& quotidie fiũt spero in p̃mo eius esse aduẽtũ vt per ignem oẽm iudicet mũdum Ecce enĩ dñs veniet & oẽs angeli eius cũ eo:& virtutes celor& mouebũtur. Tunc sedebit redẽptor noster reoim in sede maiestatis sue:& congregabũtur ante eũ oẽs gentes:et separabit eos abiuicẽ sicut pastor segregat oues ab hedis. Qui boni sunt statuet eos ad dexterã suã:malos& ad sinistrã. Et his q̃ ad dextris eĩ9 erũt dicet. Venite bñdicti patris mei:p̃cipite regnũ q̃ vobis paratũ est ab origine mũdi. Esurui/& dediti9 mihi mãducare. Sitiui/& dedistis mihi bibere. Nudus erã:& operuistis me. Infirmus & in carcere/& visitastis me &c. Tũc respõdebũt iusti dicentes. Dñe quãdo te vidim9 esurientẽ & sitientem/& nudũ/et infirmũ/vel in carcere:& ministrauim9 tibi:. Tũc respõdebit illis dicens. Q̃diu vni de minimis meis fecistis mihi fecistis. His vero qui a sinistris eius erũt dicet. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ:qui p̃parat9 est diabolo & angelis eius. Et suriui enĩ & nõ dediti9 mihi mãducare:et sic de singulis. Et ibũt hi ĩ supplicium eternũ:iusti aũt ĩ vitam eternã. Cõsiderate igit filioli magnam dei pietatem: quali nos i peccatis nostris suffert patiẽtia. Pẽsemus iudiciũ illud futurũ vt peccata nostra nobis nõ improperent. Propterea charissime hoc nobis in oibus considerandũ est dũ vnusquisq; potest:dũ tẽpus habet: dũ preciũ in manib9 tenet:& inquãtum prualet redimat se vnusquisq; nec debitor peccati ac in seruitute diaboli persistat. Et exide vos seculares post penitẽtiam & recõciliationẽ actam:fm sacerdotis p̃siliũ cõmunicate tẽpozib9 p̃cipue ad hec ab ecclesia ordinatis. Prius tamẽ ante plures dies a p̃pijs etiã vxorib9 abstinete:vt mũdo corde & casto corpore sanctum sacrificiũ accipere possitis. Sacerdotib9 vestris honorem impendite:& eis p̃pter deũ obedite. Ipse nãq; dñs ad ipsos dicit. Qui vos audit me audit:et qui vos spernit me spernit. Filij honorẽt parẽtes. Sĩr & oẽs xpiani inuicẽ vos honorate. Scriptũ nãq; est. Honore iuicẽ puenite

Rom.xij. tes. Et suriẽtes pascite:sitientib9 potũ porrigite: hospites et peregrinos p̃cipue:pauperes suscipite: humanitatem quam potestis illis impendite:pedes illorũ lauate:vestite nudos:in tribulatione positis subuenite. Consolamini dolentes:infirmos visitate:mortuos sepelite:in carcere positos rogate:et de bonis vestris q̃tũ facultas vobis a dño cõcessa suppetit/subuenite:ac eis ministrate. Viduas & orphanos in tribulatione positos adiuuate:pauperes et oppressos a prauis hoibus vel iniquo iudicio (in q̃tũ vobis possibile est) adiuuate/seu adiutoriũ p̃state:iudiciũ rectũ ac iusticiã seruate:misericordiã in oibus facite:pacẽ in vobismetipsis habete:et eos q̃ discordes sunt ad viã pcordie reuocate. Symbolũ & orationẽ dñicã tenete: filios & filias vestras docete vt & ipi teneãt. Filios quos in baptismo recepistis in fide erudite:et scitote vos p eis apud deũ fidetussores existere. Et ideo semp docete:indesinẽter castiga

Tit.ij. te et corripite illos. Oẽs vo subiectos vos (vt tenemini) admonete/vt sobrie/caste/pie et iuste viuãt in hoc seculo.

6 Ceritatẽ corde & ore dicite:castitatẽ p̃tinẽtiã seruate:sobrietatẽ & parcitatẽ cibi & pot9 habete:ieiuniũ seruate. Se

j.Thes.v. niores honorate:iuniores in xpi amore diligite:patientes

Luce.vj. estote ad oẽs:bñfacite his q̃ oderũt vos. Charitas et gaudiũ:patientia/benignitas/bonitas/spes/fides/modestia/ mansuetudo/cõtinẽtia/castitas/& dilectio sint in corde vestro iugiter. Et hec in cogitationib9 sctis & eloq̃is ac operib9 pijs p̃seruate. Humilitatẽ añ oĩa custodite et tenete. Spẽ vram totã in dño ponite. Bonũ cũ aliq̃ ĩ vobis iuuenitis:nõ vobis ad laudẽ vram inanẽ/sed deo ad sui gloriã q̃ hoc vobis dedit ascribite. Malũ vero q̃ in vobis videritis:nõ dei cã sz vra culpa & negligẽtijs vris hoc factũ esse sciatis. Die iudicij timete:gehẽnã expauescite:vitam eternã desiderate:cogitatiões et opa simul & verba die noctuq; in bonũ custodite. Transitũ vrm de hoc mũdo q̃ sẽp

thob.iiij. appropinquat oĩ die sperate. Precepta dei adimplete et ĩ

Luce.vj. el9 mia nunq̃ desperate. Nõ sibi q̃s fieri nõ vult/alijs non faciat. Et put vultis vt faciãt vobis hoies bona:& vos facite illis sĩr. Charitatẽ aut& q̃ est dilectio dei & p̃rimi in

D omnib9/& añ oĩa seruate. Nemo se circũueniat fratres: qz oĩs hõ q̃ post baptismũ mortalia crimina cõmisit: seu homicidiũ:aduleriũ:fornicationẽ/furtũ/falsum testimoniũ; pluriũ:& his similia pctã mortalia ppetrau9 fuerit. si penitentiã verã nõ egerit:clemosinã iusta nõ fecerit:& in bonis

Gal.v. opib9 nõ pmãserit: nunq̃ in regnũ celor& intrabit/nec possidebit gloriã eternã:sed luctu in infernũ descẽdet. Mã

Job.ix. q̃ talia agũt: regnũ dei nõ possidebũt. Proinde scriptũ est Requaq̃ de9 delinquẽtib9 parcet: qm̃ peccator aut flagellũ tpale habebit:aut purgationẽ in ꝺ seculo faciet:aut punient9 reliquit eterno iudicio:aut q̃ male admiserit puniendũ/punit in hoc seculo. Ac pinde est q̃ deliquentib9 nõ parcet de9. Et alibi scriptũ est. nulla pctã de9 pmittet iulta:hoc est sine vindicta:qz certe aut nos hic vindicabim9 pctã vestra p penitẽtiã: aut illa vidicabit de9 p scueritatẽ iudicij & iusticiã. Et illud scitote certissime & firmiter credite q̃ ois hõ q̃cũq; q̃tũcũq; crimios9 fuerit seu pctor exiterit:si verã penitẽtiã egerit:ac iustas elemosinas fecerit:& ĩ bona deuotione cũ opib9 iustis pmãserit:morte eterna nõ gustabit:nec vnq̃ in infernũ descẽdet: sed ab angelis

Luc.ix. sctis post vitã p̃tẽ in celũ leuabit/& gl̃iam possidebit eternã. Ita de9 dixit. Nõ iudicabit hõ bis in idipm. Et apls alt. Si hic iudicarem9 nos neq̃q; a dño iudicaremur. Hoc est q̃ illi q̃ in hac vita p̃siti p verã penitentiã iudicãt:in iudicio extremo de his nõ iudicabunk: qz sic eorũ iudiciũ in hac vita terminat. Si et alibi scriptũ est: q̃ si nos p̃fecte penitẽtiã egerim9 non solũ de9 culpas nostras remittit:sz post culpas etiã pmia p̃mittit. Ideoq; fratres charissimi vitã nostrã in vita p̃siti emẽdare festinem9:& q̃cq̃d mali fecim9 desinam9:& viterius peccare cessemus: precepta dei faciam9 desideram9:& viterius peccare cessemus: ac in voluntate bona:cogitatione recta:& verbis ac opib9 sanctis nos cõseruem9: auxiliãte & gubernãte dño nostro Ihesu Christo:qui viuit & regnat de9 ĩ secula seculor& Amẽ.

De exhortatione ad generalem hominum instructionem pro desiderio vite celestis et contẽptu presentis. Sermo.lxv.

A

Fratres charissimi:vnusquisq; pctã sua emẽdare debet in q̃tum prualet deo auxiliãte. Omis eni homo christian9 desiderare debet p̃fectẽ & deũ p̃fectum omnipotentẽ qui in celis habitat vt dicere mereatur. Pater noster q̃ es in celis. Ibi videlicet matth.vj vbi est p̃fectus de celis:vbi est patria nra celestis:illuc desiderare debem9 vt puenia9. Ibi puenire spem9 vt illic pmaneam9. Ista nãq; vita nõ celestis sed terrena:nõ patria sed exiliũ:nec ppetuo sz trãsitoria:qz quotidie ad finẽ ꝑna. Illa vo patria celestis in q̃ de9 cũ sctis angelis & electis suis habitat. finẽ nõ hz. Vere igit stultus est q̃ ad talẽ p̃fectam/talẽq; patriã/ac talẽ celestiũ ciuiũ societatẽ puenire nõ desiderat. Quis est ille q̃ i captiuitatẽ ducẽt9 vltra ad patriã redire nollet:. Quis in carcere tenebrosso posit9 ampli9 exire nollet et lucẽ videre:. Quis vsq; ad mortẽ famẽ sustinẽs si ei mãducãdi possibilitas affuerit nõ mãducaret:. Quis sitiẽtis si facultas bibẽdi exisserit nõ potaret:. Nob charissimi/mũd9 iste vere nõ patria sz captiuitas babylonica est:qz multipliciter diuersor& intimicor& nostror& laqis irretiti:mũdi vcz carnis & generis hũani ilmici:vita etiã p̃sns nõ libertas sz carcer pctorũ nobis est. De hac igit captiuitate:& tenebrar& carcere eripi laborem9:& nõ vt fui bũc cibũ & potũ vanitat& p̃ti:anxiũ & laboriosũ appetam9/sed vt filij liberi celestẽ desiderem9 cibũ & potũ:hunc vcz q̃ plena sattietas est ciuiũ supernorũ. Pro hoc cibo:pro hac celesti vita creatorẽ & gubernatorẽ nr̃m rogare debem9 et orare:vt in hac valle miꝭie seu exilio p̃ti nos custodire et gubernare dignet vt opitulãte illo ad portũ salutis puenire valeam9. Mũdus eni iste sic̃tudinẽ maris hz. Mare fetet sĩr & mundus. Ex hoc fetore auxiliãte deo extrahere nos debemus. Oportet nãq; cũ humilitate maxima orare deũ creatorẽ nr̃m/sctosq; suos p̃cari:vt ex hac valle lachrymarũ nos eruẽs:ipor ciuiũ supnor& cõsortes nos efficiat. Illuc enĩ summo studio & p̃care debemus: vbi sine interruptione manere speram9:vbi null9 timor de morte:nulla dubitatio de hoste. Ibi vita sine fine:iuuentus sine senectute lux sine tenebris:gaudiũ sine tristicia: voluntas sine molestia:requies sine labore:claritas sine nube. Hec autẽ vita honorãda est & laboriosa:fragilis & falsidiosa:caduca ac misera:deceptrix atq; dolosa:& erũnis ac scãdalis plena. In luctu nascimur:in labore viuim9:& in dolore morimur. Et q̃ peius est & super oĩa magis dolendũ: quidã pctis suis exigentib9 nõ cõfessi nec cõtriti:de hac vita migrãtes: nõ solũ tẽporali morte plectunk:sed in infernũ deducti morte moriunk ppetua. Vitã eteni suã sine oĩ pietate duxerũt:& ob hoc multa tormẽta passuri nunq̃ vitã p̃sequenk eternã. Dũ eni temp9 habuerũt:vitã suã emẽdare noluerũt. Pl9 gulã amãtes q̃ abstinentiã sectãtes: plus luxuriã q̃ castitatẽ: magis terrestria q̃ celestia. pl9 creaturã q̃ creatorẽ diligẽtes. Abstinentia ducit ad castitatẽ: castitas ꝺducit ad gloriã:& fornicatio demergit ad penã. Castitas ad celũ subleuat:& luxuria in infernũ ꝓfundat. Castitas sctis angelis vnit:fornicatio aũt demonib9 iũgit. Sobrietas cogitationes sctas istituit:ebrietas & etiã si audit verba sctã in corde nõ suscipit. Oportet ergo vnusquẽq; verũ aĩe amatorẽ nõ solũ corpus nutriẽdo diligere:sed & aĩam nutriendo nutrire. Videm9 naturaliter q̃ si corp9 esurit cibũ q̃rit:si sitit potũ appetit:si nudũ est vestimẽtũ desiderat. Requiẽ petit cũ laborat:somnũ querit dum dormitre infestat: et sic de ceteris corporis necessitatibus. Anima aũt& oibus his ĩdiget. Precepti dñi panis eius est: oz̃ sancta potus:vestis eius & vitas & iusticia/requies/humilitas/& obedientia. In hoc etiã paucio eterne societat& multi sunt vocati:pauci vero electi. Alij accipiũt fructũ tricesimũ: alij sexagesimum:alij vero centesimũ. Q̃ beata est illa aĩa cui dominus deus dignatus est cõcedere mãsionẽ in eterna requie Mat.xx. Et qui hanc mansionẽ regnũ videlicet celeste ingredi vo Mat.xiij. luerit:non superbus/nec auarus:non inuidus/nec iracũdus:non gulosus/nec ebriosus:non cupidus/ nec luxuriosus:nõ periurus:nõ homicida: non falsator nec adulter & sic de singulis. Quis autem infinita mala perpetrauerit: de dei tamen misericordia desperare non debet: sed spem habere debet de dei misericordia et fiduciam recuperãdi salutẽ:per vite sue emẽdationem & bonorum operum exer:

citationē. Verba dei libenter audire: ad ecclesiā diligēter cōuenire: sacerdotib⁹ sepissime cōferri: omnib⁹ hominib⁹ charitatē firmā tenere. Aut enī charitatē nō habuerit: ī vitā eternā itroire nō valebit. Paruo tpe hō viuit in hoc seculo. Dū igit tps habem⁹ opemur bonū ad oēs: z vias dñi Gal.vj. ꝓparem⁹ bonas. Ecce nunc tps ācceptabile. ecce nūc dies vj. Cor.vj salutis. Sal⁹ hoim xps est. Si parētes nros z amicos diligere debem⁹/ ꝯtomagis istū diligere tenemur q z nos et nros fecit z creauit parētes. Huc amem⁹ q vniuerse dñaē creature scs deū. Diligam⁹ ꝓximū sicut z nos: qz de terra sicut et nos ꝓximi nri sunt formati. vt p hoc vitam mereamur eternā: ipso adiuuāte qui viuit z regnat ꝛc.

De agenda penitentia. Sermo.lxvj.

Joheł.ij. A

DIus z mīsericors de⁹ fratres charissimi ad cōpūctionē z penitentiā nos hortat dicēs. Conuertimini ad me ī toto corde vro: in ieiunio/z fletu/et plāctu: qz nolo mortē pctōris: sz vt cōuertat z viuat. Et iterū. Roli tardare (inqt ꝓpheta) cōuerti ad dñm deū vrm. Ezechiel. xxxiij. Cōuertimini ad me in toto corde vro. i. ad dñm deū vrm. Ec.v. Et ne differatis de die in diē. Et itez. Cū cōuersus ingemuerit: saluus eris. Conuertiminī igit charissimi ad dñz deū nrm tāq̄ boni serui ad fidelē dñm. Humiliem⁹ nos in ꝓspectu dei: z plorem⁹ añ deū q fecit nos. Nō dedignemur in hoc seculo agere penitentiā/z pctōrū nostrorū pcari veniā: vt infernalē euadere possim⁹ penā/z ad eternā peruenire leticiā. Emēdem⁹ ergo nos in ieiunijs z vigilijs z ce- Psalm. l. teris opibus pijs: sciētes q cor ꝓtritū z humiliatū de⁹ nō spernit. Sic enī ait apl's. Castigo corp⁹ meū z in seruitutē redigo. Si ꝓ carne nra laborem⁹: laborem⁹ etiā ꝓ aīa nra q dignior est. Si curā habemus ꝓ satietate misere carnis nostre quā post paucos annos vermes deuorabunt ī sepulchro: ꝯto magis despicere nō debem⁹ aīam q deo z āgelis ei⁹ psentat in celo. Cogitate fratres charissimi qz abūdantia pabuli luxuriā administrat: cū caro in tā copiosis deliciis satiat z mēs tātis mulcet diuitijs: ī piguedine carnīū puidet esca vermīū. Iterū rogo vos fratres: q̄tiēs iuxta sepulturā diuitis trāsitis vt diligēter ispiciatis vbi sint corp diuitie vel ornamēta: vbi gloria: vbi vanitas: vbi luxurie vbi voluptas: vl' vbi eor sunt spectacula. Cōsiderate diligēter z videte z agnoscite: qz nihil aliud i eis est nisi cinis et fetor z vermis. O hō vide sepulchra mortuor: z dic tibi tuipse: z loquēs tecū dicere potes. Ecce nūc ex illo misero qui hic depositꝰ fuit nihil aliud nisi ossa z puluis euenit. Et vere hō si ipa ossa arida audire voluerīs: tibi ꝓdicare poterunt z dicere. O miser q̄tum ꝓ cupiditate hui⁹ seculi discurris: aut q̄d supbie vel luxurie ifelicia colla submittis vt q̄d te applicasti ad serulēdū crudelissimis dñis: vitijs videlz z criminib⁹. Attēde ad me et itellige: ꝓsidera me et vl' sic tibi horreat luxuria tua/vl' auaricia tua. Hoc q̄ tu es ego fui: z q̄ ego fū modo tu eris postea. Si in me pmāsit vanitas te nō ꝓsumat iactas: si me luxuria polluit: te exornet castitas: vide puluerē meū et relinque desideriū tuū malū z ꝛc. Jdeo q̄tum possim⁹ auxiliāte deo laborem⁹ vt alioꝝ vulnera nobis ꝓferāt medicamēta: z alioꝝ mors ad vitā nobis ꝓficiat: z hoc optie fieri pōt si pl⁹ erim⁹ sollicīti ꝓ aīa q̄ ꝓ corpore: vt cū caro nra fuerit in sepulchro posita/aīa nostra bonis opibus in celos eleuet ornata. O aīa si nos deceperit aut pulchritudo aliene mulieris: aut cōcupiscētia carnis q̄ est ruina aīe: scito q corpus simul cū aīa penas habebūt. Mā cū caro nostra putreuerit ī sepulchro aīa nostra torquēda mergēt in inferni baratro. Ecce q̄les ꝓdicationes ossa z cineres mortuoꝝ quotidie ꝓclamāt ad dñm. Vere dico fratres charissimi quicūq̄ luxuriosus vel negligēs ea q̄ dico cū magno timore suscipe voluerit: et cito ad medicamēta penitētie cōfugerit/ z in penitentia ex hac vita migrauerit: paradisi gaudia possidebit. Quam si non egerit z mors repētina eum preuenerit: sine vllo remedio eterne pene cruciat⁹ habebit. Nos igit dilectissimi fratres q̄tum possumus cum dei adiutorio contra carnales concupiscentias viriliter pugnemus: vt deuictis hulus seculi voluptatibus eternū premiū consequi mereamur: per infinita secula seculorum. Amen.

De fuga vanitatī z ꝛtutū adeptiōe. Ser. lxvij

DIlectissimi fratres: oportet humilitatē nos habere: ꝓcepta dei custodire: charitatē tenere: veritatē seq̄: et fugere vanitatē. Veritas enī mundat: vanitas coinquinat. Veritas christus est sicut ipse dicit. Ego sum via: veritas/et vita. Via recta: luxuria/ Joh.xiij. vera: z vita ppetua. Veraces filij dei sunt: mendaces vero filij diaboli. Unusquisq̄ enim cuius opera agit: eī⁹ filius appellat. Qui sequuntur deū: semp in luce sunt: q̄ autē imitant diabolū: in tenebris ambulāt z lucē nunq̄ habebunt. O dilectissimi filij q̄ malū z q̄ puersum est dimittere lucē et sequi tenebras. Fugere vitā et appropinquare morti: dimittere veritatē et sequi mendaciū: delectari in vana gloria/z spernere sempiterna. Jocūdari in ꝑsenti doloze et pena: z amittere leticiā et quietē sempiternā. Scriptura enī dicit: Non queras gloriā/z nō ꝓfunderis cū gloriosus fueris. Beati illi qui oculos habēt spirituales/z ptēplant celestia/z respuūt terrena. Ex hac enī fragili misa z breui vita festinat ad illā beatā requiē sctoꝝ q̄ nunq̄ festinet: illuc festinat vbi semper permanere sperāt: vbi non est timor de morte/nec pauor de hoste. Jbi est vita sine morte: iuuēt⁹ sine senectut⁹ expectatōe: lux sine tenebris: gaudiū absq̄ tristicia: volūtas absq̄ iniuria: regnū sine cōmutatiōe: reges sine labore: satietas sine fastidio: z claritas sine nube. Jbi est vita angelica semp leta. Leticia huius seculi licet ꝛepe gaudiū esse videat: sepissime tū in tristiciā vertit. Regnū dei nō habet finē: vita huius seculi horrenda est. Illa vero amanda atq̄ desiderāda. Hec enī ꝑsens vita misera et caduca est: immo incerta: deceptrix z isatiabilis. In pena z luctu nascimur: in miſia z angustia nutrimur: in labore viuim⁹: i doloze morimur: z ī fine (q̄ magis dolendū est) ī penitētes discedim⁹: ppetua tormēta paticmur. Mā veniam postmodū nō ꝓsequenꝰ q̄ dū tēpus hic habuerint et penitētiā cōdignā nō egerit. Mā q̄ precepta xp̄i nō habēt: vel etiā habētes nō seruāt: z ꝓmissa celestia despiciūt: qui pl⁹ amāt gulā q̄ abstinētiā: magis luxuriā q̄ castitatē sectantur: absq̄ dubio regnū dei nō possidebūt. Fornicatio viget animā ad penā: castitas leuat mortalē ad gloriā. Castitas erigit iter ad celū: luxuria facit ruere in infernū. Castitas iungit hominē mozibūdū sanctis z angelis ꝑpetualibus fornicatio sociat sathane z demonib⁹. Porc⁹ crass⁹ se volutt in volutabro. Et si porco margaritas ante ipsū posueris: non aduertēs conculcabit in luto. Sic et homo ebrius: suus: vino repletus ac crapulosus: ferculis satiatus diuersis in luxurijs se ꝓrouit et in stercore vitiorum se volutās verba sancte scripture nec ore ꝓfert: nec corde suscipit. Dulce illi est fornicari: et continentiā seruare amarū. Ille miser ambulat elatus z superbus et cupit esse melior q̄ ceteri in hoc seculo: cum tamē apud deum deterior sit. Alterum se ceteris existimat etiam si omniū iferior existat. Et sic dū melius et firmius se stare putat in precipitiū cadit/ et in eternū baratrū vadit. Ex quo omnipotens deus nos eripiat qui sine fine viuit et regnat. Amen.

Quomodo per virtutes obuiandū sit vitijs: Et de miseria infernali. Sermo.lxviij.

FRatres satis timere nos oportet ꝑpter tres causas: hoc est guiā: cupiditatē z ſupbiam: q̄ diabolus istis trib⁹ circūuenit patrē nostrū adam: Gen.iij. cēs. In quacūq̄ die comederitis ex hoc fructu aperient oculi vestri et eritis sicut dij. Nos autē timeam⁹ mēte: et timeam⁹ istas tres causas pessimas: ne vt adā nuduli expellamur de paradiso. Cōtra gulā z igluuiē vētris abstinētiā. Cōtra cupiditatē z auariciā: pauptatē ipūs et elemosinarū largitionē. Cōtra supbiā z elationē: verā humilitatē/z omnimodā subiectionē exercētes. Hec scīētes quia angelos dei custodes habem⁹: sicut ipse saluator ait. Amen dico vobis q̄ angeli eoꝝ semp vident faciē patris mei q̄ in celis est. Quapropt certe credere possum⁹ q̄ oēs opa nostra q̄ opamur die ac nocte/siue bona siue mala ab ipis in cōspectu dei nūciata erūt. Mā angelus bonus hortatur nos cōsilio boni: q̄ cū aliquid boni agimus: ipsum a dextris nris esse credam⁹. Cū vero malū aliq̄d cogitam⁹ aut factamus/siue paruū/siue magnū: hoc nulli dubiū q̄ malignū angelum hortatorē habemus: qui super hoc nos

gaudens irridet: cū angel⁹ sanct⁹ tristat et dolet. Et ideo cū ꝛba otiosa dicim⁹: aut quicq̄ mali facim⁹: diabolicum ꝓfectū est. Cū aūt ingemiscim⁹/z ꝓ pctis nris suspiramus: aut opa virtutū facim⁹: tūc angelū dei sctm administratorē z ꝓfectatorē habem⁹. Mā de illis trib⁹ causis q̄s superi⁹ diximꝰ/z quas diabol⁹ in adā subministrauit p instinctionē mali cōsilij sollerti custodia nos caueam⁹. Jste enī tres gula videlicet/cupiditas/z supbia: multa z infinita generāt mala. Occasionāt nāq̄ he male z principales vitioꝝ radices/sacrilegiū/ homicidiū/ fornicationē/furtū/ auariciā/ luxuriā/falsum testimoniū/ira discordiā/periurīū: et his similia. Nos igit fratres charissimi ponam⁹ ꝓtra supbiā z elationē verā humilitatē: ꝓtra gulā abstinētiā: ꝓtra cupiditatē elemosinā: ꝓtra sacrilegiū pfectā penitētiā: ꝓtra homicidiū dei z ꝓximi dilectionē: ꝓtra furtū benignitatē: ꝓtra auariciā charitatē: ꝓtra luxuriā castitatē: cōtra falsū testimoniū veritatē cordis z oris: cōtra irā pacē: cōtra discordiā verā cōcordiā/z vinculū pacis firmū: contra periurīū timorē dñi. Et sup oibus spem firmā/fidē rectā/charitatē pfectā. Taliter p virtutes vitijs obuiādo/z ꝓtraria ꝓtrariis curādo: coram deo z hoib⁹ cū iusticia et eqtate viuam⁹.

E Epbc.vj. Jsta enī sunt arma angelica: lozica z arcus ꝛtutū: scutū fidei firmissimū z galea salutꝰ. Qui hec arma in fide nō hesitans secū portauerit: nullus ei diabolus nocere poterit. O fratres charissimi ꝓtra pessimū hostē. i. imitissimū generꝰ humani inimicū tm nos armare debem⁹: vt tm viriliter superare valeam⁹. Qui semp paratus est velut latro ad furādū opa nra bona: cōsilia mala subministrādo. Certe multi audacia diabolica decipiunt/et securitate ppria quā sibi fingūt: decipiūtur. Dicūt enī iuuenis sum: dū est mihi tēp⁹ z iterū ꝓfloret in me iuuētus fruar mūdo: cū ad senectutē venero/ z amplius q̄ volo exercere nequero: tūc penitentiā agēs absūmebo. Et nō cogitat ille miser q̄ nō habz certū vnū ore vel momenti spaciū: seu etiā potestatē de vita sua. Eya charissimi frēs nō vos decipiat aut seducat ista pessima securitas: q̄ nō securitas sz potꝰ periculū dici pt.

Ubi. s. De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Si māseritis in ꝛbo meo vere discipuli mei estis. xlviij.

Joh. x. De pastoꝛe et mercennario et fure. Jn euangelio ꝛ eundem. xlix.

Ubi. s. De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Ego sum pastoꝛ bonus ꝛc. l.

Joh. x. De eo quod scriptum est in euangelio ꝛ eundem.

Joh. xj. Ego et pater vnum sumus. lj.

De resuscitatione Lazari quatriduani. Jn euangelio ꝛ eundem. lij.

Joh. xij. De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Qui credit in me credit in eum qui me misit. liij.

Joh. xiiij De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.

Ubi. s. Ego sum via/veritas/et vita. liiij.

De eo de quo supra. Ego sū via/veritas/ꝛ vita. lv.

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Que ego loquoꝛ vobis a meipso non loquoꝛ. lvj. Joh. xiiij

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Pacem meā do vobis: pacem meā relinquo vobis. lvij. Ubi. s.

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Non turbetur coꝛ vestrum neq̄ formidet. lviij. Joh. xiiij

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Ego sum vitis: vos estis sarmenta: pater meus agricola. lix. Joh. xv.

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Ego veritatē dico vobis. expedit vobis vt ego vadā. lx. Joh. xvj.

De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ eundem.
Ipse arguet mundum de peccato: de iusticia: et de iudicio. lxj. Ubi. s.

De trina interrogatione dominī si petrus se diligeret: ꝛ trina petri responsione. lxij. Joh. xxj.

De manifesta ostensione trinitatis in deo nostro ex euāgelio de baptismo dñi apud flumen iordanem. lxiij. Mat. iij. Luce. iij.

De eo q̄d scriptum est in euāgelio ꝛ eundem. Joh. j.
Amen amen dico vobis: quia venit hoza et nunc est quā do mortui audient vocem filij dei: et qui audierit viuēt lxiiij. Joh. v.

¶ Finis.

¶ Diui aurelij Augustini hipponensis ep̄i liber de verbis domini saluatoris feliciter incipit.

¶ De verbis dñi in euange lio ꝛ Mattheum.

¶ De eo q̄d scriptum est in euangelio ꝛ Mattheum. Agite penitentiam: appropinquabit enī regnum celoz̄um: vbi sanctus augustinus singularia de penitentia declarat. Mat. iij.

Sermo. j.

Euāgelium audi- Luce. xvj. Luce. xij.
uimus: ꝛ in eo dñm eos arguētem qui faciē celi volunt probare: ꝛ tēpus fidei regni celoz̄um appropiquantis nesciūt inuenire. Judeis autem hoc dicebāt: sed etiam ad nos sermo peruenit. Dñs autem ipse ihesus xp̄s euāgelij sui p̄dicationē ita cepit. Agite penitentiā appropinquabit enim regnū celoz̄um. Et Joānes euāgelista apl's ei⁹: similiter ꝛ Joānes baptista p̄cursoz ipsi⁹ cepit Agite penitentiā appropinquabit enim regnū celoz̄. Et modo coꝛripit dñs q̄ nolunt agere penitentiam. appropinquāte regno celoz. Regnū celoz sicut ipse ait: nō veniet cū obſuatione. Et iterū ipse ait. Regnū celoz intra vos est. Prudēter ergo accipiat vnusquisq̄ monita p̄ceptoris: nō perdat tempus misericordie saluatoris: que modo impenditur q̄diu generi humano parcitur. Ad hoc enim parcit homini vt conuertatur: et non sit qui damnetur. Viderit deus quando venerit finis seculi. Est tamen modo temp⁹ fidei. Finis seculi vtrū hic aliquē nostrū inueniat nescio: et fortasse non inueniet. Tempus cuiq̄ nostrum p̄ximū est: quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Si vitrei essemus: minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitreo: et tamen seruatur et durat per secula: Et si enim casus vitro timentur: senectus ei et febris non timet. Nos ergo fragiliores et infirmiores sumus: q̄ et casus omnes q̄ non cessant in rebus humanis: fragilitate vtiq̄ nostra quotidie formidamus: ꝛ si ipsi casus non accedāt. Tēpus am

dulat: vitat homo ictum: nūq̄d vitat exitū? Vitat q̄ extrī-
secus eueniunt: nunquid quod intus nascitur pellitur? De
niq̄ nūc lūbricos gignunt intertoza: nunc morb⁹ quilibet
subito occupat. Postremo quantumuis homini parcatur
nouissime senectus cū venerit, non est quo differat. Proī-
de audiamus dominum in nobis: psis: agamus quod pce-
pit. Videamus quis est ille aduersari⁹: de quo nos terruit
Luce.xij. dicens. Si vadis cū aduersario tuo ad principem: da ope-
ram in via liberari ab illo: ne forte tradat te principi: & prī-
ceps ministro: et mitteris i carcerē: inde nō exies donec so
luas nouissimum quadrātem. Quis est iste aduersari⁹ nisi
diabolus? Jam liberati sumus ab illo. Quale ꝑciū pro no
bis datū est: vt ab illo redimeremur? De quo dicit apostol⁹
de ipsa redemptione nostra. Qui eruit nos de potestate te-
Eol.j. nebrarum: et trāstulit in regnum filij claritatis sue. Redē-
pti sumus: diabolo renunciamus. Quomodo dabim⁹ ope-
ram liberari ab illo: ne nos iterū captiuos faciat peccato-
res? Sed non est ipse aduersarius: de quo nos dominus cō
monet. Alio enim loco idem alius euangelista sic illud po
suit: vt si vtraq̄ verba iungamus: et vtraq̄ euangeliorum
duorum comparemus: aduersariū istū cito intelligemus.
Ecce enim hic quid dixit? Cum vadis ad principē, cum
aduersario tuo: da operam in via liberari ab eo. Alius au-
Wat.v. tem euangelista ℔ ipsum sic dixit. Ēsto ꝓsentiens aduersa
rio tuo cito cū eo cū illo in via. Cetera similia sunt: ne for-
te aduersarius tradat te iudici: iudex ministro: minister i
carcerē: Ambo euangeliste similiter ℔ explicauerunt. Un⁹
dixit. Da operam in via liberari ab illo: alter dixit. Cōsen-
ti illi. Nō eni poteris liberari ab illo nisi ei ꝓsenseris. Uis
liberari ab illo? cōsenti illi. Nūq̄d diabolus est cui dz ꝓsen
tire ꝛplan⁹? Queramus ergo istū aduersariū cui debem⁹
cōsentire: ne tradat nos iudici: iudex ministro. Queramus
illū et cōsentiamus illi. Si peccas aduersari⁹ tu⁹ ꝑmo dei
est. Verbi cā. Forsitā delectat te inebriari: dicit tibi. Noli.
Delectat te spectare & nugari: ille dicit tibi. Noli. Delectat
te ad ulterari: dic tibi ꝑmo dei. Noli. In q̄buscūq̄ peccatꝭ
volueris facere voluntatem tuā: dicit tibi. Noli. Aduersa
rius est voluntatis tue. Q̄ q̄ bonus aduersarius: q̄ vtilis
aduersarius: non querit nostram voluntatem, sed vtilitatē
aduersarius: non querit nostram voluntatem/sed vtilitatē
Wa.xix. Aduersarius est nobis q̄diu sumus et ipsi nobis. Q̄diu
tu tibi inimic⁹ es: inimicū habes sermonem dei. Ēsto tibi
amicus et concordas cū illo. Non homicidiū feceris: audi
et concordasti. Non falsum testimonium dicas: audi et
& cōcordasti. Nō cōcupisces rē ꝓximi tui: audi & ꝓcordasti
Nō ꝓcupisces vxorē ꝓximi tui: audi et ꝓcordasti. In his
omnib⁹ cū tuo istō aduersario ꝓcordasti: dic mihi q̄d pdi-
disti? Non solum nihil perdidisti: sed et ipsum qui perie
ras inuenisti. Uia: vita ista est. Si cōcordauerim⁹ cū illo
si cōsenserim⁹ illi: finita est via: non timebimus iudicem/:
ministrum/carcerem. Quando finitur via: non omnib⁹ vna
hora finitur. Unusquisq̄ habet horā quando finiatur via.
Via vita ista dicta est. Finisti istam viā: finisti vitam. Am
bulamus: et ipsum viuere accedere est. Nisi forte putatis:
q̄ tempus accedit et nos stamus. Nō pōt fieri. Quō acce-
dit tempus: accedimus et nos. Et nō anni nobis accedūt:
sed magis decedunt. Valde errant hoies q̄ dicūt. Puer
iste minus sapit: accedunt illi anni: prudens erit. Attende
q̄d dicas. Accedunt dixisti. Ego ostendo: q̄ decidunt cum
tu dicis accedunt. Et audi q̄ facile probo. Putemus nos
scisse annos ipsius ex quo natus est. Verbi gratia: vt bene
illi optemus: octoginta annos victur⁹ est: peruēturꝰ est ad
senectutem. Scribe octoginta annos. Ut xit vnum annum
Quot habes in sūma? Quot tenes? Octogīta. Deduc vnū.
Uixit decē: septuaginta restiterunt. Uixit viginti: sexagīta
restiterūt. Certe accedebant. Quid est hoc? Uenīt vt
abeant. Anni nostri veniunt inquā vt eāt. Non eni venīt
vt stent nobiscū: sed cū transeunt per nos: terunt nos: & mi
nus minusq̄ valere non faciunt. Talis est via in qua vent
mus. Quid facturi sumus cū aduersario illo: id est cū ser-
mone dei? Cōcorda cū illo: Nescis enim q̄n via finiat. Cū
via finita fuerit: iudex restat & minister et carcer: vt si fua-
ueris aduersario tuo bonā voluntatē: & cū eo consenseris:
pro iudice inuenias patrem: pro ministro seuo āgelum tol
lentem in sinū abrae: pro carcere paradisum: q̄cito in via
cuncta mutasti: quia tuo aduersario consensisti.

¶ De eo qđ scriptū est in euāgelio ꝑm eundem. Sic luceat lux vestra cora hominibus: vt videāt opera vestra bona/et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et cōtra attendite ne iusticiā vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Sermo. ij.

℔ Olet multos mouere charissimi q̄ dñs noster ie-
sus xp̄s in sermōe euāgelico cum ꝓius dixisset,
Luceat lumen verū cora hominib⁹ vt videant Wat.v.
bona opera vestra & glorificēt patrē vestrum qui
in celis est. Postea dixit. Attendite ne iusticiā vestram Wat.vj.
faciatis coram hominib⁹: vt videamini ab eis. Turbatur
enim mens parum intelligētis: & precepto vtriq̄ obaudire
cupientis per diuersa et aduersa distēdit. Tam nemo eni
potest q̄uis vni dño obtemperare repugnantia iubenti q̄ Ubi
nemo pōt etiam duobus dominis seruire. Quod codex ser-
mone saluator ipse testatus est. Quid ergo faciet animus
nutans/cū se obtemperare non posse existimat: & non obtē-
perare formidat? Si enim bona opera sua in luce posuerit
hominib⁹ intuenda: vt faciat q̄ ꝑceptum est. Sic luceat
lumen vestrū cora hominib⁹ vt videāt opera vestra bona
et glorificent patrē vestrū qui in celis est: reū se teneri arbi
trabitur: q̄ contra ꝑceptum fecit: vbi dicitur. Attendi-
te ne iusticiā vestrā faciatis cora hominib⁹: vt videamini
ab eis. Rursumq̄ si hoc timēs & cauens: ea q̄ bene facit ab-
sconderit: non se putabit seruire imperanti et dicenti. Lu-
ceat lumen vestrum coram hominib⁹: vt videant bona opa
vestra. Qui aūt recte itelligit: vtrūq̄ implet et seruiet vni
uersissimo domino: qui seruum pigrum nō damnaret: si ea
que fieri nullo modo poterant imperaret. Audi eni Paul
lum seruum xp̄i iesu vocatū apostolū segregatū in euange-
lium dei: vtrūq̄ & facientem et dicentem. Videte quemad Rom.
modum luceat lumen eius cora hominib⁹: vt videāt bona j.Cor.x.
opera eius. Cōmēdamus inq̄t nosmetipsos ad omnem cō-
scientiam hominū in conspectu dei. Et iterū. Prouidem⁹ ij.Cor.
enim bona: non solum coram deo sed etiam coram homini viij.
bus. Et iterum. Placete omnibus per omnia: sicut & ego
omnib⁹ per omnia placeo. Videte rursus q̄ attēdat ne fa-
ciat iusticiam suam coram hominibus vt videatur ab eis
opus aūt suum probet inquit vnusquisq̄: & tunc in semet Gala.
ipso habebit gloriam et non in altero. Et iterū. Nam glia vj.
nostra hec est: testimoniū conscientie nostre. Et illud quo
nihil manifestiꝰ. Si adhuc inquit hominibus placerē: xp̄i
seruus nō essem. Sed nec quisq̄ eorū qui de preceptis qua
si repugnātib⁹ ipsius domini mouentur: multomagis apo
stolos eius ingerat questionē & dicat. Quō tu dicis. Pla-
cete omnibus per omnia sicut & ego omnib⁹ per omnia pla
ceo: et tu idē dicis. Si adhuc hominib⁹ placerē: christi ser-
uus non essem? Adsit ipse dominus qui etiā in suo seruo &
apostolo loquebatur: & aperiat nobis volūtatem suā: & tri-
buat obediendi facultatē. Ipsa quippe verba euangelica
secū portāt expositiones suas: nec intercludunt ora eius
tium: quia pascunt corda pulsantiū. Intentio quippe cor-
dis humani quo dirigat: et quo expectet intuēdum est. Si
eni qui vult videri ab hoibus bona opera sua: gloriā & vti-
litatem suā ponit ante homines: et hanc in cōspectu hoīm
querit: nihil eorū que de hac re domin⁹ precepit ipleuit: q̄
& attēdit facere iusticiā suā cora hominibus vt videretur
ab eis: & nō sic eluxit lumen eius cora hoibus vt ad hoc vi
derent bona opera eius: vt glorificēt patrē qui in celis est.
Sed q̄ppe voluit glorificari: non deū, & suā quesiuit vtilita
tem: non dilexit dñi voluntatē. De qualibus dicit apostol⁹
Oēs enim que sua sunt querūt: non que iesu christi. Itaq̄
non illic sentētia terminata est: vbi ait. Sic luceat lux ve-
stra cora hoib⁹ vt videāt bona opa vestra: sed cōtinuo sub-
iunxit cur faciendū sit. Ut glorificēt patrē inq̄t vestrū q̄ in
celis est: vt homo cū bene faciēs videt ab hominib⁹ inētio
nem boni facti habeat in cōscientia sua: intentionem vero
innotescēdi non habeat nisi in laudibus dei: ꝓpter eorum
quib⁹ innotescit vtilitatē: quib⁹ hoc pdest vt deum placeat
qui hoc ꝑstitit homini: atq̄ ita nō desperent etiā sibi si vo

℔ luerint hoc posse prestari. Itaq̄ aliam sententiam vbi ait
Matt. vj. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominib⁹
nō alibi terminauit q̄ vbi dixit. Ut videamini ab eis: nec
addidit. Et glorificēt patrem vestrum qui in celis est: sed
poti⁹ addidit. Alioquin mercedē non habebitis apud pa-
trem vestrū qui in celis est. Hinc enim ostēdit eos q̄ tales
sunt: quales suos fideles esse non vult: in eoipso mercedē q̄-
rere q̄ videntur ab hominib⁹: ibi constituere bonū suū: ibi
oblectare vanitatē cordis sui: ibi extranitri & inflari: ibi tu-
mescere & cōtabescere. Cur enim nō sufficit vt diceret. At-
tendite ne faciatis iusticiaz vestram coram hominib⁹: sed
addidit. Ut videamini ab eis: nisi quia sunt quidā qui sic
faciūt iusticiam suā coram hominibus: non vt videant ab
eis: sed vt ipsa opera videātur/& glorificetur pater qui i ce
lis: qui ea iustificatis ipsis donare dignat⁹ est? Qui tales
sunt: nec suā iusticiā deputant: sed eius ex cui⁹ fide viuūt.
Unde et apostol⁹ dicit. Ut christū lucrifaciam & inueniar
Phil. iij. in illo non habens meā iusticiam que ex lege est: sed eam q̄
ij.Cor.v. ꝑ fidē christi que est ex deo iusticiā ex fide. Et in alio loco:
vt nos simus iusticia dei in illo. Unde et iudeos ita repre-
Rom.x. hēdit. Ignorātes (inq̄t) dei iusticiā & suā volētes statuere
iusticie dei nō sunt subiecti. Quisquis ergo ita vult videri
ab hominib⁹ opera sua: vt ille glorificetur a quo ea q̄ illo
videtur accepit: & sic ad imitandū bonum idem ipsi qui vi
dent pietate fidei prouocentur: vere lumen eius lucet cora
hominib⁹: quia lux charitatis radiatur: nō superbie fum⁹
euomit: & in eo ipso cauet ne iusticiam suā faciat coram ho
minibus vt videatur ab eis: quia nec suā deputant illā iu-
sticiam: nec ideo facit vt ipe videatur: sed vt ille intelligat
q̄ laudat in homine iustificato: vt faciat et in laudante qō
laudatur in altero: id est vt laudātē faciat esse laudabilē.
Attendite & apostolum cum dixisset. Placete oībus p oīa
j.Cor.x. sicut & ego omnib⁹ per omnia placeo: quomodo non ibi re-
Gal.j. mansit quasi ibi cōstituerit: finē intētionis sue vt placeret
hominib⁹. Alioquin falsus dixisset. Si adhuc hominibus
placerē christi seruus nō essem: sed statim subiunxit quare
hominibus placeret. Non querēs inquit qō mihi vtile est
sed qō multis vt salui fiant. Ita & non placebat hominib⁹
propter suam vtilitatem: nec christi seru⁹ non esset: & place
bat hominibus propter illorum salutem: vt christi esset di-
spensator idoneus: quia et illi coram deo cōscientia sufficie
bat: et de illo coram hominibus qō imitarentur eluscebat.

¶ De eo quod scriptum est in euangelio ꝑm eun dem. Qui fecerit & docuerit sic: maxim⁹ vocabi-
Mat.v. tur in regno celorum. Sermo. iij.

℔ Um nobis, pofficio cōpetat dicere: vobis autē
cōueniat pro deuotione audire: quid tam neces-
sarium tāq̄ pertinens poterit vtriusq̄ cōtingere
q̄ vt qō religiose dicitur & deuote auditur: obse
quijs cōpetentibus teneatur? Nam si religiosa non tacere
lucrum est: tacere dispendiū: quāto itaq̄ potiora lucra po-
tuerint ꝓuenire: cū operationis effect⁹ monstrat quicquid
magisterijs celestib⁹ & discitur et tenetur? Par eni causa
& docentē & audientē cōstringit: vt vtriusq̄ cōfessio factor
testificatione signet. Et q̄uis dissimile doctoris discētisq̄
officiū: tamen vtriusq̄ debet sanctarū legum obsequium: vt
iungant factis qui separantur officijs: copulentur opere q̄
diuersi sunt nōe: & quos vocabula ab inuicē separant eos
obseruantia ꝑceptor⁹ fideliter ac deuote cōiungat. Quare
sic fit vt vtriusq̄ diuersus act⁹ sed obseruantie par sit neces
sarius in vtriusq̄ effect⁹: vt factor⁹ in ambobus cōspiret as-
sensus: q̄bus diuersus est i vocabulis son⁹. In doctore eni
Mat.v. molesta est causa: nec facere: nec ꝑcipere: nec obseruare: in
j.Petr.v. discēte vero audire velle qō nolit iplere: aures vero audi
tu accōmodare: & ab opere voluntatē auertere. Ceterū qui
facit qō docet: et quicq̄d imperat cōplet: maximus in cele-
stibus sentētia dñi declaratur. At vero qui qō discit negli
git: & q̄cquid audit cōtemnit: salutis reus existit: qui obser-
uanda cōtēpsit: & pericula nō vitauit. Amat eni mortē: q̄ vi
te ꝑcepta nō seruat: & horret vitā qui pctā morti debita de-
Mat.xix. quirit: ita ꝑ contēptū mors cōtumacibus inuenitur. Di
cente dño. Si vis vitā inuenire: serua mandatum. Ita eni
perfectus doctor liber est discente quē docuit: vt discipul⁹
contēptor inexcusatus erit: qui facienda didicit & contēpsit
Mā & doctor ecōtrario grauius affligitur: & obsequētis di-
scipuli exēplo plectitur: qui faciendā alijs tradidit: q̄ ipse
nō fecit: vt nec a discipulis quos docuit potuisset edisce re:
vt quib⁹ doctrine tradiderit magisterū: ab his dē factorū
mutaretur exemplo. Neq̄ eni ꝑfectio i legū est noticia cō-
stituta: cū sit scriptū. Nō ei auditores legis iusti sunt apō Rom.ij.
deū: sed factores legis iustificabunt. Neq̄ eni inq̄t is reli-
giosus & sanct⁹ est: qui nouit legē cessantibus factis: cū ex-
pediat facere q̄ docere: q̄ molestū est docere et non facere.
Vos amici mei estis (inq̄t) si feceritis ea que mādo vobis. Joh.xv.
O magna bonitas dei. Cui cū ꝑ cōditione reddere debea
mus obsequia: vt pote serui dño: famuli deo: subiecti poten
ti: mancipia redēptori: amicitiarū nobis premia reprimit
tit: vt nobis obsequia debita seruitut⁹ extorqueat vt quos
nolle seruire conspicit spōte: suoꝝ beneficioꝝ possit ꝑmissi-
onibus inuitare: et quorum volūtates a se compescit alie-
nas: eorū mētes premiorū liberalitatibus constituat suas.
Nam vnde frequēter aut iuitat ꝑmio aut terret supplicio
nisi vt benignitatis consilio a se formato homini consulat:
redemptor ꝓuideat: vt qui non terretur supplicio: suitetur
premio: & quem metus a factis reuocare nā possit: ꝑmissio
num benignitas prosit? Cupit enī etiā nolētib⁹ subuenire
desiderat misereri peccātī: qui si peccauerit dignos fructꝰ
exhibeat penitētie. Inuitus eni in reos vindicat: si rei in-
dulgentiā miserātis nō contēnant. Amat enim corrigi pec
catores: qui in vitā non in mortē a ꝓncipio ꝑstituit hoies.
Ipe eni sibi infert interitum: qui medentis oīm cōtempsit
consiliū. Reuertimini inquit ad me: & reuertar ad vos. Et Mala.iij.
iterū. Nolo mortē morientis: tantum reuertatur et viuat. Ezechie.
Non vult dominus in quēq̄ dominari mortem: nō vult in xviij.
penam deduci hominē: quē in vita constituit. Ceterū ho-
mo ipse se dignū efficit morti: q̄ non paruit legi. Odit vitā:
qui diuinam cōtempserit disciplinam. Nam cum domin⁹
vellet homini demōstrare q̄ obseruāti vitā: contēnenti affe-
runt mortē: inuitauit premio: terruit supplicio. Ita eni de
cōtemptu vita non poterit ꝓuenire: vt de obseruātia mors
euenire non poterit: vt iam homo quod voluerit mereat: et
eo q̄ meruerit iudicetur: et hoc totum i potestate dominis
cōsistit: qui sibi ex qualitate vite meritū quod haberet in-
uenit. Qua re his sollicite perpēsis: id est vnde sal⁹ & vnde
periculū enascatur: salutis cōmodū diligenti obseruantia
teneamus: vt periculoū incōmoda de legis contemptu et
prouidi caueamus et contēnentes prospera & repellentes
aduersa in conspectu dñi inueniamur ab ipso cū omnibus
sanctis in eterna secula seculorum. Amen.

¶ De eo qō scriptum est in euangelio ꝑm eundē. Qui dixerit fratri suo fatue: re⁹ erit gehēne ignis et cetera. Sermo. iiij. Ubi de domatione lingue perpulchra succincte declarat.

℔ Ancti euāgelij cap'm qō mō cū legerē audiui-
mus valde nos terruit si fidē habem⁹. Eos autē
nō terruit q̄ fidem nō habēt. Et q̄ nō terret eos:
volūt eē pueri si securi: nescientes distribuere & dis-
tinguere tpa timoris & securitat⁹. Timeat ergo q̄ ducit mō
vitā cū fine: quo possit i illa vita habere securitatē sine fine
Si ergo timuim⁹. Quis ei nō timeat loq̄ntē vitatē: & dicē-
tē. Qui eni dixerit fratri suo fatue: re⁹ erit gehēne ignis. Mat.v.
Linguā aūt nullus hoīm domare potest. Et homo domat Jaco. iij.
ferā: nō domat linguā. Domat leonē: & nō refrenat ꝑmonez.
Domat ipse: & non domat seipsum. Domat qō timebat: & vt
se domet nō timet qō tiere debebat. Sz q̄d fit? Snia ꝛa et
ista ꝓcessit de oraculo veritatis. Linguā aūt null⁹ hoīm do
mare pōt. Quid ergo faciemus ffres mei? Uidco me q̄dem
ad multitudinem loqui: sed q̄ vnū sumus oēs in xp̄o: tāq̄
in secreto cōsiliū capiamus. Nullus nos audit extraneus:
vnū sum⁹: q̄ i vnū sum⁹. Quid faciem⁹? Qui dixerit fratri
suo fatue: re⁹ erit gehenne ignis. Linguā aūt nullus hoīm
domare pōt. Jbūt ergo oēs in gehēnā ignis. Absit. Nōe re pō.lxxxix
fugiū tu fact⁹ es nobis: in gnatione. Ira tua iusta est: nemi
nem in gehēnā mittis iniuste. Quo ibo a spū tuo: & a te q̄ fu Psalm.
giā nisi ad te? Ergo ītelligam⁹ charissimi: q̄ si liguā null⁹ cxxxviij.

Universidad de … Bibl…

hominum domare pōt:ad deū confugiendū est qui domet linguā nostrā. Si enī tu eā domare volueris/ nō potes: qr homo es:linguā nullus hominum domare pōt. Attēdite similitudinem ab ipsis bestijs quas domamus. Equus non se domat. Camelus non se domat. Elephantus non se domat. Aspis non se domat. Leo non se domat. Sic et homo nō se domat. Sz vt domet equus/bos/camelus/elephātus leo aspis/q̄ritur homo. Ergo de⁹ q̄ratur vt domet hō. Ergo. Dñe refugiū tu factus es nobis. Cōferim⁹ nos ad te:ꝛ bñ nobis erit de te. Malū est enim nobis de nobis:qr dimisimus te:dimisisti nos nobis. Inueniamur ergo in te:qr pieram⁹ in nobis. Dñe refugiū factus es nobis. Quid ergo fratres mei? Dubitare debem⁹:qr mansuetos nos faciet dñs si nos domandos ei prebeamus? Domuisti leonē quē non fecisti: nō domat te qui fecit te? Unñ enī bestias tā imanes domare potuisti. Nūqd eis eq̄ris virib⁹ corporis? Qua ǵ virtute īgētes bestias domare potuisti? Ipsa iumenta q̄ dicuntur bestie sunt. Nō enim indomita tolerantur: sed qr non eas nouit ꝯsuetudo:nisi in manibus hominū ꝛ sub frenis hoim et sub ptāte hoim:putas eas mansuetas nasci potuisse. Certe feras immanes attende. Fremit leo:qs non timeat? Et tū vnde te intelligis fortiorē? Non corporis virtute sed mentis rōne interiore. Fortior es leone:vñ fact⁹ es ad imaginē dei. Imago dei domat ferā:ꝛ nō domat de⁹ imaginem suā? In illo spes est:ei nos subdamur:ꝛ miam pcemur. In illo spē nrām ponam⁹:ꝛ donec domemur et pdomemur:id ē pficiamur domitorē feram⁹. Plerūqz ei pfert domitor nr̄ et flagella. Si eī tu ad domāda iumēta tua pfers iugū pfers
B flagellū:deus nō proferet ad domanda iumenta sua quod sumus nos:qui de iumentis suis faciet filios suos? Domas equū tuū:quid daturus es equo tuo cum te ceperit portare:māsuetus ferre disciplinam tuam:obedire precepto tuo esse iumentum/hoc est ad iumentū infirmitatis tue? Quid ei retribuis quē nec saltē sepelis cū mortuus fuerit:sed discerpendum volatilibus proijcis? Domitor tibi deus hereditatē seruat:qd est ip̄e de⁹ et ad tēpus mortuū resuscitat te:carnem tuā vsqz ad numeꝝ capilloꝝ reddet tibi:et cōstituet te cū angelis in eternū vbi iam non indigeas domari sed tantūmō a pijssimo possideri. Erit enī tunc deus omīa in oib⁹:nec erit vlla infelicitas q̄ nos exerceat:sed felicitas
j. Cor. xv. sola que pascat. Ipse aūt pastor noster de⁹ noster est. Ipse potus noster:deus noster. Honor noster de⁹ nr̄. Diuitie nostre:de⁹ noster. Quecūqz hic varia queris: ip̄e tibi vn⁹ oīa erit. Ad hanc spē homo domatur domitor itollerabilis habetur. Ad hanc spē homo domatur:ꝛ cōtra istū vtilē domitorē si forte flagellum proferat murmuratur? Audistis exhortātem aplm. Si separetis vos a disciplina: ergo nothi:et nō
Heb. xij. estis filij. Nothi sunt adulteri. Quis enim est filius cui nō dz disciplinā pater ei⁹? Et carnis qdē nostre inqt pres habebamus correptores:ꝛ ferebamus: nō multomagis subijciemur patri spirituum et viuem⁹? Quid enī tibi potuit p̄stare pater tu⁹:qr corripuit te:quia verberauit te: quia flagellum ptulit ꝛ cecidit te? Nunqd prestare potuit vt viueres in eternū? Quod non potuit p̄stare sibi:quomodo p̄staret tibi? Propter pecuniā suā quantulācūqz quā de vsuris et labore collegit:erudiebat te flagellis:ne tibi dimissus labor ei⁹ te male viuēte disperderetur. Et cedit filios timēs perire labores suos:qm̄ relinqt tibi qd nec tenere h̄ poterat: nec auferre. Nō enī aliqd tibi dimisit qd ipsi esse possit. Cessit vt sic cederes. De⁹ aūt tu⁹. redēptor tu⁹:domitor tu⁹ castigator tuus:pater tu⁹ erudit te. Quo? Ut accipias hereditatē vbi nō efferas patrē:sed hereditatē ipsum patrē. Ad hanc spem erudiris/ꝛ murmuras:ꝛ si quid triste acciderit/fortasse blasphemas. Quo ibis a spū ei⁹? Ecce dimittit te et non flagellat:deserit blasphemantem:nō senties iudicātē? Nōne melius est vt flagellet te ꝛ recipiat te:qz parcat tibi et deserat te? Dicamus ǵ dño deo nostro. Dñe refu
ps. lxxxix. giū factus es nobis:in generatione et generationem. In p̄ma generatione ꝛ altera gñatione:refugiū fact⁹ es nobis. Tu refugiū vt nasceremur q̄ nō eramus. Tu refugiū vt renasceremur q̄ mali eramus. Tu refugiū vt pasceres desertores tuos. Tu refugiū vt erigas ꝛ dirigas filios tuos. Tu refugium factus es nobis. A te non recedemus cum liberaueris nos ab omnibus malis nostris: ꝛ impleueris nos bonis tuis. Bona das:blandiris ne fatigemur in via. Corripis/cedis/percutis/dirigis ne aberrem⁹ in via. Siue ergo blādiris ne fatigemur in via:siue castiges ne aberrem⁹ in via. Domine refugiū tu factus es nobis.

¶ De eo qd scriptum est in euāgelio sm eūdem. Petite et dabitur vobis:querite et inuenietis.ꝛ cetera. vbi quid ꝛ quomodo petendū sit insinuat necnō de sumptione ciboꝝ diuitis ac paupis q̄ plura ppulchre demonstrat.ꝛ cetera. Sermo.v.

IN lectiōe scti euāgelij hortatus est nos dñs ad orandū. | Petite (inquit) ꝛ dabitur vobis: querite ꝛ inuenietis:pulsate ꝛ aperietur vobis. Ois enī qui petit accipit:ꝛ q̄rens inuenit:ꝛ pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo a quo petit filius ei⁹ panem:nūqd lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit:nūquid serpentem porriget ei? Aut cum petit ouum nūquid scorpionem porriget ei? Si ergo vos (inquit) cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris:quātomagis pater vester qui in celis est:dabit bona petentib⁹ se. | Cum sitis inquit mali:nostis bona data dare filijs vestris. Miranda res fratres. Mali sumus:et bonū patrem habemus. Quid euidentius? Audiuimus nomen nostrum. Cum sitis inqt mali:bona data nostis dare filijs vestris. Et quos dixit malos videte qualē patrē illis ostendit Quantomagis pater vester. Quorū pater? Certe malorum. Et qualis pater? Nemo bonus:nisi solus de⁹. Ergo fratres ideo mali bonū patrem habem⁹:ne semp mali remaneamus. Nemo malus facit bonū. Si nemo malus facit bonū:homo mal⁹ quō se facit bonum? Facit de malo bonum:qui semp est bonus. Sana me dñe inquit et sanabor:saluū me fac:ꝛ salu⁹ ero. Quid mihi dicunt vani vana:tu te saluum facis si volueris? Sana me dñe:ꝛ sanabor. Nos boni conditi sumus a bono. Fecit enim de⁹ hoiez rectū:arbitrio aūt nostro facti sum⁹ mali. Potuimus esse ex bonis mali:et poterim⁹ esse ex malis boni. Sed q̄ semp est bonus:ipse facit ex malo bonū: qr ipse homo voluntate sua se sanare non potuit. Non queris medicum vt vulneres te:sed cum vulneraueris te/queris q̄ sanet te. Bona ergo sz tēpus bona tēporalia/corporalia/carnalia nouimus dare filijs nostris etiam cum simus mali. Bona sūt enim ꝛ ista quis dubitet? Piscis/ ouum/panis/ pomū/frumentuz/lux ista:aer iste quē ducimus. Bona sūt hec:ipse diuitie in quib⁹ hoies extolluntur et pares suos homines alios non cognoscunt. In quibus inquam homines extolluntur: magis amantes vestem fulgentē:qz cogitantes communem cutem. Ipse ergo diuitie bone sunt sed ista oia bona que cōmemoraui a bonis ꝛ malis haberi possunt. Et cū bona sint:bonos tamē facere non possunt. Est ergo bonū quod faciat bonū:ꝛ est bonū vnde facias bonū. Bonum qd facit bonum:deus est. Non enim facit hominē bonum:nisi ille qui semper est bonus. Ergo vt sis bonus: deum inuoca. Aliud autem bonum est vnde facias bonum id est quicqd habueris. Aurū est:argentum est:bonum est: nō qz te faciat bonū:sz vñ facias bonum:habes aurū:habes argentū. Et habes et cōcupiscis:et plenus es et sitis:morbus est et non opulentia. Sunt homines in morbo humore pleni sunt:ꝛ semper sitiūt. Quomodo ergo desideras opulētiā: qui habes idropē cōcupiscētiam? Habes ergo aurum bonum est. Habes non vnde sis bonus:sed vnde facias bonū. Quod bonū inqt factur⁹ sum de auro? Nō audisti psalmū. Dispersit (inquit) dedit pauperib⁹:iusticia ei⁹ manet i seculū seculi. Hoc est bonū:hoc est bonū:vnde sis iusticia bon⁹:si habes bonum vnde sis bonus. Fac bonū de bono: vnde nō es bon⁹. Habes pecuniā:eroga. Erogando pecuniam:auges iusticiam. Dispersit enī:distribuit: dedit pauperibus:iusticia ei⁹ manet in seculum seculi. Uide qd minuatur:ꝛ qd augeatur. Minuitur pecunia: augetur iusticia. Illud minuitur qd eras dimissurus. Illud minuitur qd eras relicturus. Illud augetur:quod in eternum es possessurus: Cōsiliū do lucrorum:disce mercari. Laudas enim mercatorē q̄ vendit plūbū et acquirit aurū: et non laudas mercatorē q̄ erogat pecuniā ꝛ acq̄rit iusticiā? Sz ego inqt nō erogo pecuniā qr nō habeo iusticiā. Eroget pecuniā q̄ hz iusticiā. Ego nō hēo iusticiā:hēo vel pecuniā. Ergo qr nō habes iusticiā:ideo nō vis erogare pecuniā? Magis eroga pecuniam vt habeas iusticiam. A quo enim habebis iusticiā:nisi a deo fonte iusticie? Ergo si vis habere iusticiā esto mendicus dei: qui te pauloante ex euangelio vt peteres/quereres/pulsares monebat. Mēdicum suum sciebat et ecce paterfamilias ꝛ magnus diues:diuitiaꝝ scilicet spi
Mat. vij. ritalium ꝛ eternarum hortatur ꝛ dicit tibi. Pete:quere:pulsa. Qui petit accipit:querēs inueniet:pulsanti aperietur. Hortatur vt petas:negabit qd petis? Attende a ɔtrario similitudinē vel cōparationē: sicut de illo diuite iniquo hortātem
Lu. xviij nos ad orationē:qñ ait dñs. Erat quidā iudex in ciuitate nec deū timebat:nec hoiem reuerebatur. Quedā vidua interpellabat eū quotidie ꝛ dicebat. Uindica me. Nolebat ille p tps. Illa interpellare nō desinebat:ꝛ fecit tedio qd nolebat bñficio. Sic enī a cōtrario nos admonuit vt petamus.
Luce. xj. Uenit inquit ad amicū suū cui hospes venerat:ꝛ cepit pulsare ꝛ dicere. Hospes mihi venit:ɔmoda mihi tres panes? Rñdit ille. Iā requiesco ꝛ mecū serui mei requiescūt. Ille nō cessat:astat:instat:pulsat:ꝛ tanqz amic⁹ ab amico mēdicat. Et qd ait? Dico vobis:qr surgit:ꝛ non propter amicitiam eius:sed propter improbitatē dat illi quātos voluerit. Nō propter amicitiā:qr amicus eius sit:sed propter iprobitatē? Quid est ppter improbitatē? Qr pulsare non destitit:qr ꝛ cū esset negatū nō se auertit. Ille q̄ nolebat dare qd petebatur fecit:qr ille in petendo nō defecit. Quātomagis dabit de⁹ bon⁹ q̄ nos hortatur vt petamus:cui displicet si nō petamus? Sed cum aliqñ tardius dat:ɔmēdat dona nō negat. Diu desiderata dulcius obtinentur: cito autē data vilescūt. Pete:quere:insta. Petendo ꝛ querēdo crescis vt capias. Seruat tibi deus quod non vult cito dare:vt et tu discas
Lu. xviij magna magne desiderare. Inde oportet semp orare:ꝛ non deficere. Si ergo fratres mei mendicos suos nos fecit de⁹ monendo nos ꝛ hortando ꝛ iubendo vt petam⁹:queram⁹: pulsemus. Attendamus ꝛ nos q̄ a nobis petunt. Petimus nos. A quo petim⁹? Quid petim⁹? A quo vel qui vel quid petimus? Petim⁹ a deo bono:petimus hoies mali. Petimus aūt iusticiā: vnde simus boni. Hoc ergo petim⁹:qd i eternū habemus. Quo cū saturati fuerim⁹:vlteri⁹ nō egeamus. Sed vt saturemur:esuriamus ꝛ sitiamus. Esuriēdo
Mat. v. ꝛ sitiendo petam⁹:queram⁹:pulsemus. Beati enī q̄ esuriūt ꝛ sitiūt iustitiā. Quare bti? Esuriūt ꝛ sitiunt ꝛ beati sunt? Aliqñ egestas beata est. Non inde beati sunt: qr esuriunt ꝛ sitiūt:sed qr ipsi saturabuntur. Ibi erit btitudo i saturitate: nō in fame. Sed pcedat saturitatē fames:ne fastidiū nō perueniat ad panes. Ergo dixim⁹ a quo petam⁹:q̄ petam⁹:qd petam⁹. Sed petit ꝛ a nobis. Mendici enī dei sumus. Ut agnoscat ille mendicos suos:agnoscam⁹ nos nostros. Sed ꝛ ibi etiā cogitemus quando petunt a nobis: qui petunt a q̄bus petunt:quid petūt. Qui petunt? Hoies. A quibus petunt? Ab hoibus. Qui petunt? Mortales. A quib⁹ petunt? A mortalib⁹. Qui petunt? Fragiles. A quib⁹ petūt? A fra
C gilibus. Qui petūt? Miseri. A qb⁹ petūt? A miseris. Excepta substantia facultatū:tales sunt q̄ petūt:quales sunt a q̄bus petūt. Quā frontē habes petēdo ad dñm tuū:qui non agnoscis parē tuū? Nō sum inqt talis: absit a me vt talis sim. Inflatus obsericat⁹ ista loquitur de pannoso. Sed ego nudos interrogo. Nō interrogo in vestib⁹:quales sitis:sed quales nati fueritis. Ambo nudi:ambo infirmi:ambo miseram vitam inchoātes:ideo ambo plorātes. Ecce recole diues primordia tua: vide vtrū huc aliqd attuleris. Iā venisti ꝛ tanta inuenisti. Dic ergo rogo te qd attulisti? Dic qd attuleris? aut si dicere erubescis:aplm audi. Nihil intulim⁹ in hunc mundū. Nihil inqt intulim⁹ in hunc mundū. Sed forte qr nihil attulisti:ꝛ hic multa inuenisti:aliqd hic tecū
j. Ti. vj. ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiaꝝ trepidas cōfiteri. Audiri ꝛ hoc:ꝛ hoc apls dicat:q̄ te nō palpat. Nihil intulim⁹ in hūc mundū:vtiqz qñ nati sum⁹. Sed nec auferre aliquid possum⁹:vtiqz quando de mundo exim⁹. Nihil attulisti:nihil hinc auferes:qd te inflas ɔtra pauperē? Qñ nascuntur infantes:recedant de medio parentes:serui:clientes:recedāt de medio turbe obsequentes:ꝛ agnoscantur pueri diuites flentes. Pariāt simul diues ꝛ pauper:pariant simul mulier diues ꝛ mulier pauper:nō attēdant qd pariūt discedant paululum:redeant ꝛ cognoscant. Ecce diues nihil intulisti in hunc mundū: sed nec auferre hinc aliqd potes. Qd dixi de natis:hoc dico de mortuis. Certe qñ casu aliquo vetera sepulchra franguntur:ossa diuitis agnoscantur.
Ergo diues audi aplm. Nihil intulim⁹ in hunc mūdum. Ubi. s.
Agnosce verū est. Sed nec auferre aliqd possumus. Agnosce:ꝛ hoc verum est. Quid ergo sequitur? Uictū ꝛ tegumētū habentes:his contēti sim⁹. Nam qui volunt diuites fieri incidūt in tentationē ꝛ desideria multa et noxia:q̄ mergūt hominē in interitū ꝛ perditionem. Radix est enim omniū maloꝝ auaricia:quam quidam sequentes:a fide perrauerunt. Attende quid dimiserunt. Doles qz hoc dimiserūt:vide quo se inseruerūt dolorib⁹ multis. Sed q̄? Qui volūt diuites fieri. Aliud est esse diuitē:aliud velle diuitē fieri. Diues est q̄ a diuitibus natus est:nō qui voluit. Diues est:qr multi hereditates dimiserūt. Uides facultates:nō interrogo voluptates. Hic cupiditas accusatur: non aurū nō argentum:non diuitie:sed cupiditas. Nam qui volūt diuites fieri vel qui nō curant:vel qui nō ardent cupiditatibus:non auaricie facib⁹ accēduntur: sed diuites sunt. Audiāt aplm:
hodie lectū est. Precipe diuitibus huius mūdi. Precipe. D
Quid. Precipe aū oia nō supbe sape. Nihil est ei qd sic ge j. Tim. vj
nerēt diuitie:quō supbiā. Omne pomū:oē granū: oē frumētum:oē lignū habet vermen suū. Et alius est vermis mali alius piri:ali⁹ fabe:alius tritici. Uermis diuitiarum supbia. Ergo precipe diuitib⁹ huius mundi:nō superbe sapere. Exclusit vitiū:non superbe facere. Doceat vsum de eo qd sequitur. Neqz sperare in incerto diuitiarū. Qui non sperant in incerto diuitiarū:nō supbe sapiūt. Qui altū sapiūt timeāt. Si timēt:nō sapiunt. Qz multi heri diuites: hodie paupes. Qz multi dormiūt diuites:ꝛ venientib⁹ latronib⁹ ꝛ cuncta auferentibus euigilant pauperes. Ergo nō sperare in incerto diuitiarum:sed in deo viuo qui prestat nobis oia abūdanter ad fruendū eterna:ad vtendū temporalia. Tēporalia tanqz viatorib⁹:eterna tanqz habitatorib⁹. Tēporalia:vnde bona faciam⁹:eterna vñ boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites:nō supbe sapiant:neqz sperent in incerto diuitiarū:sed in deo viuo q̄ p̄stat nobis oia abundanter ad fruēdū. Hoc faciāt. Ex eo sūt qd habēt qd faciant?
Audi quid. Diuites sint in operib⁹ bonis:facile tribuant. Ubi. s.
Facile:habent enī vnde. Quare non faciunt? Paupertas difficultas est. Facile tribuant: habent vnde. Cōmunicēt id est pares suos mortales agnoscant. Cōmunicēt thesaurisent sibi fundamentū bonum in futurum. Non enī qr dico inquit facile tribuant:cōmunicent:expoliare illos volo nudare illos volo:inanes relinquere volo. Doceo lucrum cū ostendo:thesaurizent sibi. Non enim volo vt pauperes remaneant. Thesaurizāt sibi. Non vt perdāt dico:sed quo migrent ostendo. Thesaurizent sibi fundamētum bonum in futurum:vt apphendant veram vitam. Hec ergo falsa
vita est:apprehendant veram vitā. Uanitas enī vanitatū Eccs. j.
ꝛ oia vanitas. Que abundantia tanta hominis in omni labore suo:quo ipse laborat sub sole? Apprehēdēda ergo ve E
ra vita:migrande sunt facultates nostre ad locū vere vite: vt hoc ibi inueniamus quod hic dam⁹. Mutat illa:qui mu
tat ꝛ nos. Date ergo pauperib⁹ fratres mei. Uictum et te j. Tim. vj
gumentū habentes his contenti simus. Nihil diues habz de diuitijs suis: nisi qd ab illo postulat pauper: victum et tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnib⁹ que habes? Accepisti victum:accepisti necessarium tegumētum. Necessarium dico:nō inane:non superfluū. Quid plus de diuitijs tuis capis? Dic mihi? Certe oia tua supflua erūt. Que sunt tua supflua:sint pauperib⁹ necessaria. Sed ego inqt preciosas epulas accipio:pciosis cibis vescor. Pauper quid? Uilib⁹ cibis vescitur pauper:ego inquit preciosis. Interrogo vos quando fueritis ambo satiati: pciosus cibus ad te intrat:quid fit cū intrauerit? Nōne si peculiaria in ventre haberem⁹: de oibus cibis preciosis erubesceremus:quibus saturatus es? Esurit pauper:esurit diues. Saturari querit pauper:saturari querit diues. Saturatur pauper de vilibus cibis:saturatur diues de pciosis cibis. Saturitas equalis est: possessio vna est:quo ambo volunt peruenire. Sed ille per compendiū:ille circuit. Sed meli⁹
inquit mihi sapiūt apparata preciosa. Uix fastidiosus sa xlj. dis. nō
tiaris. Nescis quomodo sapit:quod fames accendit. Neqz cogātur.

ita hoc dixit: vt diuites cogã epulis ⁊ cibis pauperũ vesci. Vtanꝫ diuites consuetudine infirmitatis sue: sed doleant aliter se nõ posse. Melꝰ enĩ possint: si aliter possint. Si ergo non extollit pauper de mẽdicitate: tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis ꝑciosis: qz sic cõsueuisti qz non aliter potes: qz si consuetudinẽ mutas egrotas. Lõcedit tibi vtere supfluis: da pauperib⁹ necessaria: vtere ꝑciosis da paupĩb⁹ vilia. Expectat a te expectas a deo. Expectat ille manũ q facta ẽ fecũ: expectas tu manũ q fecit te. Sed nõ solũ te fecit: sed ⁊ pauperẽ tecũ. Dedit vobis vnã viã istã vitã. Inuenistis vos comites: vnã viã ambulastis. Ille nihil portat: tu nimiũ onerat⁹ es. Ille nihil secũ portat: tu iterũ plus portas q̃ opus est. Onerat⁹ es: da illi de eo qõ habes: ⁊ illũ pascis: ⁊ põdus minuis. Date ergo pauperibus: rogo: moneo: ꝓcipio: iubeo. Quicquid vultis date pauperibus. Nõ enĩ occultabo charitati vestre: qre hũc sermonẽ necesse habui vobis ꝓmere. Ex quo hic sum⁹ euntes ad eccliam ⁊ redeũtes: pauperes interpellãt nos: et dicunt vt dicam⁹ vobis vt aliqd accipiãt a vobis. Nos moueruit loqui vobis: ⁊ se vident nõ accipere a vobis: Jnãniter arbitrant nos laborare i vobis. Expectãt ⁊ aliqd a nobis. Dam⁹ quantũ habem⁹: damus sicut possumus. Nunquid tñ ad eoz necessitatẽ implendã idonei sumus? Qz ergo ad eoz necessitatẽ implendam idonei nõ sumus: vel ad vos legati ipozum sum⁹. Audistis: laudastis: deo gratias Semen accepistis: ẽba redd idistis. Laudes iste vre graciuant nos potius ⁊ in periculũ mittunt. Tolleram⁹ illas ⁊ tremimus inter illas. Tamẽ fratres mei iste laudes vestre folia sunt arboꝝ: fructus queritur.

Mat. viij ¶ De puero Centurionis ⁊ verbis ei⁹ indignũ se ꝓsentia dñi iudicãtis in euangelio ꝟm eundem Jn quo cẽturionis zachei ⁊ gentium fidẽ ex vna parte cõmendat ⁊ humilitatẽ. pharisei vero ⁊ iudeorũ ex altera parte damnat superbiã atq; infidelitatem. et cetera. Sermo. vj.

A Audiuimus cũ euangeliũ legerẽ: fidẽ nostrã in humilitate laudari. Ad domũ qppe Cẽturionis cũ se promitteret dñs iesus iturũ vt puerũ ei⁹ sanaret: ille respondit. ⌊Non sum dignus vt sub tectũ meũ intres: sed tñ dic verbo ⁊ sanabitur.⌋ Dicẽdo se indignũ: prestitit dignũ. Non in cuius parietes: sed i cuius coz xp̃s intraret. Neq; hoc diceret cũ tãta fide ⁊ humilitate: nisi tã illũ quẽ timebat ĩtrare domũ suã cozde gestaret. Nam non erat magna felicitas: si dñs iesus intraret in parietes eius: ⁊ nõ esset in pectore eius. Magister quippe humilitatis ⁊ verbo ⁊ exemplo discubuit: ⁊ in domo cuiusdã pharisei supbi noie symonis. Et si in domo ei⁹ recũberet nõ erat in cozde eius vbi caput filius hois reclinaret. Jta enĩ quendã superbũ quantũ intelligitur ex vobis ipsi⁹ dñi vltro se ire cupientẽ a suo discipulatu reuocauit. Sequar te dñe q̃cũq; ieris. Et dñs in cozde ei⁹ inuisibilia videns. Vulpes (inquit) foueas habẽt: ⁊ volatilia celi nidos: fili⁹ aũt hois nõ habet vbi caput suũ reclinet. Hoc est habitãt in te insidie sicut vulpes: habitat supbia sicut celi volatilia filius aũt hois simpler ꝓtra insidias: humilis ꝓtra supbiã: nõ habz vbi caput suũ reclinet. Et ipa reclinatio capitis non erectio: hũilitat⁹ magistra. Reuocat g̃ istum ire cupientẽ trahit alterũ recusantẽ. Eodem qppe loco alt cui: dã. Sequere me. Et ille. Sequor dñe: sed sine me ꝑmo ire ⁊ sepelire patrẽ meũ. Ipe qdẽ excusauit: ⁊ ideo dignior cuius excusatio remouerẽt: vocatio firmarẽt. Plũ erat qõ volebat facere: sed docuit magister quid debuisset ꝓponere. Volebat enĩ cum esse viui verbi predicatorem: ad factẽdos victuros. Erant aũt alij p quos illa necessitas impleretur. Sine (inquit) mortuos sepelire mortuos suos. Jnfideles cadauer qñ sepeliunt: mortui mortuũ sepelirũt. Illi⁹ corpus animã perdidit: illoz aĩa deũ. Sicut enĩ anima est vita corporis: sic vita anime deus. Sic expirat corpus cũ animã emittit: ita expirat anima cũ deũ amittit. Deꝰ amissus: mors anime. Aĩa emissa mors corporis. Mors corporis necessaria: mors aie voluntaria. Discũbebat ergo dñs in domo cuiusdã pharisei supbi. Jn domo ei⁹ erat: vt dixit: et in pectore eius non erat. Jn huius vero centurionis domũ nõ intrauit: ⁊ pect⁹ possedit. Zacheus vero dñm ⁊ domo suscepit ⁊ animo. Huius tñ fides i humilitate laudat. Dixit enĩ. Nõ sum dign⁹ vt sub tectũ meũ intres. ⌊Et dñs Amen dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in israel ꝟm carnẽ. Nam ⁊ iste iã israelites erat ꝟm spiritum. Generat dñs ad israelẽ carnalẽ. i. ad iudeos: ibi primũ genere ones perdẽtes: in quo populo ⁊ de quo populo etiã cozp⁹ assumpserat. Non ibi inuenit tantã fidẽ: ipse dicit. Possum⁹ nos metiri fidẽ hoim sicut hoies? Ille qui interiora cernebat: ille quẽ nemo fallebat pbibuit testimoniũ cordis hois: audiẽs verba hũilitatis: pnuncians sententiã sanitatis. Unde aũt ꝓsumpsit? ⌊Et ego (inqt) hõ sum sub ptãte constitut⁹: habens sub me milites: ⁊ dico huic vade ⁊ vadit: ⁊ alio veni ⁊ venit: ⁊ seruo meo fac hoc ⁊ facit.⌋ Potestas sum q̃dã sub me positis: sub potestate quadam sup me. Si ergo ego inquit homo sub potestate: iubendi habeo potestatẽ: qd tu possis cui oẽs seruiunt potestates? Erat aũt iste ve gẽtib⁹ erat quippe centurio. Jam iudea gens habebat militẽ: habebat romanũ imperiũ. Jbi iste militẽ agebat: quãtũ agere centurio potebat. Et habens potestatẽ et sub potestate: subditus obediens: subditos regẽs. Dñs aũt qõ intendat ꝓcipue necessario chartitas vestra: cuius i populo iudaico esset: iã ꝓnciabat ecclesiã toto orbe terraꝝ futurã in qua erat missur⁹ apl̃os. Jpe a gẽtib⁹ nõ visus ⁊ credit a iudeis vis⁹ ⁊ occis⁹. Quõ ei domũ hui⁹ dñs corpe nõ itrauit: ⁊ ei⁹ tñ fidẽ atq; ipam domũ absens corpe: ꝓsens maiestate fanauit: sic ⁊ idem dñs in solo iudeo populo corpe fuit: apud alias gẽtes nec de virgine nat⁹ est: nec passus est: nec pedibus ambulauit: nec humana ptulit: nec diuĩa mirabilia fecit. Nihil hoz in ceteris gentib⁹ ⁊ tñ de illo impletũ est qõ quidẽ dictũ erat. Popul⁹ quẽ nõ cognouit seruiuit mihi. Quomodo si nõ cognouit? Jn auditu auris obediuit mihi. Judea gens cognouit ⁊ crucifixit. orbis terraꝝ audiuit ⁊ credidit. Banc quodãmodo absentiã corpis sui ⁊ ꝓsentiã virtutis sue in oib⁹ gentibus. ⁊ in illa muliere significauit q̃ fimbriã vestimenti ei⁹ tetigerat. cum reqrit dicẽs. Quis me tetigit? Tanq̃ absens requirit: tãq̃ ꝓsens sanat. Turbe te (inquit discipuli) cõprimũt: ⁊ dicis quis me tetigit? Quasi enĩ sic ambularet vt a nullo prorsus corpe tangeretur: ita dixit. Quis me tetigit? Et illi. Turbe te cõprimũt. Et tanq̃ diceret dñs: tangentẽ quero nõ prementem. Sicetiã nũc est cozp⁹ ei⁹. i. ecclesia eius. Tangit eã fides paucoz: premit eã turba multoꝝ. Corpus enĩ xp̃i esse ecclesiam tanq̃ filij eius audistis: ⁊ si vultis ipsi estis. Apostol⁹ multis locis hoc dicit. Pro corpore inquit eius q̃ est ecclesia. Et iterũ. Vos aũt estis corp⁹ xp̃i ⁊ membra. Si ergo eius corpus sumus: qõ tunc corpus ei⁹ in turba patiebat: hoc patitur ecclia ipsa? A turbis premit: a paucis tangit. Loro enĩ premit: fides tangit. Erigite quippe oculos obsecro vos: qui habetis vi videatis. Habetis enĩ quod videatis. Erigite oculos fidei: tãgite extremã fimbriã vestimẽti: sufficiat ad salutẽ. Videte qõ audistis ex euãgelio tũc futuꝝ nũc ꝓsens est. Jdeo inqt dico vobis ꝓpter laudatã centuriõis fidẽ tãq̃ alienigene carne: domestici cozde. Propterea (inquit) multi ab oriẽte ⁊ occidẽte venient. Non oẽs sed multi: tñ ipsi ab oriente ⁊ occidẽte: istis partib⁹ duabus totus orbis designat. ⌊Multi ab oriente ⁊ occidente venient et recumbent cũ abraam ⁊ isaac ⁊ iacob in regno celoꝝ: filij aũt regni eijcient i tenebras exteriores.⌋ Filij regni: ⁊ dei scz. Qñ filij regni? Qz legẽ acceperũt ad quos ꝓphete missi sũt: apl̃i quos templũ ⁊ sacerdotiũ fuit. q̃ celebrabãt figuras oĩm futuroꝝ. Quarũ ei rerũ figuras celebrauerũt ꝓsentiã nõ cognouerũt. ⌊Filij⌋ ergo ⌊regni ibunt inquit in tenebras exteriores: ibi erit ploratus ⁊ stridor dentiũ.⌋ Videm⁹ iudeos reprobatos: videm⁹ xp̃ianos ab oriẽte et occidente vocatos ad quoddã cõuiuiũ celeste: vt recũbãt cũ abraã: isaac ⁊ iacob: vbi panis iusticia: vbi potus sapie. Attẽdite ergo fratres. Hoc ei estis: ex q̃ ꝓpo estis: tũc ꝓdicato: nũc ꝓsentato. De his vtiq; estis q̃ vocati sunt ab oriẽte ⁊ occidẽte recũbere i regno celoꝝ: nõ i tẽplis idoloꝝ. Estote ergo corp⁹ xp̃i: nõ ꝓssura corpis xp̃i. Habetis vestimẽti fimbriã quã tãgat⁹: vt a ꝓfluuio sãguis. i. a carnis liũ voluptatũ fluxu sanemi. Hẽt⁹ iq̃ vestimẽti fimbriã quã

I quia vel hoc aliquando dixerunt. Accedẽdo enim proficere potuerunt: et ad id qõ vere rectum est peruenire. Jã ergo dicunt adiutricẽ esse gratiam dei ad facilius facienda. Jsta sunt verba eor. Ad hoc dedit (iquiũt) de⁹ gratiã suã hominib⁹ vt quod facere iubentur per liberum arbitrium: facilẽ possint iplere p gratiã. Velo facilẽ⁹: remo difficilẽ⁹: tamen et remo itur. Jumento facilius: sed tamen ꝛ pedib⁹ peruenitur. Non est hic. Magister enim verus qui neminẽ palpat: neminem fallit: verax doctor idemq̃ saluator: ad quẽ nos duxit molestissimus pedagogus: cũ de bonis operib⁹: id est de sarmentorum et palmitum fructibus loquerẽ: nõ

Joh.xv. ait. Sine me facere quidẽ potestis aliquid: sed facilius per me: nõ ait. Fructum vestrũ sine me potestis aliquid facere sed vberiorem per me. Non hoc dixit: legite q̃d dixerit: euãgelium sanctum est. omnib⁹ superba colla subduntur. Non hoc dicit augustinus: hoc dicit dominus. Quid dicit dñs? Sine me nihil potestis facere. Jam nunc cũ audis. Quotquot spiritu dei agũr: hi filij sunt dei: nolite vos dimittere.

Ephe.ij. Neq̃ enim tẽplum suũ sic de vobis edificat de⁹ q̃asi ỏ lapidibus q̃ non habẽt motum suũ: leuantur: ab structore ponunt. Non sic sunt lapides viui. Et vos tãq̃ lapides viui: coedificamini in templũ dei. Ducimini: sed currite/ꝛ vos

Rom.ix. ducimini sed sẽmini: q̃ꝛ cũ secuti fueritis verũ erit illud q̃ sine illo nihil facere potestis. Non enim volẽtis neq̃ currẽtis: sed miserẽtis est dei. Forte dicturi eratis. Et lex sufficit nobis. Lex timorem dedit. Et videte quid hic subiũxit apostolus cũ diceret. Quotquot enim spiritu dei agũr

Rom.v. bi filij sunt dei: quia cũ spiritu dei aguntur: charitate agũtur. Charitas enim dei diffusa est in cordibus vestris per

Rom.viij spiritum sanctũ qui datus est vobis: secutus adiunxit. Nõ accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore. Quid est ite

Exo.xix. ruꝛ? Quõ terrẽte molestimo pedagogo. Quid est iteꝛ? Sicut in monte sina accepistis spiritum seruitutis. Dicit aliquis. Alius est spiritus seruitutis: alius spirit⁹ libertatis.

ij.Cor.iij. Si alt⁹ esset: non diceret apostolus. Jterum. Jdẽ ergo sps

ẽ.Ser. sed in tabulis lapideis in timore: in tabulis cordis in dilectione. Jam audiustertius qui affuistis audistis: quõ lon

vj.c. Exo.xxij. ge positam plebem/voce: signis fumus in monte terrebat: quomodo autem viuens spiritus sanct⁹: id est ipse digitus dei quinquagesimo die post vmbram pasche quomodo ve-

Act.ij. nerit: ꝛ igneis linguis super vnũquẽq̃ eoꝝ insederit. Jam ergo non in timore: sed in dilectione vt non serui sed filij simus. Qui enim adhuc ideo bene agit: q̃ꝛ et penam timet: deum non amat: nondum est inter filios: vtinã tamen vl̃ penam timeat. Timor seruus est: charitas libera est: ꝛ vt sic dicamus: timor est seruus charitatis. Ne possideat diabolus cor tuum precedat seruus in corde tuo: et seruet domie

j.Jo.iiij. venture locum. fac fac vel timore pene: si nõdũ potes amore iustitie. Demet dñs ꝛ seruus abscedit: quia consummata charitas foras mittit timorẽ. Nõ enĩ accepistis spiritũ

ij.Cor.v. seruitutis iteꝛ in timore. Nouũ testm̃ est non vetus. Vetera transierunt: et ecce noua facta sunt omnia: omnia autẽ ex

Rom.viij deo. Deniq̃ quid sequitur? Quid ergo accepim⁹: si diceres Sed accepistis spm̃ adoptionis filioꝝ: in quo clamam⁹: abba pater. Nõs timet: pater amatur. Accepist̃ spm̃ adoptionis filioꝝ: in quo clamam⁹ abba pater. Clamor iste cordis est nõ fauciũ: nõ labioꝝ: intus sonat: aurib⁹ dei sonat. Clau

Psa.xiij. so ore labijsq̃ immotis suſanna ista voce clamabat. Sz accepistis spm̃ adoptionis filiorum: in quo clamam⁹ abba pr̃

Matt.vj. Cor clamet pater noster qui es in celis. Ergo quare nõ tãtum pater? Quid sibi vult abba pat? Si enĩ queris q̃d sit abba: respõdetur tibi: pater. Abba enim hebraice: pater ẽ.

ps.cxvij. Quare voluit vtrũq̃ apostolus ponere? Quia videbat lapidem singularem quem reprobauerunt edificãtes ꝛ fact⁹ est in caput anguli: non sine causa angularem dictũ: nisi q̃ in osculũ recipit vtrũq̃ parietẽ de diuerso venientem. Dic circũcisio: inde preputium tantum a se ꝛ inter se longe: quãtum ab angulo longe: quantum aũt ad angulũ prope: et in-

Ephe.ij. ter se vtiq̃ prope: in angulo aũt inter se iuncti. Ipse est enĩ pax nostra: qui fecit vtraq̃ vnũ. Ergo inde circũcisio: inde p̃putium: parietum concordia: anguli gñia. Accepistis

Rom.viij spiritũ adoptionis filioꝝ: in q̃ clamam⁹ abba pater. Quares est: si pign⁹ tale est? Non pignus: sed arra dicenda est. pignus enim quando ponitur: cũ fuerit res ipsa reddita pignus aufertur. Arra aũt de ipsa re datur: q̃ dando ꝓmittit vt res q̃ redditur: impleat q̃d data est non mutet. Attendat quisq̃ ergo attendat cor suum: vtrũ ex intimis cordis me-

Dui.xxv dullis et sincera charitate dicat. Pater. Non modo quertur quanta sit ipsa charitas: vtrũ magna an parua: an mediocris: vtrũ vel sit q̃ro. Si nata est latendo crescẽdo perficiet: perfecta permanebit. Nõ enĩ pfecta ẽgit infirmitatẽ: ꝛ a senectute venient ad mortẽ: ad hoc pficiet vt eterna permaneat. Vide enim quid sequtur. Clamamus abba pat. Jpse sps testimoniũ reddit spiritui nostro: q̃ sum⁹ filij dei. Non spirit⁹ noster reddit testimonium spiritui nostro: q̃ sum⁹ filij dei. sed spũs dei arra reddit testimoniũ pro ea re que nobis promissa est. Jpe sps testimoniũ reddit spiritui nostro: q̃ sumus filij dei. Si aũt filij et heredes. Non enim inaniter filij: hec est merces ꝛ hereditas. Hoc est q̃d paulo ante dicebã: quia medicus noster ꝛ sanitatem nobis donat et mercedem inijp largiri dignatur. Que est illa merces? Hereditas: sed non quõ est hominis patris hereditas. Relinquet enim filijs suis: non possidet cum filijs suis ꝛ tamẽ magnũ se facit/et gratias sibi agi desiderat: q̃ voluit dare quod non possit auferre. Moriens enim tolleret secũ putor q̃ si posset nihil hic filijs suis dimisisset. Heredes dei sic sunt vt ipse de⁹ sit hereditas nostra. Cui dicit psalm⁹. Pars pars hereditatis mee. Heredes quidẽ dei: si parum vobis pũ. est audite: q̃d amplius gaudeatis. Heredes quidẽ dei coheredes autem xpi. Conuersi ad dominum.

De baptismo paruulorum cõtra pelagianos. Sermo. xiiij. Jn quo pelagianos refellit: absq̃ baptismo decedẽtes paruulos salutem: eternãq̃ vitam (regnum aũt celorum minime) innocentie merito consecuturos dicentes: quippe quib⁹ nec propria nec originalis culpa inest.

NAtale sancti ioannis inter cetera q̃ dicenda videbant ad baptismũ puuloꝝ noster fmo deductus est: ꝛ qz iam prolixius erat: ꝛ de illo terminando cogitabatur: non tanta dicta sunt de tanta questione quanta in periculo tãta a sollicitis dici debuerunt. Sollicitos aũt nos facit: non ipsa sinia iã olim i ecclia catholica sũma auctoritate fundata: sed disputationes quotidiã q̃ modo crebrescere: ꝛ mltoꝝ animos euertere molliunt. Ho die q̃ adiuuãte dño placuit nobis hinc loqui. Die quidẽ solẽne martyris celebrãm⁹: sz maioꝝ cã ẽ oim fidelitũ q̃ ipm martyꝝ. Nõ enĩz omes fideles ẽt martyres: sz iõ illi martyres: quia fideles. Videamus ergo quid ab eis proponatur quid eos mouet: qm̃ et de ipsis non tam refellendis q̃ sanãdis cogitare debemus. Concedunt puulos baptizari oportere. Non ergo questio est inter nos ꝛ ipsos vtrum parnuli baptizandi sint: sed de causa querit quare baptizandi sint. Hoc ergo quod concedit: sine vlla cum illa dubitatione teneam⁹. Baptizandos esse paruulos nemo dubitet quando nec illi hinc dubitant: qui ex parte aliqua contradicũt. Sz nos dicimus eos aliter salutem et vitam eternam nõ habituros: nisi baptizentur in christo: illi aũt dicunt non ꝓpter salutẽ non propter vitam eternam: sed ꝓpter regnũ celorum. Quid sit hoc dum exponimus vt possumus: parumper attendite. Paruulus inquiunt ꝛ si non baptizat̃ merito innocẽtie eo q̃d nullũ habeat omnino nec ꝓprijũ nec originale peccatum: nec ex se nec de adã tractum: necesse est (aiũt) vt habeat salutẽ et vitã eternã ẽt si non baptizet̃: sed propter ea baptizandus est vt intret ẽt i regnũ dei: hoc est in regnũ celorum. Si discutiendum est hoc: discutiendum est propter illos non propter nos. Fratres enim nostri sunt: pmoti sũt profunditate questionis: sed regi debuerunt gubernaculo auctoritatis. Cum enim dicunt non esse baptizandos salutis et vite eterne percipiende causa. sed tantummodo regni celorum ꝛ regni dei: baptizandos quidem fatentur: sed non propter vitam eternam: sed propter regnum celorum. Quid de vita eterna? Habebũt inquiũt. Quare habebitur? Quia nullum peccatum habent: ꝛ ad dãnationem ptinere

non possunt. Ergo est eterna vita extra regnũ celoꝝ? Primus hic erroꝝ auersandus ab auribus: extirpãdus a mentib⁹. Hoc nouum in ecclesia prius inauditum est: esse vitam eternã preter regnũ celorum: esse salutẽ eternam preter regnum dei. Prius vide frater: ne forte hinc consentire nobis debeas: quisq̃s ad regnum dei non pertinet cũ ad damnationem sine dubio pertinere. Venturus dominus et iudicaturus de viuis et mortuis: sicut euangelium loquitur: duas partes facturus est: dexteram et sinistram. Sinistris dicturus. Jte in ignem eternum qui paratus est diabolo ꝛ ãgelis ei⁹. Dextris dicturus. Venite benedicti patris mei pcipite regnũ q̃d vobis paratum est ab origine mundi. Hanc regnum nominat: hanc cũ diabolo damnationem. Null⁹ rectus est medi⁹ locus vbi ponere queras infantes. De viuis et mortuis iudicabit: alij erunt ad dexterã: alij ad sinistram: nõ nouũ aliud. Qui inducis mediũ recede de medio non te offendat q̃d dexteram querit et teipsum admonet: recede de medio: sed noli in sinistram. Si ergo dextera erit ꝛ sinistra: et nullum medium locũ in euangelio nouimus: ecce in dextera regnum celoꝝ est. Percipite inquit regnum. Qui ibi non est in sinistra est. Quid erit in sinistra? Jte in ignem eternũ. Qui in dextera: proculdubio in sinistra. Ergo qui non in regno: proculdubio in ignem eternũ Certe habere non potest vitam eternam qui non baptizat: non erit in dextera: id est in regno non erit. Vltam eternaꝝ compatas ignẽ sempiternum? Et de ipsa vita eterna audi expressius: quia nihil aliud est regnũ q̃ vita eterna. Pri⁹ regnũ noiauit/sed in dextris: ignẽ eternũ i sinistris. Extrema aũt sententia vt doceret q̃d sit regnũ: et quid sit ignis eternus. Jte inquit abibunt isti in combustionem eternã: iusti aũt in vitam eternã. Ecce exposuit tibi quid sit regnũ et quid sit ignis eternus: vt quando confiteris paruulũ nõ futurum in regno fatearis: futurum in ignem eternuꝝ. Regnum enim celorũ est vita eterna. Nec aliud ẽt paulus apostolus: cũ terreret homines: non paruulos non baptizatos: sed celestos facinoroſos/contaminatos/perditos: non eos terrult q̃ erunt in igne sempiterno: quo sine dubio ibunt si non corrigunt: sed tantum terruit q̃ in regno non erunt: vt cũ viderint se perdere spẽ regni: non viderent esse cõsequẽs nisi penã ignis eterni. Nolite inquit errare: neq̃ fornicatores: neq̃ idolis seruientes: neq̃ adulteri neq̃ molles: neq̃ masculoꝝ cõcubitores: neq̃ fures neq̃ auari: neq̃ ebriosi: neq̃ maledici: neq̃ rapaces regnũ dei possidebunt. Non dixit: illi ꝛ illi: tales et tales igni eterno toꝝ quebuntur: sz regnuꝝ dei non possidebunt. Subtracta dextera non remansit nisi sinistra. Vnde aũt euadunt ab igne sempiterno: nõ ab aliud nisi quia erunt in regno. Sequitur. Et hec quidẽ fuistis. Et vnde iã non sunt? Sed abluti estis: sed sanctificati estis in nomine domini nostri iesu xpi: ꝛ in spiritu dei nostri. In nomine domini nostri iesu christi. Non enim est aliud nomen sub celo: in quo oportet saluos fieri: omes pusillos cũ magnis. Si aũt saluos fieri oportet nos in hoc nomine: si ne hoc nomine: proculdubio nec salus erit que sine christo promittitur paruulis. Pace eorum dicã: qui cuiq̃ salutem promittit sine christo: nescio vtrum ipse salutem habere possit in christo. Deinde querimus ab eis. Dz si aliquis dicat paruulos merito innocentie sue sicut dicitis atq̃ immunitatis ad omni delicto non solum habituros salutem ꝛ vitã eternam sed et regnum dei: vnde apud vos desinitum certumq̃ est sine baptismo regnũ dei non habituros puulos: vt diuideretis eis pro arbitrio vestro nõ adiutores paruloꝝ: sed oppressores misseroꝝ: vt diuideret̃ eis pro arbitrio vestro et daretis eis salutem et vitã eternam preter regnũ celorum? Alius benuolẽtioꝝ vobis et misericordioꝝ vt pusillis iustior: totum eis dabit et vitam eternam et regnũ celorum. Jstum quomodo superabitis: quoniam vos aliquado contra euidentissimã auctoritatẽ ratio hũana delectat: proferte ipsam regulã rationis vestre: ꝛ asserite quantis viribus valueritis vnde deuincatur iste qui paruulis ꝓpter merita innocẽtie: propter nullã (sicut dicitis) culpã: hoc est originale peccatũ dare voluerit etiã non baptizatis: nõ solam vitam eternã: verũetiam regnũ celorum. Jstũ vincite. Ego sine preiudicio partes huius parũp suscipioꝛ dicam

quod ipse nõ sentio: sed admõeo vos vt acriorẽ aduersariũ videatis. Ecce exstitit nescio quis et dicit. Paruulus non habens vllum omnino peccatum: nec qõ sua vita cõtraxit: nec qõ de vita primi parentis traxit: habebit et regnum celorum et vitam eternam? Respondete: vincite dominẽ resistẽtem vobis: qui aliter diuidit̃is. Clos enim dicitis. Vltã q̃dẽ habebit iste non baptizat⁹ eternam: sed non habebit regnum celoꝝ. Ille contra. Jmmo et vitam et regnũ celorũ. Quare enĩ patrimoniũ regni celoꝝ arripis innocẽti? A quo regnum celoꝝ non acq̃ritur: profecto magno bono fraudat. Que est ista iusticia? Dic quare. Quid offendit paruulus non baptizatus nullã habens culpã: nec suam: nec de parẽte tractam? Quid offendit dic mihi: vt non intret in regnũ celoꝝ/vt separetur a sorte sanctorũ: vt sit exul a societate ãgeloꝝ? Videris enim tibi misericors: q̃z non aufers ei vitã damnas tamen que separas a regno celorũ. Dãnas non eũ pcutis: sed in exiliũ mittis: Ham et qui exulant: viuũt si sani sunt: in doloribus corporis non sunt: nec torquentur: nõ carceris tenebris affliguntur: hec illis sola pena est non eẽ in patria. Si amat patria magna pena: si aũt non amat patria peior est cordis pena. Paruũ malũ est in bois corde q̃ societatem non querit sanctoꝝ: qui non desiderat regnũ celorũ. Sed nõ desiderat: pena est de peruersitate: si aũt desiderat pena est de fraudata charitate. Sed si q̃d vis parua sit pena: ꝛ ipsa parua magna ẽ si nulla culpa est. Dic defende iusticiã dei. Quare vel parua pena infligit̃ innocẽti: in quo nullũ inuenitur omnino peccatum? Dic contra istũ aduersariũ q̃ paruulis non baptizatis miaꝛ iusticia maioꝛe q̃ tu dare vult: non solum vitam eternam: verũetiam regnũ celorum. Responde si potes: sed rationẽ affer: hac enĩ re gl̃iari delectat. Ego istã ẽstionẽ pfundã sentioꝛ ad ei⁹ fundamimãdũ vires meas idoneas non agnosco. Libet me et h exclamare q̃d paul⁹. O altitudo diuitiarum. Paruul⁹ nõ baptizat⁹ pergit in dãnationẽ: apostoli eni verba sunt. Ex vno in cõdẽnationẽ. Non satis inuenio dignaz causam: q̃z non inuenio non quia non est. Vbi ergo non inuenio in pfundo profundum: attendere debeo humanã infirmitatem nõ dãnare diuinã auctoritatem. Ego prorsus exclamo: nec me pudet. O altitudo diuitiarum sapientie ꝛ sciẽtie dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius: ꝛ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensuz domini: aut quis cõsiliari⁹ ei⁹ fuit: aut quis prior dedit illi: ꝛ retribuetur ei? Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gl̃ia i secula seculorum amẽ. Ego infirmitatem meam his vbis munio: ꝛ hac cautela circunseptus: aduersus sagittas ratiocinationum tuarũ miratus assisto. Sed tu bellator: hoc est fort⁹ ratiocinator: huic respondeq̃ tibi dicit. Prorsus innocẽs paruulus et immunis ab omni peccato: ꝛ ꝓprio et originali: non solũ vitam eternã habebit: sed etiam regnum celoꝝ. Hoc est iustũ. Qui nihil mali habet: quare aliquid boni nõ habet? Sed scio inquis. Vnde scis? Quia dñs dixit. Tãdẽ venisti. Non ergo q̃ tu ratiocinaris: sed q̃ dñs dixit. Laudo hoc plane q̃ sanũ est: sicut homo non inuenisti rationẽ: fugis ad auctoritatem. Approbo: prorsus approbo. Bene facis: non inuenis: ad auctoritatem fuge: non tibi te persequẽr non inde expello: imo fugientem recipio ꝛ amplectoꝛ. Profer ergo auctoritatem: stemus in ea simul contra communem inimicum. Quia enim paruulus non baptizatur: non intrat in regnũ celorũ: et tu dicis et ego. Illi igitur cõi aduersario q̃ dicit non baptizatũ paruulum intraturuz in regnum celoꝝ: resistamus ambo: et aduersus eius insidiosissima iacula scutũ fidei proferamus. Tedãt paulisper cõiecture rationis humane: assumantur arma diuina. Assumite inquit apl̃s armaturã dei. Ecce simul dicamus huic homini. Christianus es? Christianus inquit. Audi euãgeliũ qui vis non baptizatos paruulos mittere in regnum celoꝝ audi euãgelium. Misi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non intrabit in regnum celorum. Domini sententia est: huic non resistit nisi non xpianus. Repulsus est ille remanet mihi tecũ certamen: ꝛ forte vnde vicisti bono illi? inde bono vinceris tuo. Mã quẽ vicisti: si durus non est doculsti. Moli ergo esse durus et tu: simul teneamus interim sententiam istam. Misi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ spiritu sancto: non intrabit in regnũ celoꝝ. Jdeo inquis: par-

Universidad de Biblio

uulo non baptizato polliceri regnum dei non possum: ꝓtra
domini sententiã apertã. Ecce quare dico: regnum dei nõ
habebunt. Ecce quare dico: ideo baptizandi sunt vt hẽant
regnũ dei. Jdeo dicis? Jdeo inqt. Vide tamẽ ꝓpter illa
que supra dixim⁹: ne forte non inuenias vitam eternam ꝓ-
ter regnũ dei. Multũ enim aperta sunt dicta de duabus il-
lis partibus: dextera & sinistra: vbi nullũ in medio dedit lo
cum vite sine regno. Parũ te hoc corrigit: paruꝫ admonet
ipsam mecũ lectionem vnde hanc sententiã protulisti pau-
lulum aduerte. Dixisti enim te ideo regnum celorũ non ba
ptizatis pueris nolle ꝓmittere: qꝫ sententia domini aper
Joh.iij. ta est. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu: non ĩtra-
bit in regnum celorum. Non ibi auertisti cũ ꝙreret nicho-
demus quomodo ista fierent: id est quomodo renasceretur
homo: quomodo denuo nasceretur quoniã nõ potest vtiꝫ
iterum introire in vterũ matris & denuo nasci: quid audie-
rit a domino: quid audierit a magistro bono: quid audierit
error a veritate? Jnter cetera enim ostendẽs quẽadmodũ
F fiat: ettã similitudinem posuit: sed ꝓius ait. Nemo ascẽdit
in celũ nisi qui de celo descendit filius hominis qui est ĩ ce
lo. Jn terra erat & in celo se esse dicebat: et quod est maius
in celo filiam hominis vt vnam demonstraret in vtraꝫ na
tura ꝑsonam: et in eo qõ dei filius erat equalis ꝑri: ver-
Joh.j. bum dei in principio deus apud deũ: et in eo qõ filius hois
erat assumens animã humanam & carnem humanam: & in-
dutus hominem extens ad homines: qꝫ in hoc vtroꝫ non
duo christi sunt/nec duo filij dei: sed vna persona vn⁹ ꝛps
dei filius: idemꝫ vnus christus: non alius filius hominis:
sed dei filius ſm diuinitatem: hominis filius ſm carnem.
Quis autem nostrum qui parum aduertimus: aut parum
sapimus: nõ potius ita vellet distinguere: filius dei in celo
et filius hominis in terra? Sed nec sic diuideremus: & ita
diuidendo duas personas induceremus. Non ascendit in
Joh.iij. celum (inquit) nisi qui de celo descẽdit filꝰ hominis. Filꝰ
ergo hominis descendit de celo? Monne filius hominis in
terra factus est? Nõne filius hominis per mariam factꝰ ẽ?
Sed o homo: noli inquit separaret quẽ volo copulare. Pa-
rum est quia filius hominis descẽdit: christus enim descẽ-
dit: idemꝫ filius hominis qui filius est dei. Sz est in celo
qui ambulat in terra. Jn celo erat: qꝫ vbiꝫ christus: idẽꝫ
christus et filius dei et hominis. Propter vnitatem perso-
ne in terra filius dei propter eandem vnitatem persone cẽ
probauimus in celo filium hominis: ex his verbis domini.
Filius hominis inquit qui est in celis. Propter vnitatem
persone: nõne in terra constituto atꝫ ꝑspicuo petrus dicit.
Wat.xvj. Tu es christꝰ filius dei viui? Ergo discat nichodemꝰ quo
modo fiat illud qõ ei minus intelligenti: incredibile et qsi
impossibile videbatur. Nemo ascẽdit in celũ: nisi qui de ce
lo descendit. Omnes aũt qui renascuntur vtiꝫ ascendunt
in celum: ceterum nemo prorsus. Et omnes qui renascunt
per gratiam dei ascendunt in celum: et nemo ascẽdit in ce-
lum nisi qui de celo descẽdit filius hominis qui est in celo.
Vnde hoc? Quia omnes qui renascunt membra ipsius fiũt
et solus christus de maria natus vnus est christus: & cũ cor-
pore suo caput vn⁹ est ꝛps. Hoc ergo dicere voluit. Nemo
ascendit nisi qui descendit. Non ergo ascendit nisi christꝰ.
Si vis ascendere: esto membrũ christi. Si vis ascendere:
Rom.xij. esto membrũ christi. Sicut enim in vno corpore multa mẽ
bra habem⁹: omnia aũt membra corporis cum sint multa:
vnũ est corpus: sic et christus: quia caput & corpus ꝛps. Et
G quomodo fit hoc: adhuc queramus? Latet quẽ ꝛto: exalta-
tur illa profunditas. Christus peccatum nõ habet: nec ori-
giale traxit: nec suum addidit: extra voluptatem carnalis
libidinis venit: non ibi fuit complexus maritalis: de virgi
nis corpore non assumpsit vulnus sed medicamentum: non
assumpsit qõ sanaret: sed vnde sanaretur. Quantum ad pec
catum ptinet dico. Solus ergo ille sine peccato: quomodo
Joh.iij. erũt membra eiꝰ quorũ nullꝰ est sine peccato? Quomodo?
Audi similitudinem que sequitur. Et sicut moyses exalta-
uit serpẽtẽ in deserto ita oportet exaltari filium hominis
vt q̃ credit in eũ non pereat/sed habeat vitã eternã. Unde
tibi non videbatur peccatores hoies posse fieri mẽbra chri
sti: id est illi? qui nullum omnino haberet peccatum. Ser-
pentis morsu mouebaris: ideo crucifigitur christus tõ fun
ditꝫ sanguinem christus in remissionem peccatorum: qꝫ ꝓ
pter peccatum: id est serpentis venenum. Sicut exaltauit
moyses serpentẽ in heremo vnde sanarentur qui in illo de- Num.xxj.
serto a serpentib⁹ mordebantur & illum exaltatum attẽde-
re iubebãtur: et quisquis attenderet sanabatur: sic operatꝫ
exaltari filium hominis vt omnis qui credit in eum: id est
qui attendit exaltatum: qui non erubescit crucifixum: qui
in cruce christi gloziatur: nõ pereat: sed habeat vitã eternã
Non pereat. Unde? Credendo in eum. Unde non pereat?
Attendendo exaltatum: alioquin periisset. Hoc est. Omnis
enim qui credit in eum non pereat: sed habeat vitã eternã.
Profers paruulum mihi et iubes vt attendat exaltatum:
quem negas habere serpentis venenum. Immo si fauces et
si mouet te innocentia in vita propria noli negare tractum
aliquem reatũ de vita prima: non sua/sed parentis sui. Mo-
li negare. confitere venenum: vt poscas medicamentũ: ali-
ter non sanatur. Aut vt quod ei dicis vt credatur. Hoc enĩ
respondetur a portante paruulum. Ad verba aliena sanat
qꝫ ad factũ alienũ vulneratur. Credit in iesum christũ fie
interrogatio: respondit: credit. Pro non loquente/pro fiẽ-
te/pro flente/et flendo quodammodo vt subueniatur osan
te: respondetur et valet. An etiam hoc serpens ille persua-
dere conatur: quia non valet? Absit a corporibus qualium
cũqꝫ christianorum. Ergo respondetur et valet. Conspira
tione quadam communicat spiritus: credit in altero: quia
peccauit in altero. An vero inuenit vitã ꝑsentis seculi: quã
parturiuit infirmitas: et non inuenit vitam futuri seculi:
quem parturiuit charitas? Ergo moyses exaltauit serpen
tem in heremo: vt omnis a serpente percussus intueretur
exaltatum & sanaretur. Adam primus accepit morsum ser
pentis cum veneno. Ergo natus est in carne peccati: fit fi-
lius in christo per similitudinez carnis peccati. Misit enĩ
deus filium suum non in carne peccati: sed sicut sequitur
qui scribit. Jn similitudine carnis peccati: quia non de cõ
plexu maritali: sed de vtero virginali. Misit in similitudi
nem carnis peccati. Ut quid hoc? Ut de peccato damna-
ret peccatum in carne: de peccato peccatum: de serpẽte ser
pentem. Sed de similitudine. quia in christo nullum pecca
tum: sed sola similitudo carnis peccati. Jdeo exaltatus est
serpens: sed ereus. Exaltata est similitudo carnis peccati
vt sanaretur ozigo peccati: quia misit deus filium suum in
similitudinem carnis peccati: non in similitudinem car-
nis. Nam vera caro est: sed in similitudinem carnis pecca-
ti: quia mortalis caro sine vllo omnino peccato propter si
militudinem damnaret peccatum ĩ carne: propter verũ in-
quitatem. Vera iniquitas in christo non fuit: sed mortali-
tas in illo fuit. Peccatum non suscepit: sed penam pecca-
ti suscepit. Suscipiendo sine culpa: penam: et penam sana-
uit & culpam. Ecce quomodo fiunt ista. Quod admiratus
nichodemus dixerat. Quomodo possunt ista fieri? Sic enĩ
sanamur: non quia meremur. Ecce quomodo fiũt ista. Vo
do vbi mihi paruulos ponis. Jam dicis: nullo veneno fue-
tiati sunt. Aufer eos a conspectu exaltati serpentis. Si au-
tem non aufers: sanandos dicis venenatos confiteris. Re-
inde ipse dominus in eodem sermone ad nichodemum nõ
audistis quid dixerit: cum eadem lectio hodie legeretur?
Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credide-
rit iam iudicatus est. Et hic queris medium bono de me-
dio et disputas et attenderis nec attendis. Qui credit in
eum non iudicatur: qui autem non crediderit: iam iudi-
catus est. Quid est autem iam iudicatus est? Damnatus
est. Nam iudicium pro damnatione plerumqꝫ pone nostis:
scripture testes sunt: maxime illo vno testimonio apertis-
simo cui nemo est qui contradicat. De resurrectione cum
ageret dominus. Qui bene fecerunt inquit in resurrectio-
nem vite: qui male egerunt in resurrectionem iudicij: vti-
q̃ iudicium pro damnatione posuit: et tu aliter audes dif-
ferre aut credere? Qui non credit iam diiudicatus est.
Alio loco. Qui credit in filium habet vitam eternam: qui
tu paruulis promittebas non baptizatis. Qui credit in fi-
lium habet vitam eternam. Sed habet (inquit) et qui non
credit paruulus: quamuis non habeat regnum dei. Sed
vide quod sequitur. Qui autem incredulus est filio: non
habet vitam: sed ira dei manet super eum. Ubi ponis pa-

uulos non baptizatos? Profecto in numero credentium.
Nam ideo ex consuetudine ecclesie antiqua canonica fun
datissima: paruuli baptizati fideles vocãtur. Et sic de his
querimus. Iste infans christianus est. Respondetur: chri
stianus. Cathecuminus: an fidelis? Fidelis vtiꝫ a fide fi-
des a credendo. Inter credẽtes igitur baptizatos paruu-
los numerabis: nec iudicare vllo modo aliter audebis: si
nõ vis esse apert⁹ hereticus. Ergo ideo habẽt vitã eternã
qꝫ qui credit in filium habet vitam eternam. Holo eis sine
ista fide & sine isto sacramento huius fidei promittere vitã
eternam. Qui autẽ incredulus est filio: et qui non credit in
filium non habet vitam: sed ira dei manet super eum. Non
dixit: veniet super eum: sed manet super eum. Respexit ozi-
ginem cum ait. Ira dei manet super eum. Qua respicitens
Epbc.ij. et apostolus dixit. Fuimus & nos aliquãdo natura filij ire
Non accusamus naturam. Natura auctor deus est. A deo
bona est instituta natura: sed per malam voluntatem a ser-
pente vitiata est: ideo quod fuit in adam culpe non nature:
nobis propagatis factũ est iam nature. Ab hoc vitio natu-
re sum quo nascitur homo: non liberat qui natus est sine vi
tio. Ab hac carne peccati non liberat: nisi ille qui natus est
sine peccato per similitudinẽ carnis peccati. Ab hoc vene-
no serpentis: non liberat nisi exaltatio serpentis. Quid ad
hec dicis? Satis ne hoc est? Est vnum aliquid acutissimũ
J quod ab eis profertur. Paululũ attendite. Cum ceperint
vigeri verbis apostoli dicentis. Per vnum hominem pec-
catum intrauit in mundum: & per peccatum mors: et ita in
oẽs homines pertransiit: in quo omnes peccauerunt. Que
verba nescio quis nõ intelligat: in quib⁹ verbis nescio vtrũ
quisquam expositorem requirat: conantur respondere & di
cere: ideo dictum hoc ab apostolo quia primus peccauit
adam: & qui postea peccauerunt; illum imitando peccaue-
runt. Hoc quid est aliud: ꝙ conari tenebras aperto lumine
offendere? Peccatum per vnum hominem intrauit: et per
peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit: in
quo omnes peccauerũt. Propter imitationem dicis: quia
primus peccauit adam. Respondeo prorsus: nõ prim⁹ pec-
cauit adam. Si primum peccatorem requiris: dyabolũ vi-
de. Sed humani generis massam volens ostendere aposto
lus de origine venenata: ideo eum posuit vnde nati sumus
nõ eum quem imitati sumus. Dicitur quidem & pater tuus
quem fueris imitat⁹. Filij mei quos iterum parturio. Qui
tidem dicit. Jmitatores mei estote. Et propter ipam imi-
tationẽ dicitur impijs. Vos a patre dyabolo estis. Mã cõ-
flat hic in catholica fide: q̃ dyabolus nec generauit nostrã
naturam nec condidit: sola in illa seductio est precedentis:
imitatio consequentis. Denicꝫ quomodo dictũ est de adã
in quo omnes peccauerunt: legatur mihi alicubi: omnes in
dyabolo peccauerunt. Aliud est illo precedente & seducẽte
peccare: aliud in illo peccare. Quia ſm propaginẽ carnis
in illo eramus omnes anteꝙ nati essemus: tanꝙ in paren-
te: tanꝙ in radice ibi eram⁹: sic venenata est ista arbor ibi
eramus. Nam qꝫ ad dyabolum: hoc est principem peccati
Sap.ij. et vere primum peccatorem nõ pertinet ozigo: sed imitatio
cũ de illo scriptura loqueret. Jnuidia inqt dyaboli mors
intrauit in orbem terrarum. Jmitantur autẽ eum qui sunt
ex parte ipsius. Jmitando eũ fiunt ex parte ipsius. Nunqd
dictum est in illo peccauerũt? Cum vero de adam diceret
propter oziginem: propter posteritatem: ꝓpter propaginẽ
viscerum. Jn quo omnes inquit peccauerũt. Nam si ꝓpter
ea primus constitutus est adam qꝫ primus peccauit: tanꝙ
exẽplo sit: non in origine: vt quid tam in longinquo: post tã
prolixa tempora contra adam queritur christus? Si oẽs
peccatores ad adã propterea pertinent: qꝫ prim⁹ peccator
omnes iusti debuerunt ad abel pertinere: qꝫ primus iust⁹.
Quare christus queritur? Quia in adam damnata est ge-
neratio: in christo querit regeneratio. Proinde nemo nos
fallat. Scriptura cuidẽs est: auctoritas fundatissima est: fi
des catholicissima est. Omnis generat⁹ damnatus: nemo
liberatus nisi regeneratus. Unde & alteri versutie illoꝝ iã
vos instructi respõdete charissimi. Quãdo dicũt & paruu-
los furbãtis de peccatore peccatores nati sunt/quare non
de baptizato iã fideli cui remissa sunt oĩa peccata iusti na-
scuntur? Cito respondete: Jdeo de baptizato non iustus

nascitur: quia non eum generat vnde regeneratus est: sed
vnde generatus est. De christo dictum est. Mortificatus j.Pet.iij.
carne: viuificatus spiritu: sic de homine dici potest. Tabe-
factus carne: iustificatus spiritu. Quod nascitur de carne Joh.iij.
caro est. Queris vt de iusto iustus nascatur: cum videas iu
stum esse nisi regeneratum omnino non posse. Nec attẽdis
domini sententiam quam tuipse in ore habes. Si quis nõ Ubi.s.
renatus fuerit ex aqua et spiritu. Puto quia non hoc fa-
ctum est in concubitu. Miraris quare peccato nascatur
de semine iusti: non te delectat mirari quare oleaster nasca
tur de semine oliue? Accipe aliam similitudinem. Justum
baptizatum: pone granum purgatum. Non attendis quia
de grano purgato frumẽtum cum palea nascitur: sine qua
seminatur? Deinde cum sit in propagine natorum spirita-
lis generatio: vis vt de baptizato baptizatus nascatur: cũ
videas de circumciso non nasci circumcisum? Carnalis
est certe ista generatio: et carnalis est circumcisio: & tamen
de circumciso non nascitur circumcisus: sic ergo de bapti-
zato non potest nasci baptizatus: quia nemo renatus ante-
qꝫ natus. Aliud eorum quasi acutissimũ. Sed quid acutũ L
non obtundit scuto veritatis? Aliud dicunt: videte quale.
Si adam (inquiunt) nocet his qui non peccauerunt: ergo
& christus prodesse debet etiam his qui non crediderunt.
Videtis certe qꝫ hoc acutum sit contra veritatem audite:
quantum adiuuet veritatem. Qui enĩ hoc dicit: nihil aliꝰ
dicit: nisi christum nihil prodesse non credẽtibus. Hoc est
verum. Quis non accipiat? Quis non cõsentiat: quia chri-
stus non credentibus non prodest: credentibus prodest?
Sed dic mihi obsecro te. Paruulis baptizatis christꝰ? ali-
quid prodest: an nihil prodest? Necesse est vt dicat prodes-
se. Premitur mole matris ecclesie: forte quidẽ vellent hoc
dicere. Nam ratiocinationes eorum ad hoc videntur com
pellere: sed auctoritate reprimũtur ecclesie: ne non dicam
sputis hominum obruãtur: sed ipsorum infantium lachry-
mis tanꝙ fluuio pertrahantur. Si enim dixerint nihil pro
desse christum baptizatis infantibus: nihil aliud dicunt qꝫ
superfluo baptizantur infantes. Ut autem non superfluo
baptizentur quia hoc dicere nõ audent: prodesse christum
baptizatis infantibus confitentur. Si prodest baptizatis:
quero quibus prosit: credentibus an non credẽtibus? Eli
gant quod volunt. Si dixerint non credentibus: vbi est er
go quod calumniabaris: qꝫ christus non credentibus non
prodesse non potest? Ecce tu profiteris prodesse infantib⁹
non tamen credentibus. Ad quodlibet prodest? Non pu-
tas ad vitam eternam? Non putas ad salutem eternam?
Ad ipsum regnum celorum percipiendum? Utiꝫ prodest
christus paruulis baptizatis. Prodest ergo non credenti-
bus? Sed absit vt ego dicam non credẽtes infantes. Jam
superius disputaui: credit in altero: quia peccauit ĩ altero
dicitur credit & valet: & iter fideles baptizatos computak.
Hoc habet auctoritas matris ecclesie: hoc fundatus veri-
tatis obtinet canon: contra hoc robur: contra hunc inexpu
gnabilẽ murum quisquis arietat ipse confringitur. Ergo
prodest christus aliquid infantibus baptizatis: et sicut ego
doceo: & sicut mecum tota ecclesia dicit credentib⁹ prodest
fidelibus prodest: tu quod vis elige. Volo quidẽ vt quod
verius est eligas: vt nobiscũ dicas qꝫ credẽtibus prodest.
Sed si dixeris: nõ credẽtibus, pdest: cõtra te dixisti. Si di
xeris credentib⁹ prodest: mecum dixisti. Elige vtrum con-
tra te dicas quod falsum est: an mecũ dicas quod verũ est.
Tu enĩ pauloante dicebas christũ non credentibus nihil
prodesse: volens efficere qꝫ sic & adam non peccantib⁹ nihil
nocuit: quomodo christus non credentibus nihil prodest.
Ecce iam fateris infãtibus nõ credẽtibus baptizatis ali-
quid prodesse christũ. Sed si credentib⁹ dicis: bene dicis:
mecũ dicis: credunt & infantes. Unde credũt? Quomodo
credunt? Fide parentũ. Si fide parentũ purgantur: pecca
to parentum polluti sunt. Corpus mortis in primis paren
tibus generauit eos peccatores: spiritus vite in posteriori
bus parentibus regenerauit eos fideles. Tu vas fidem nõ
respondenti: & ego peccatum nihil agenti. Sãcti inquit de M
sanctis nasci debuerũt: qꝫ sicut dicit apostolus. Alioquin j.Cor.vij.
filij vestri immũdi essent: nunc aũt sancti sunt. Et quõ hoc
accipis. Quõ intelligis de fidelib⁹ natum ita sanctum: vt

baptizari non debeat: Quomodo libet accipias istā sancti
tatem. Multi enī modi sunt sanctitatis: ⁊ multi modi sunt
sanctificationis. Non enī omne qđ sanctificatur ad regnū
j. Timot. iiij. celorū mittitur. De esca nostra: dixit apostolus. Sanctifi-
catur per verbū dei ⁊ oratiōnē. Munquid quia esca nostra
sanctificatur non scim⁹ quo mittat: Discе ergo esse aliquē
modum: ⁊ quasi vmbraculū quoddā sanctificatiōis: quod
non sufficiat ad perceptionem salutis. Distat: ⁊ quid distet
deo notum est. Tū cum filio fideliū curratur ad baptismū
non sic errent parentes vt putent eū iam fidelem natū. Ma
tum enī possunt dicere: nō renatū. Nam vt noueris quomō
intelligas sanctificatos filios fidelium: vt modo nō querā
quia lōgum est modū sanctificationis huius: ibi ⁊ maritū
j. Cor. vij. habes infidelē: ibi habes ⁊ vxorem fidelem. Sanctificatur
inquit vir infidelis in vxore: sanctificat mulier infidelis i
fratre. Munquid qz est ibi forte modus aliquis sanctifica-
tionis: vt vir fidelis sanctificetur in vxore fideli: ideo tā se
curitatem debet accipere qm in regnū celorū intraturus est
⁊ nō baptizandus: non regenerandus: non christi sanguīe
redimēdus: Quomodo ergo sanctificatur vir infidelis in
vxore: ⁊ tamē perit nisi baptizetur: sic filij fidelium: et si ad
quendam modū sanctificati: pereunt tñ si nō fuerint bapti-
zati. Rogo vos vt paululum acquiescatis. Lego enīm.
Sanctus cyprianus est quē in man⁹ sumpsi: antiquus epi-
scopus sedis huius: quid senserit de baptismo paruulorū:
immo quid semper ecclesiam sensisse mōstrauerit paululū
accipite. Parum est enī quia isti disserunt et disputant ne
scio quas impias nouitates: ⁊ nos conam arguere qz aliqđ
nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctū cyprianū vt vi-
deatis quomodo sit intellect⁹ canonicus ⁊ catholicus sen-
sus in his verbis que pauloante tractaui. Interrogat⁹ est
Ad Gen. xvij vtrum infans baptizari debeat ante octauum diem: qz in
vetert lege non licebat circūcidi infantem nisi octauo die.
Questio inde erat nata de die baptizādi: nā de origine pec-
cati nulla erat questio: ⁊ ideo ex ea re vsi nulla erat questio
soluta est exorta questio. Sanct⁹ cyprian⁹ dixit inter cete-
ra que superius dixit. Propter quod neminē putamus ad
gratiam consequendā impigendū esse a lege que iam statu
ta est: nec spiritalem circūcisionem impediri carnali circū
cisione debere: sed oēm oīno admittendū esse ad gr̄am xp̄i
quando ⁊ petrus in actibus apostolorū loquatur et dicat.
Actuū. x. Deus mihi dixit neminem hominē cōmunem dicendum ⁊
immundū. Ceterum si hoīes impedire aliquid ad consecu
tionem gratie possit: magis adultos ⁊ puectos ⁊ maiores
natu possint impedire grauiora peccata. Porro autē etiā
grauissimis delictoribus ⁊ in dño multū ante peccātibus:
cū postea crediderūt remissio peccatoꝝ data est: et a baptismo
atq; gratia nemo prohibet: quanto magis non debet pbi-
beri infans: qui recens nat⁹ nihil peccauit: nisi q̄ fm adam
carnaliter natus contagiū mortis antiq̄ prima natiuitate
contraxit: qui ad remissa peccatorū accipienda: hoc ipo fa
cilius accedit: quod illi dimittunt non propria: sed aliena
peccata. Videte quēadmodū de hac re nihil dubitans: sol
uit illā vnde dubitabatur. Hoc de fundamēto ecclesie sup
prestit: ad confirmandū lapidē mutantem. Impetrem⁹ er-
go si possum⁹ a fratrib⁹ nostris: ne nos insuper appellēt he
reticos: quod eos talia disputantes nos appellare possim⁹
forsitan si vellem⁹: nec tamen appellamus. Sustineat eos
mater pijs viscerib⁹ sanandos: portet docēdos: ne plangat
mortuos. Nimium est quo progrediunt: multum est: vix fe
rendū est: magne patientie adhuc ferri. Non abutātur hac
patiētia ecclesie: corrigant bonū est: vt amici exhortamur:
non vt inimici litigam⁹. Detrahāt nobis: ferimus: canoni
detrahunt: veritati non detrahant. Ecclesie sancte pro re-
missione peccati originalis paruulorꝝ quotidie laborāti nō
cōtradicant. Fundata ista res est: ferend⁹ est disputator er
rans in aliis questionib⁹ non diligenter diligētis: nondum
plena ecclie auctoritate firmatis: ibi ferēdus est error: non
tantum progredi debet vt etiā fundamentū ipsum ecclesie
quatere moliatur. Nō expedit: adhuc forte nostra nō est re
prehendēda patientia: sed debemus timere ne culpe etiā
negligētia. Sufficiat charitati vestre: habete ad illos q̄ no
stis illos: habete cū illis amice: fraterne: placide: amanter:
volenter: quicq̄d potest faciat pietas: quia postea diligen-
da non erit impietas. Conuersi ad dominum.

De verbis apostoli. Nos cīn sumus circūcisio q̄ spiritui dei seruim⁹. vbi quidnam spiritu: q̄q; carne deo seruire: q̄d i carne fidere cur circūcisio octaua die fieret: quo deniq; sensu nūc impfectū modo pfectū se paulus noiet aperit. Sermo.xv.

Apostolicā lectionē aure ⁊ aio intēdat sanctitas
vestra: adiuuando nos affectu apud dīm deum
nr̄m: vt ea q̄ illic nobis reuelare dignet: ad vos
apte atq; salubriter pferre possim⁹. Ergo cū le-
geretur: audistis dicentē ap̄m paulum. Nos ei sumus cir
cūcisio q̄ spūi dei seruimus. Scio plerosq; codices habere
qui spū deo seruimus. Quantū aūt inspicere potuim⁹ plu-
res greci hoc habēt: q̄ spūi dei seruimus. Sed non ibi q̄stio
est. Manifestū est enī vtrūq; ⁊ congruū regule veritatis qz
⁊ spūi dei seruim⁹: ⁊ nō carne: sed spū deo seruimus. Carne
enī seruit deo q̄ de rebus carnalibus sperat se placere deo.
Cum vero ⁊ ipsa caro ad bona opera spūi subdit: spū seruī
mus deo: qz carnē domamus: vt spūs obtēperet deo. Spūs
enī regit: caro regit: nec spiritus bene regit: si non regatur.
Cū ergo ait. Nos sumus circūcisio: videte qđ voluerit in-
telligi in illa circūcisione q̄ in vmbra data est: significāte q̄
remota est luce veniēte. Cur aūt nō dixerit. Nos habemus
circuncisionem: sed nos sum⁹ circūcisio: Sic accipite hoc
voluisse ap̄m dicere. Nos sum⁹ iustitia. Circūcisio enī iu-
stitia est. Magis enī cōmendat cū dicit dicēdo nos esse iu-
stitiā: q̄ dicēdo nos esse iustos: ita tñ vt cū iustitiā dicit: ex
iustos intelligam⁹. Nō ei illa incōmutabilis iustitia cui⁹
pticipes facti sum⁹: sed quēadmodū ōr: magna tibi iuuent⁹
est: p multos iuuenib⁹: sic dicit iustitia vt intelligant iusti.
Audite hoc ipm euidētius: eodē dicente aplo. Et nos iu-
quit sim⁹ iustitia dei i ipo. Nos sim⁹ iustitia: nō nostre sed
dei: ab illo accepta nō a nobis assumpta: impartita nō vsur
pata: donata non rapta. Cuidā enī rapina erat esse equalis
dei: ⁊ qm̄ q̄siuit rapinā: iuenit ruinā. Dīns aūt nr̄ ihesus xp̄s
cū in forma dei esset: nō rapinā arbitrat⁹ est esse eqlis deo.
Cui ei eqlitas dei natura erat: rapina nō erat: sed tñ semet
ipm exinaniuit formā serui accipiēs: vt nos essem⁹ iustitia
dei in ipo. Si enī ille paupertatē vitaret: nos pauperes nō
carerem⁹. Pauper ei ille fact⁹ est: cū diues esset: vt illi⁹ pau-
pertate (sicut scriptū ē) nos ditaremur. Diuitie illi⁹ qđ nos
facture sunt: cui⁹ pauptas nos diuites facit: Ap̄s ergo nō
tibi negauit circūcisionē: sed exposuit: lucē ptendit vmbrā
remouit. Nos sum⁹ inq̄t circūcisio: q̄ spū deo seruimus: et
gloriamur in xp̄o iesu: ⁊ nō in carne fidētes. Reliquit quod
dā in carne fidētes: ipi erant q̄ de carnis circūcisione glo-
riabant. De quibus alio loco dicit. Quoꝝ deus uēter est:
gl̄ia i pudēdis eoꝝ. Intellige tu circūcisionē: resto circūci
sio: intellige ⁊ esto. Intellect⁹ enī bon⁹: sed oībus q̄ faciunt
eū. Nō vtiq; frustra octauo die tuit⁹ ē infans circūcidi: nisi
qz petra q̄ circūcidimur xp̄s erat. Cultellus ei petrinus cir
cūcisus est ppt̄s. Petra aūt erat xp̄s. Quare q̄ octauo die.
Qz in hebdomadib⁹ idē p̄mus q̄ octau⁹. Cōplectis enī se-
ptē dieb⁹ redit ad primū: finit⁹ septim⁹: dīns sepult⁹: redi-
tur ad primū: dīns resuscitat⁹. Dīni ei resuscitatio fm̄ litte
dies eternū dīē: ⁊ cōsecrault nobis dīnicum dīē. Qui vocat
dīnicū: ipse vidēt ppte ad dīm ptinere: qz eo die dīns resur-
rexit. Reddita est petra: circūcidant q̄ volūt dicere. Nos
ei sum⁹ circūcisio. Tradit⁹ est ei ppter pctā nr̄a: ⁊ resurre-
xit ppter iustificationē nr̄am. Justificatio tua: circūcisio
tua: nō ē a te. Gr̄a salus facti estis p fidē: ⁊ hoc nō ex vobis
sed dei donū est. Nō ex opibus: ne forte dicas. Promeruī
⁊ ideo accepi. Nō putes te pmerēdo accepisse: q̄ non pme-
reres nisi accepisses. Gr̄a ꝑcessit meritū tuū: nō gr̄a ex me-
rito: sed meritū ex gr̄a. Nā si gr̄a ex merito: emisit: nō gratis
accepisti. Pro nihilo inq̄t saluos facies illos. Quid ē pro
hilo saluos facies: Nihil i eis iuenis vñ salues: ⁊ tñ salues
Gratis das: gratis saluas. Dia merita precedis: vt dona
tua ꝙsequant merita tua. Prorsus gratis das: gratis saluas
q̄ nihil inuenis vñ salues: ⁊ multū iuenis vñ dānes. Nos q̄
inquit sum⁹ circūcisio q̄ spūi dei seruimus: ⁊ gloriamur in
xp̄o iesu. Qui gloriant in dño gloriet. Et nō in carne fide-
tes. Et quid est fidere in carne: Audite inquit. Quāq; ego
inquit habeam fiduciam ⁊ in carne. Si quis alius i carne
putat se habere fiduciam: magis ego. Me arbitremini inq̄t
me hoc condēnare quod nō habeo. Quid magnum est si hō
abiectus: plebeius: ignobilis contēnat nobilitatem: ⁊ tunc
exhibeat veram humilitatē: Quāq; ego (inquit) habeam
fiduciam ⁊ in carne. Ideo vos (inquit) doceo contemnere
quoniam videtis me habere qđ contemnam. Si quis ali⁹
in carne putat se habere fiduciā: magis ego. Et audi i car
ne fiduciam circūcisione octaui dieī: id est non proselitus
nō aduena ad populū dei: non maior circūcisus: sed a parē
tibus natus iudeus. Habeo circūcisionē octaui dieī ex ge-
nere israel: de tribu beniamin: hebreus ex hebreis: fm legē
pharisеus. Primarij quidem erant: ⁊ quasi ad nobilitatē
iudaicam segregati: nō contemptibili plebi commixti: qui
dicebantur pharisei. Nam dicitur hoc verbum quasi segre
gationem interpretari: quomodo in latina dicit egregius
quasi a grege separatus. Fuerūt aūt israelite. id ex genere
israel: etiam illi qui separati fuerāt a templo. Remāsit aūt
ad templum tribus iuda: ⁊ tribus beniamin. Trib⁹ leui in
sacerdotibus: tribus iuda regia: ⁊ tribus beniamin: hoc so
lum remansit in hierusalem: ⁊ ad templū dei: quando facta
est separatio illa i seruo salomonis. Non ergo leuiter acci-
piatis quod ait: tribus beniamin inhērēs iude: nō recedēs
a templo: hebreus ex hebreis: fm legem pharisеus: fm emu
lationem persequēs ecclesiam dei. Inter merita sua cōme-
morat q̄ fuerit persecutor: fm emulationē inq̄t. Qua emu-
latione? Nō eram (inquit) piger iudeus: quicquid erat qđ
legi mee aduersarium videbatur. Impatienter ferebā: acri
ter insequebar. Hec apud iudeos nobilitas: sed apud xp̄m
querit humilitas. Ideo ibi iste saulus: hic paulus. Saul⁹
a saule nomen uertatur. Qui fuerit saul nostis: ipi⁹ electa
est statura ꝑcer. Sic cum describit scriptura: q̄ superemi
nēs esset de omnibus quādo electus est ⁊ vngerek in regē.
Non fuit sic saulus: sed factus paulus. Paulus enī paru⁹
ideo paulus modicus. Ergo fm emulationē (inquit) per-
sequens ecclesiam. Hinc intelligant homines qualis ap̄s
iudeos fuerim: q̄ christi ecclesiā persequebar emulationez
traditionum paternarum. Addit. Scdm iustitiā q̄ in lege
est: qua fuerim sine querela. Mouit charitas vra dictos eē
sine querela: ambulasse in omnib⁹ iustificatiōibus domini
sacharium ⁊ helizabeth. In oībus (inquit scriptura) iu-
stificationib⁹ dñi ambulasse sine querela. Ecce hoc erat et
paulus noster. Quādo saulus erat: in lege sine querela am
bulabat. Et quod in eo fuit sine q̄rela: hoc de illo faciebat
magnam querelam. Quid ergo putam⁹ fratres esse sine q̄-
rela: Scdm iustitiā que in lege est esse malū est: Si malū ē
fm iustitiā q̄ in lege est eē sine q̄rela: ergo aliqđ mali ē lex.
Sed habemus eundē apostolū dicentem. Itaq; lex quidē
sancta: ⁊ mādatū sanctū ⁊ iustū ⁊ bonū. Si lex sancta ⁊ mā
datū sanctū: ⁊ iustū ⁊ bonū: fm iustitiā q̄ est ex lege sctā cō-
uersaris sine querela: quō potest nō esse bonū? Quō pōt nō
esse sanctū: An forte sanctū non est: Audiam⁹ ipsum ap̄m
quid dicat. Que mihi lucra fuerunt: hec propter christū dā
na esse duxi. Damna sua dixit: et inter damna sua cōputat:
q̄ in iustitia q̄ est in lege fuerit sine querela. Verūtū inquit
⁊ arbitror oīa damna esse propter eminētem scientiam xp̄i
Jesu dñi nostri. Attēdo (inquit) laudes meas: cōparo emi
nentie dñi nostri Jesu xp̄i. Illud sitio: hoc contēno. Pax
est hoc. Propter quē arbitror (inq̄t) oīa nō solū detrimen
ta esse: verū ⁊ stercora existimaui esse vt xp̄m lucrarem.
Questio maior exorta est. Si fm iustitiā que in lege est ver
sabaris sine querela: ⁊ hoc in detrimētis tuis: in dānis: in
stercoribus computas vt christū lucrifactas: ergo iustitia
illa a christo prohibebat? Obsecro te: exponе hoc paululū.
Deo portius dicamus vt illuminet ⁊ nos: a quo ⁊ ipe illumi
natus est qui epistolā istā scripsit nobis: nō attramēto: sed
spiritu dei viui. Videtis charissimi q̄s sit arduū: q̄s difficile
intelligere hoc: cum cōstet legem sanctam esse: ⁊ mādatum
sanctū ⁊ iustum ⁊ bonū: consteq; omnino inter fideles ca-
tholicos: ita vt nemo dissentiat nisi q̄ non vult esse catholi
cus: hanc legem nō datā nisi a domino deo nostro: fm istā
iustitiam que in lege est cōuersari sine querela: impedimē-
tum fuisse apostoli ne ventret ad christū: nec eū venisse ad
christum: nisi hoc quod fuit fm iustitiam q̄ in lege est sine
querela inter damna ⁊ detrimenta ⁊ stercora computasset.
Sequamur ergo ⁊ accedamus aliquātulū: ne forte in ipis
verbis apostoli eluceſcat nobis aliq̄d: vnde ista remoueat
⁊ soluatur obscuritas. Detrimenta (inq̄t) credidi hec oīa:
et stercora existimaui vt christum lucrifacerem. Intēdite
obsecro. Damna: detrimenta: stercora ista existimaui in q̄-
bus etiam illud commemoro q̄ fuerim sine querela fm iu-
stitiam que in lege est. Existimaui ergo hec detrimenta et
stercora vt christum lucrifaciam: ⁊ inueniar in illo: non ha
bens meam iustitiā que ex lege est. Qui preueniſtis intelle
ctu expositionē: arbitramini vos tanq̄ veloces in via cum
tardioribus ambulare. Celeritas aliquantū repimatur:
ne comes tardior deseratur. Ut christū (inquit) lucrifaciā
⁊ inueniar in illo: non habēs meam iustitiā que ex lege est.
Si meā dixerat: quare addidit ex lege: Si enī ex lege esset
quomodo tua est: Munquid tu tibi imposuisti legē? Deus
legem dedit: deus legem imposuit: deus legi sue te obtem-
perare precepit. Lex si non te doceret: quemadmodum vi-
uere deberes: quomodo posses habere iustitiā sine querela
fm legē? Si fm legem habes: quomodo dicis: non habens
meam iustitiā que ex lege est: sed eam que est per fidem xp̄i
que est a deo? Jam ergo dicā vt potero: reuelet melius qui
vos possidet. donet ⁊ intellectū ⁊ effectum. Donabit ei effe-
ctum: si donabit affectum: hoc est enī qđ volo dicere. Lege
dei ꝓposita: ipsa enī dixit. Non cōcupiscеs. Lege ergo dei
ꝓposita: exceptis illis carnalibus sacramētis q̄ fuerūt vm
bre futurorum. Lege dei proposita quisquis timuerit: et
suis viribus eam implere se posse putauerit: ⁊ fecerit quod
lex iubet: non amando iustitiā: sed tantūmodo penā: fuit q̄
dem fm iustitiā q̄ ex lege est homo sine querela: nō furatur:
non adulterat: nō dicit falsum testimoniū: non facit homi-
cidiū: non cōcupiscit rem proximi sui. Potest hoc: pōt for-
tassis. Unde? Timore pene: quāq; q̄ timore pene nō concu-
piscit: puto qz concupiscit. Terrore ingenti armoꝝ atq; te-
lorū: ⁊ circūdantis forsitan multitudinis vel obuiā cuntis
etiā leo reuocatur a pdā: ⁊ tñ leo venit: leo redit: predā non
rapuit: nō maliciam posuit. Si talis es: adhuc iustitia est:
qua iustitia tibi cōsulis ne torquearis. Quid magnū est pe
nam non timere? Quis eam nō timet? Quis latro: quis sce
leratus: quis nefarī? Sed hoc interest inter timorē tuum
timorēq; latronis: q̄ latro timet leges hoīm: tu aūt leges ei⁹
times: eius penā times quem fallere nō potes. Nam si falle
re posses: qđ nō feciſſes? Ergo ⁊ cōcupiscentiā tuā malam
nō amoꝝ tollit: sed timoꝝ ꝑmit. Ad ouile venit lupus: latra
tu canum ⁊ clamore pastorum ab ouili reuocatus est lupus.
Ipse tū lupus in ouē vertatur. Facit enī ⁊ hoc dīns: sed ip-
sa est iusticia eius: nō tua. Nā q̄diu habes tuā: potes time-
re penam: nō amare iustitiā. Ergo fratres mei: habet deli-
tias suas iniquitas: ⁊ iustitia non habet? Delectat malū: et
non delectat bonū? Delectat omnino: sed dīns dabit suavi-
B tiſ. de Geñ ad litterā xxvij. et lxxxiij. q. xlv. Per manicheos ſic loquiſ. Nūquid homo peccat? Stelle ſic poſite ſunt: neceſſe vt faciat homo peccatum. Dicit ergo per mathematicos: qr ſtella facit vt homo peccet. Nam ipe nō peccat. Si blaſphemias conuertit in deū. Creator enim ſtellarū deus eſt: vtrum nō vult hō ſe accuſare in eo qō fecit deū accuſat a quo fact⁹ eſt homo. Itē per quoſdam manicheos ita ſuggerit. Mō tu peccas gēs tenebrarū p̄ccat: tu non habes peccatū. Dicit hec aie: et erigit eā in ſuperbiā vt putet qr nō peccat. Mō eſt hoc tollere ſz geminare peccatū. Itē multi ſic cōfeſſionem peccati fugiūt: vt ipm ſathanam accuſent: ſe aūt nichil mali feciſſe dicāt. Et cū caſtigantur aliqui et ōz eis: quare hoc feciſtis? Rſidēt. Qz diabol⁹ hoc fecit. Non eſt enī vnde plus gaudeat diabolus: niſi qñ hō dicit qr ipſe faceret vt peccaret. Qñ enī dicit diabolus hoc fecit: nō ſe accuſat: et dū peccata ſua diſſimulat p̄fiteri: idulgentiā nō merek accipere. Reſpōdet ergo et dicit. Diabol⁹ hoc fecit quaſi reuera traxerit eū diabolus: aut violētia fecerit. Suadere ei et ſollicitare pōt: cogere oīno nō pt. Et tō cum per dei adiutoriū in poteſtate tua ſit vtrū conſentias diabolo: quare nō magis deo q̄ ipſi obtēperare deliberas. Si enī ſolus diabolus daret cōſilium et deus taceret: haberes quo excuſari poſſes. Cū vero xp̄s tibi et cōſcientia tua contradicat: et per ſcripturas diuinas audias in eccleſia: qr nō debeas facere malū: quare eligis mortē et deſeris vitam et magis vis ſequi diabolum ad luxuriam q̄ obtemperare xp̄o qui te inuitat ad vitā eternā? Rogo ergo vos fratres charissimi quare ſathanas ſeducit ad peccandū: cum deus poſuerit homini in poteſtate nō cōſentire ſathane? Eſt ei a dextris quodāmodo ꝓtecipiens deus: a ſiniſtris ſeducens ſathanas: hō in medio cōſtitut⁹. Cor qō inclinat ad diabolum: quare nō poti⁹ erigitur ad deū? Non enī diabolus cogendo ſed ſuadēdo nocet: nec extorquet a nobis cōſenſum ſed petit. Nos diabolum nō adiuuem⁹? et vincim⁹. Dat ḋdē ille cōſilium: ſed deo auxiliante noſtrū eſt vel eligere vel repudiare qō ſuggerit. Attendite et aliud: qñ dicit homo q̄ ſeduct⁹ eſt a ſathana: qñ dicit ſe ſeductū: confitek ex parte ſz tñ negat ſe feciſſe et dicit. Ego nihil feci: diabolus fecit. Conatus eſt dicere illō adā. Ipſe ſe ei excuſare voluit de muliere: mulier excuſare ſe voluit de ſerpente. Dñs autē deus q̄ liberū arbitriū dedit hoi: et eum ꝑcepto ſuo aduerſus ſerpentis venena firmauerat: nō audiuit iſtas excuſationes. Qz mulier ꝓpterea data erat vt doceret a viro: nō vt doceret virū. Et ſic erat cōſtituta volūtas amboꝝ: ſic erat fabricatū liberū arbitriū: vt ſi nollet p̄ſentire ſerpēti: diſcederet ſerpēs in ſua falſitate cōfuſus: et remaneret hō in dño creatore firmat⁹. Iſta ſunt mala verba q̄ dixim⁹: qr modo ſerpēs vult ſuadere excuſatiōes pctōꝝ. Tūc fecit qō nō accuſes: nō aūt vult facere qō excuſes. Det⁹ cōſitenti tāq; in aptum ſinū indulgētiā paratus erat dare: excluſas: claudis ſinū: includis peccatū: excludis indulgētiā peccati. Ecce ḋd feciſti? Mō vt tolleret pctm vt dixi iādudum: ſed intercluderet medicina pcti. Sanare te habebat de⁹ ꝑ indulgētiā ſi fatereris: queris ꝑ qđ excuſes: ſed nō querit ille qđ ꝑ te puniat. Dic ergo deuoto corde qō dixi pauloañ. Ego dixi: dñe miſerere mei. Quare ḋdidit. Ego dixi? Propt manicheos q̄ dicūt: nō tu peccas. Clama. Ego dixi dñe miſerere mei: ſana aīaz meā qm peccaui tibi. Sanat te de⁹: cōfitere tm̄ vuln⁹ tuū. Jaces ſub manibus medici: patienter

Pō. xl. D imploza auxilium: Fouet: vrit: ſecat: quanimiter tolera: ſi noli attēdere niſi vt ſaneris. Sanaberis āt ſi oſtenderis tibi dico: nō qr ille non videt ſi tu te abſcōdis: ſed ipſa cōfeſſio initium ſanitatis eſt. Emēdabit me iuſtus in miſa et arguet me: oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Quid eſt hoc? Veli⁹ eſt mihi vt qñ videt iuſtus peccatū meū emendet me: nō mihi parcat: dicat qr peccaui: ſeuiat ſi peccatum meum: vt me liberet a peccato. Videtur acerbe clamare ſed intus lenis eſt in mia. Ideo dixit. Emēdabit me iuſtus in miſa et arguet me. Qñ ergo arguit: et quando clamat: et quando iuſtus ſeuit: miſeretur: et totum illud de miſa paterna eſt non de ſeuicia inimici. Magis autē quando non vult te teneri ſub peccato: magis amat quia ſecat. Nō vult ei putredine peccati cetera mēbra tua contabeſcere: ferrū ꝓfert: ſed nolit timere: noli paueſcere: medicū eſt ferrū. Non cōtra te ferrū ferk: ſed cōtra vuln⁹ tuū. Ergo ſic ait. Emendabit me iuſt⁹ in miſa et arguet me: oleū autem peccatoris non impinguet caput meū. Quid eſt autem oleum peccatoris niſi blandimentum adulatoris? Si quis aliquem vehementer obiurget: videtur ſeuire in peccatū tra ei⁹: et libere ei dicit mala q̄ cōmiſit: et ille imitabitur fortaſſe obiurgatorem ſuū ſimul cū illo traſcitur peccato ſuo. Quare dictū eſt. Traſtimini et nolite peccare: q̄ dicitis in cordib⁹ veſtris et in cubilibus veſtris cōpungimini. Ergo dicat ille vera: fortē corrigitur: ali⁹ vero veniat ad eū et aſſentek et dicat: immolabiliter feciſti. Qñ laudak peccatorē in deſiderijs anime ſue: et qui iniqua gerit benedicitur: diffluit: letus vocatur. Quarus eſt et dicitur de eo: qr ſeruat rem ſuam. Videtur de inimico: cū dictū ſit. Dimitte vt dimittak tibi: comis vocak. Sic cōſidera cetera quēadmodū aſſentatores: adulatores habeāt verba fallacia: habeāt noia laudis: ipſa eſt vocatio peccatoris. Nos aūt audiam⁹ ꝓphetā dicentē. Populus meus qui vos felices dicunt: in errorem vos mittūt et conturbāt ſemitas pedum veſtrorum. Ergo ſi dicat aliquo libere peccatū alicuius: et ab alio palpetur ſi quotidie aliquis tertius et interrogak quid ſit factum: nōne ita ſolet reſpondere. Ille dixit ei vera et non eſt blanditus: Malā ille alter: Quid fecit: Unxit ei caput et abſceſſit. Nos fratres ſi vere ſpiritales medici ſumus: et de animarum veſtrarū remedio attentius cogitam⁹: non debemus palpere quemq̄: nec vos: nec nos. Confiteamur peccata noſtra: non excuſemus: tu feciſti: tu reus es: tu peccata tua cōfiteretibi ignoſcitur. Si aūt dicas. Non ego feci. Vbi cunq; ſibe excuſare voluerīs: peccatū tuū manet in te. Peccati reus es et non illius peccati tantūmodo quod feciſti: ſed huius etiā ſuperbie quod confiteri noluiſti. De quo peccato nos vis liberare dignetur. Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo quod ſcriptū eſt. Metardes conuerti ad deum: neq; differas de die in diē. Homelia. xiij.

Fratres charissimi per ꝓphetā dicit: Adliuim⁹ tem deum. Metardes conuerti ad deū: neq; differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius et in tempore vīdicte diſperdet te. Promiſit enim tibi: qm quo die ꝑuerſus fueris: obliuiſcitur mala tua ꝓterita: ſed nunq; vitam craſtini diei promiſit tibi. An forte ab tibi illam promiſit deus: et promiſit illam tibi mathematice? vt damnet te et illum? Deus diem mortis incertum ſalubriter conſtituit. Diem vltimum ſuum qui ſcz ſalubriter cogitet. Miſericordia dei eſt: quia neſcit homo quando moritur. Latet vltim⁹ dies: vt obſeruētur omnes dies. Sed tenet te mundus: illecebre circunquaq; blandiūtur: delectat te pecūie magnitudo: delectat honoris fulgor: delectat pōtēte terror. Delectant iſta: ſed audiak apoſtolus. Nihil intulimus in hūc mundū: ſed nec offerre quid poſſumus. Debet te q̄rere debet: non ipſum tu. Debes enim in loco humiliori diſcumbere: vt qui te inuitauit faciat te ad honoratiorem locum aſcendere. Si aūt noluerit: vbi recumbis mecum deduca. Quia nihil huc intuliſti in hunc mundum. Parā eſt tibi: qr de aliēo māducas? Diſcūbe vbicūq; et māduca. Dicitur? es de meo. Audi apl̄m. Nihil intulim⁹ in hūc mūdū. Et mundū veniſti: plenā meſam inueniſti. Sed vīt eſt terra et plenitudo ei⁹. Nā q̄ volunt (inq̄t) diuites fieri. Mō dixit

diuites ſunt: ſed q̄ volūt diuites fieri. Cupiditates accuſant: non facultates. Qui volunt diuites fieri incidūt in tentationem et deſideria multa et noxia: que mergūt homies in interitū et ꝑditionē. Pecunia delectat: iſta non times? Bona res eſt pecunia: bona res eſt magna pecunia. Incidunt in tētationes: nō times? In deſideria multa incidūt ſtulta et noxia: nō times? Deſideria q̄ ducunt time. Quid ē quo ducunt? Que mergūt inq̄t hoies in interitum et perditionē. Et adhuc ſurdus es? Interitū et ꝑditionē nō times? Sic de⁹ tonat: et ſtertis. Letex his certis q̄ iā diuites ſunt adhuc cōſiliū dedit apl̄s. Precipe inq̄t diuitib⁹ huius mūdi nō ſuperbe ſapere. Termis diuitiarū ſuperbia eſt. Diffidi nō ſuperbe ſapere. Termis diuitiarū ſuperbia eſt. Diffidile eſt vt nō ſit ſuperbus qui dives eſt. Tolle ſuperbiā diuitie nō nocebūt. Sz attēde qd ide facere debeas: ne vacet apud te qō largitus eſt deus. Non ſuperbe ſapere. Iſta vitia tolle: neq; ſpera in incerto diuitiaꝝ. Tolle et ḃ vitiū. Cū abſtuleris iſta: exerce opa bona. Qui diuites ſunt iquit in operib⁹ bonis nō ſperēt in icerto diuitiarū. Sz vbi ſperēt? In deū viuū qui preſtat nobis oīa abunḋāter ad fruendū. Mundū pſtat de⁹ pauperi: pſtat et diuiti. Nūḋq qr dives ē duos ventres impletur? eſt? Attendite et videte: qñ de datis dei pauperes ſaturati dormiunt. Qui paſcit vos: paſcit illos ꝑ vos. Ergo non amek pecunia: ſed ſi iā habek hoc in de fiat. Diuites q̄ illā habetis eſtote. Sed vbi diuites? In operib⁹ bonis. Facile inquit tribuant: cōmunicent. Vbi iā auaricia cōtrahit ſe qñ audit. Facile tribuant: cōmunicēt velut aqua frigida pfundit: rigeſcit: ſtringit ſinū et dicit. Non perdo labores meos. Infelix perdere vis labores tuos? Ecce mozieris: et q̄ nihil huc attuliſti: nihil hinc potes auferre. Cū nihil abſtuleris: nonne perdidiſti oēs labores tuos? Audi ergo conſiliū dei. Nolo terrearis: qr dixit. Facile tribuāt: cōmunicent. Audi et quod ſequit: expecta: noli cōtra me claudere oſtium: nec aditū cordis tui. Expecta. Vis noſſe. Facile tribuant: cōmunicēt qr nō perdes: et hoc ſolū nō perdes? Theſaurizent inq̄t ſibi fundamentū bonū in futuro: vt apphendāt verā vitā. Iſta ergo q̄ te delectat falſa vita eſt: quaſi in ſomnis bicviuis. Si quaſi in ſomnis bic viuis euigilatur? es qñ mozieris et nihil habes i manibus tuis inuenire. Quomodo ſi mendic⁹ dormiat et in ſomnis illi veniat hereditas: nihil illi feliciꝰ anteq̄ ſurgat. Videriſe in ſomnis tractare mantbus veſtes egregias: ꝑciosa vaſa aurea et argentea: intrare in amenissima et ampliſſima media: obſequi ſibi magnas facultates. Euigilat et plorat. Et quō vigilās accuſat hoiem qui illū expoliauit: ſic illū accuſat q̄ illū excitauit. Apertiſſime hinc locut⁹ ē pſalm⁹. Dormierūt inquit ſomnū ſuū et nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manib⁹ ſuis: poſtea q̄z finierunt ſomnū ſuum. Qz ergo nihil attuliſti: nihil hīc ablatur⁹es. Mitte ſurſum qō inueniſti et nō perditur⁹es. Da xp̄o: xp̄s eni hic voluit accipere. Da xp̄o et perdis? Non perdis. Si commēdas ſeruo tuo qō acquiſiſti et non perdis: cōmendas dño tuo et ꝑdis? Si cōmendas ſeruo tuo qō acquiſiſti et nō perdis: perdes ſi commendes dño tuo qō accepiſti ab ipo dño tuo? Egere dic voluit xp̄us ſed ꝓpter nos. Oēs paupes quos videtis: potuit illos xp̄s paſcere quō ꝑ coruū helyā pauit: tñ et ipſi helye ſubtraxit coruū vt a vidua paſcerek: nō helye pſtitit ſed vidue. Qñ ergo deus pauperes facit: qr ipſe non vult vt ipſi habeant: qñ facit pauperes probat diuites. Sic ei ſcriptum eſt. Pauper et diues occurrerūt ſibi. Vbi ſibi occurrerunt? In hac vita. Natus eſt ille: natus et ille. Inuenerūt ſe occurrerunt ſibi. Et quid fecit aūt ambobus dñs? Diuitem vnde pauperē adiuuaret: pauperē vnde diuitē probaret. Pro viribus ſuis vnuſq̄ſq; faciat. Nō ſic faciat: vt ipſe patiat anguſtias. Nō hoc dicim⁹. Superflua tua neceſſaria ſunt alijs. Audiſtis modo cū euāgeliū legeret. Quicūq; ve derit calicē aque frigide vni ex minimis meis ꝓpter me nō perdet mercedē ſuā. Regnū celoꝝ venale ꝓpoſuit: et pretiū ei⁹ calicē aque frigide eſſe voluit. Sed qñ eſt pauper q̄ facit elemoſynas: tūc debēt elemoſyne ei⁹ eē calix aq̄ frigide. Qui pl̄ḃz: plus faciat. Vidua illa de duob⁹ minutis ſe cit. Zache⁹ dimidiū rerū ſuarū vedit: et ad reddēdas fraudes ſuas: aliud dimidiū reſeruauit. Elemoſyne illis ꝑſūt q̄ vitam mutauerūt. Das enī xp̄o egenti: vt peccata tua redimaꝝ ꝓterita. Nam ſi ideo illi das vt liceat tibi ſemp im-

punc peccare: nō xp̄m paſcis: ſz iudicē coꝛrīpere conaris. Ergo ad ḃ facite elemoſynas: vt vbe oꝛones exaudiant et adiuuet vos de⁹ ad vitā in melt? cōmutandā. Et q̄ cōmutatis eādē vitā i melt? ꝓmurate: vt ꝑ elemoſynas et oꝛones deleant mala vīa ꝓterita et futura bōa veniāt ſempiterna.

De eo qō dñs ait in euāgelio. Capillus de capite veſtro nō peribit. Homelia. xiiij. In qua de patientia multa interſerit: necnon mia.

Luc. xxj. A Omin⁹ nr̄ ieſus xp̄s: teſtib⁹? i. martyrib⁹ ſuis ꝑ hūana fragilitate ſollicitis ne forte eū cōfitendo atq; moziēdo peritēt magnā ſecuritatē dedit dicens. Capill⁹ de capite vr̄o nō peribit. Times q̄ ne pereas: cuius capill⁹ nō peribit? Si ſic cuſtodiunt ſuperflua tua: in quanta ſecuritate eſt aīa tua? Non perit capill⁹ q̄ cū tūdēt nō ſentis: et perit aīa p quā ſentis? Sane multa dura eos paſſuros eſſe ꝓdixit: vt ꝓdicendo faceret paratio res: diceretq; illi. Paratū cor meū. Quid ē ꝑatū cor meū: niſi parata volūtas mea? Parata q̄ hīt martyrio volūtatē in martyrio: ſed ꝓparak volūtas a dño. In vīa patiētia poſſidebitis vīas aīas. In vīa patiētia: inq̄t. Mō eni eſſet patiētia tua: ſi nō ibi eſſet et volūtas tua. In vīa patiētia: ſz vñ vīa? Rīm eſt qō a nobis habek: nīm ē et qō donak. Quō ei aliq̄d donas: niſi vt ei⁹ ſit cui donas? Apta ē enī illa confeſſio. Rōne deo ſubijciek aīa mea: ab ipo ei ē patiētia mea. Dicam⁹ illi et nos. Patiētia mea ab ipo ē. Vnū fecit donādo: niſi ingrat⁹ eſſe ſibi aſſignādo. Rōne in oꝛone dūica dicim⁹ et nr̄m eſt qō a deo ē? Quotidie dicim⁹. Panē nr̄m q̄tidianū. Jā dixiſti: noſtrū: et dicis: da nobis. Ecce nr̄m: ecce da nobis. Illo dante fit noſtrū: ſi illo dāte fit nr̄m: nobis ſupblētib⁹ fit alienū. Dicis nr̄m: et dicis da nobis. Quid ḡ tibi aſſignas: qō nō tibi ipe dediſti? Quid ei habes qō non accepiſti? Noſtrū: et da nobis. Agnoſce largitorē: confitere te accipere: vt libēter ille dignek dare. Quid ſi nō egeres q̄ mēdicas et ſupbus es? An nō mendicas q̄ panē petis? Panis nr̄ eter⁹ xp̄s in patris equalitate. Panis nr̄ quotidianus: xp̄s in carne eter⁹ ſine tpe: quotidian⁹ in tpe. Tū ipe ē panis q̄ de celo deſcēdit. Fortes ſunt martyres: firmi ſūt martyres ſed panis ꝑfirmat cor hois. Nunc ḡ audiamus paulū apl̄m dicentē: cū paſſioni appropiquaret: de corona ſibi parata ꝓſumentē. Bonū inquit certamē certaui: curſū cōſummaui: fidē ſeruaui. De cetero ſupeſt mihi corona iuſtitie: quā reddet mihi dñs in illa die iuſt⁹ iudex. Nō ſolū aūt mihi ſed et oībus q̄ diligūt manifeſtationē ei⁹. Reddet inq̄t mihi dñs coronā iuſt⁹ iudex. Dz ḡ. Qui reddet? Reddet ḡ iuſtus iudex. Nō ei ope iſpecto pōt negare mercedē: q̄ op⁹ inſpicit. Bonū certamē certaui: op⁹ ē. Curſū conſummaui: op⁹ eſt. Fidē ſeruaui: op⁹ eſt. Supeſt mihi corona iuſtitie: merces ē: ſz i mercede tu nihil agis: in ope nō ſol⁹ agis. Corona tibi eſt ab ipſo: op⁹ aūt abs te: ſed nō niſi ipo adiuuāte. Cū aūt paulus apl̄s ꝑus ſaulus crudeliſſim⁹ eſſet et immaniſſim⁹ ꝑſecutor: nihil oīno boni merebak: imo merebak plurimū malū. Merebat ei dāari: nō eligi. Et ecce ſubito cū mala faceret: et mala mereret: vna celeſti voce ꝑſternit. Perſecutor deijcit: ꝑdicator erigit. Audi eū ḃ ipm cōfitentē. Qui ꝑus fuit blaſphem⁹ et ꝑſecutor et iniuriosus: ſz miam cōſecut⁹ ſum. Rūḋq ibi dixit. Reddet mihi iuſt⁹ iudex: Miam inq̄t ꝑſecut⁹ ſum: mala merebar: bona accepi. Nō ſm pctā nr̄a fecit nobis. Miam ꝑſecut⁹ ſū. Debita mihi nō ſunt reddita. Si ei debita redderēt: ſuppliciū redderet. Nō inq̄t accepi qō debebak. Miam cōſecut⁹ ſum. Non ſm pctā nr̄a fecit nobis. Quātū diſtat oriēs ab occaſu: longe fecit a nob iniq̄tates nr̄as: Quantū diſtat oriēs ab occidēte: auertere ab occidēte: quertere ad oriētē. Occidūt ibi pctā: oriſ ide iuſtitia. In occidēte vet⁹? i occidēte neu⁹ In occidēte ſaul⁹? i oriēte paul⁹. Vīñ ḃ ſaulo: vñ ḃ crudeli: vñ ḃ ꝑſecutori: vñ ḃ nō paſtori? Jā eni lupus rapax de tribu benjamin: Jā dicit. Dictū aūt erat i ꝓphetia. Benjamin lupus rapax: mane rapit predā et ad veſperā diuidit eſcas. Mane? ꝓſūpſit: poſteri⁹ paſcit. Rapiebat prozſus: rapiebat. Legite rapiebat: legite libū actuū apl̄oꝝ. Litteras a pōtificibus accipiebat: vt quoſcūq; inuenirēt ſectātes viā xp̄i: vinctos adduceret puniendos. Jbat: ſeuiebat: cedes et ſanguinē anhelabat. Ecce rapit: ſed adhuc mane ē. Vanitas

Deu. xxj. Luc. xxj. Pō. lvj. Luc. xxj. Pō. lxj. Mat. vj. j. Cor. iiij. Pō. cij. Deu. xxiij. Gen. xlix. Pō. ciij. B ij. Thim. iij. De gra et li. ar. xvij. Joh. vj. j. Thim. j. ij. Thim. iij. C

sub sole est. Fit ei vespera qñ cecitate percutitur. Ecce vn⁹ homo saulus ꝛ paulus: persecutor in occidēte: pdicator in oriente. Oculi ei⁹ ad huius mundi vanitatem clauduntur alij interiores illuminant. Mas pauloante pditionis: diuisiones escarū eius quotidie recēsantur. Vide quēadmodū diuidat escas. Rouit qd cui congruat. Diuidit nō passim nō cōfuse erogat. Diuidit: hoc est distribuit: distinguit non passim: nō cōfuse ꝙ dispensat: loquitur sapiētia inter perfectos. Quibusdā vero nō valentibus capere solidū cibū: vi
j.Cor.iij. uidēs dicit. Lac vobis potū dedi. Ecce hoc facit ꝙ paulo
j.Cor.iij. ante faciebat. Quid? Rolo recordari. Immo recorder hominis nequitiā: vt approbē dei miam. A quo patiebat xp̄us: patiꝫ ꝓ xp̄o. Fit vero paulus ex saulo. Qui spergebat colligit: qui oppugnabat defēdit. Vnde hoc saulo? Quid dica-
j.Thim.j. mus? Jp̄m audiamus. Queritis inqt vñ h̄ mihi? Miam
Ps̄. cxv. psecutus sum. Nō est inquit mihi hoc a me. Misericordiā psecutus sum. Quid retribuā dño ꝓ oīb⁹ q̄ retribuit mihi. Retribuit enī sed nō mala pro malis. Retribuit plane: sed nō mala ꝑ malis. Retribuit bona ꝑ malis. Quid ergo ego retribuā? Calicē salutaꝛ accipiā. Certe retribuebas. Vt adhuc accipis. Ad h̄ accepi. Sed modo plane ꝓpinquāte passione retribuā bona ꝑ bonis: non bona ꝑ malis. Qui⁹ ergo dñs debebat mala ꝑ malis: noluit aūt retribuere mala ꝑ malis: ꝛ retribuit bona ꝑ malis. Retribuēdo bona ꝑ malis: iuenit quō retribueret bona ꝑ bonis. Ecce ei i paulo prius saulo nihil boni inuenit. Cū in illo nihil boni iuenisset: mala dimisit: bona retribuit. Cū ergo iquis bona retribuit: inuenit se dādo bona quib⁹ retribueret bona. Ecce
tij.Thim. retribuit mercedē his bonis: operibus bonis. Bonū certa
tiij. men certanti: cursum ꝓsummanti: fidē seruāti: retribuit bona. Sed quib⁹ bonis? Que ipe dedit. An non ipse dedit: vt bonum certamen certares? Si nō ipe dedit: quid est quod
j.Cor.xv. alio loco dicis. Plus illis oīb⁹ laborauī? Non aūt ego sed gratia dei mecū. Ecce iterꝫ dicis. Cursum ꝓsummaui. Nō ꝛ ipse dedit: vt cursum cōsummares? Si nō ipse dedit: vt cursum cōsummares: quid est quod alio loco dicis. Nō
Rom.ix. volentis neq; currētis: sed miserētis est dei? Fidē seruaui. Seruasti? Agnosco: ꝛ probo. Fateor seruasti. Sed nisi dñs
Psalm. custodierit ciuitatē: inuanū vigilat qui custodit eam. Ab
cxxvj. illo ergo ipo adiuuante: ipsoq; donante: ꝛ bonū agonē certasti: ꝛ cursum cōsummasti: ꝛ fidem seruasti. Da veniā apostole: propria tua non noui nisi mala. Da veniam apostole. Dicimus: qz tu docuisti. Audio confitentē non inuenio ingratum. Prorsus tua a te tibi parata nō nouim⁹ nisi mala. Cum ergo de⁹ coronat merita tua: nihil coronat nisi dona sua. Hanc fidē ꝛ veram pietatē: ne quis extollat de libero arbitrio in bonis operib⁹: quisquis sic acciꝑat vt nouerit dantē: aut quisqs datori nō sit ingratus: medico non superbiat: vel insan⁹ adhuc vel nō a se sanus. Hanc iquā fidem suam atq; pietatē nulle argumentationes euellāt de cordi
j.Cor.xiij. bus vestris. Seruate qd̄ accepistis. Quid enī habetis qd̄ non accepistis. Hoc est deo cōfiteri: dicere quod ait ap̄s. Nos aūt nō spiritū huius mūdi accepim⁹. Spirit⁹ huius mūdi facit supbos: spūs huius mundi facit inflatos: spūs huius mūdi facit vt putet se quisq; aliquid esse: cū nihil sit.
D Sz qd ait ap̄s ꝫ spm̄ hui⁹ mūdi inflatū: supbū: tumidū: ela-
j.Cor.ij. tū nō solidū: Quid ait? Nos nō spm̄ hui⁹ mūdi accepim⁹: sed spm̄ q̄ ex deo est. Vnde ꝓbas vt sciamus q̄ a deo dona-
Joh.xv. ta sunt nobis? Audiam⁹ ergo dñm dicentē. Sine me nihil
Joh.xix. potestis facere. Et illud. Nemo habet q̄cq; nisi ei datū fue-
Joh.vj. rit desup. Et nemo venit ad me: nisi pr̄ q̄ misit me traxerit
Joh.xv. eū. Et illū. Ego sū vitis: vos palmites. Sicut palmes nō pōt facere fructū a semetipo nisi mānserit in vite: sic nec vos nisi in me mūseritis. Et illū qd̄ iacob⁹ ap̄s ꝓtestat dicēs.
Jacobi.j. Oē datū bonū: ꝛ oē donū pfectū desurs̄ū est: descēdēs a pre
j.Cor.iiij luminū. Et qd̄ ap̄s paul⁹ ad repmēdā p̄sumptionē illorū q̄ de libero arbitrio gloriant: clamat ꝛ dicit. Quid hēs qd̄ nō accepisti. Si aūt accepisti: quid gloriaꝛ quare nō acceEphe.ij. peris. Et illud. Gratia salui facti sumus ꝑ fidē: et h̄ non exPhil.ij. nobis. Dei enī donū est vt ne quis extollatur. Et illud. Vo
Thi.j. bis donatū est pro xp̄o: non solū vt in eū credatis: sed etiā vt ꝓ ipso patiamini. Et illud. Deus q̄ cepit in vobis opus bonū pficiet. Nec ergo ꝛ his similia diligenter ac fideliter cogitantes: nō acquiescam⁹ eis qui liberū arbitrium in superbiam extollentes: precipitare magis q̄ eleuare conant. Sed humiliter considerem⁹ illud qd̄ apostolus dicit. Deus qui operatur in vobis ꝛ velle ꝛ pficere. Gratias agam⁹ domino ac saluatori nostro: q; nos nullis precedentibus meritis vulneratos curauit: ꝛ inimicos recōciliauit: ꝛ de captiuitate redemit: de tenebris ad lucē reduxit: de morte ad vitā reuocauit: ꝛ hūiliter cōfitentes fragilitatē nostrā illius miam depcemur: vt qz nos ꝫm psalmistā: mia sua ꝓuenit: dignet in nobis nō solū custodire: sed etiā augere munera vel bñficia sua q̄ ipse dignatus est dare. Qui cū patre ꝛ spō sancto viuit ꝛ regnat deus in secula seculorum. Amen.

De modo quo nos inuicē diligere debeamus. Homelia.xv.

QUaliter nos inuicē diligere debeamus fres charissimi mei: etiam de sanitate vel infirmitate mēbroꝝ corporaliū possumus euidēter agnoscere. Si enī sic nos amare voluerim⁹: quomodo se inuicem amant mēbra corporis nostri: perfecta i nobis charitas poterit custodiri. Considerate ꝛ videte qd fiat in nobis carnaliter: qñ sanū est caput: quomodo cōgaudent oīa mēbra: ꝛ placent sibi de illis singulis cetera mēbra. Econtrario aūt qñ aliquid mali patimur vnū mēbrū: cōpatiunt oīa membra. Ecce spinā calcat pes. Quid tā longe ab oculis q̄ pes. Lōge est loco: ꝓrim⁹ charitatis effectu. Modicum pūgit spina: ꝛ perparuum locū tenet in pede: vide qd illuc conuertunt oīa membra. Primo ipa spina dolui icuat se: ꝛ deponūt se oīa mēbra. Nunquid oculi cessant quere? Nūqd aures cessant audire? Forte alij q̄dāt vbi sit dicunt: ecce ibi est: statim hoc audiunt aures: ꝛ sequunt cōsilium: ibi ꝛ oculi querūt: ꝛ manus operant: ꝛ vt dixi totum corpus illuc incuruat: ꝛ nihil vacat i hoīe ad subueniēdū. Et solū in pede factū est vulnus: ꝛ totū qd̄ est in homine operat. Nunquid oia puncta sunt? Attendite. Nunqd oia dolent? Sana est man⁹: sani sunt oculi: sanum est caput: sana alia mēbra: ipse pes sanus est: ibi tm̄ dolet vbi punctus est. Non est ergo cōmunis calamitas oibus: sed p cōpassionē charitatis oīa veniunt ad subueniendū: ꝛ oīa volāt succurrere. Vt impleat qd̄ ait apostolus. Si patiꝫ vnū membrū cōpatiunt oīa membra: ꝛ si glorificat vnū mēbrum: cōgaudent oīa membra. Quid ergo? Nescio quis habet donum dei in virtutib⁹: nō habeas tu: noli inuidere ne precidaꝛ de corpe. Videte fratres: q̄ inuidet: sic est quō tabes: quō vulnus quō apostema. Non vis cōgaudere glorificato. Videt in te inuidie morbum celestis ille medicus: ꝛ precidet te de corpe. Nolī ergo inuidere. Sed qd̄ facis. Gaude. Noli dicere in alio tuo. Ego si xp̄ianꝰ essem: vtiq; ꝛ ad deū pertinerem: possem facere qd̄ alius facit. Tale est enī ac si diceret auris. Ego si ad corp⁹ pertinerē: possem videre lunā ꝛ solē ꝛ non illud habet tñ nec auris nec manus: sed faciūt singula qd̄ possunt ꝛ cū concordia seruiunt sibi inuicē oīa membra. Sic ergo ꝛ tu congaude illi cui deus aliquā gratiā dedit: ꝛ potes in illo qd̄ in te nō potes. Ille habet forte virginitatē: ama illū ꝛ tua est. Iterū tu habes maiorē patientiā diligat te ꝛ tua est. Ille pōt satis vigilare: si nō inuidet ei studiū eius. Tu forte potes ampli⁹ ieiunare: si amat te: suū est ieiunū tuum. Hoc ideo qz illo tu es. Per proprietatem enī non es tu: per charitatem tu es. Cōsiderate fres ꝛ videte exemplū dñi nr̄i q̄ nos peregrinos fecit: ꝛ iussit vt per charitatis viam currendo veniam⁹ ad celestem ciuitatē. Nunqd aliquis potest dicere: qz egrotauit h̄ dominus? Quid est ergo qd̄ ait Jnfirm⁹ fui ꝛ nō visitastis me: Quid nisi qd̄ ipsi confitent: qñ te vidim⁹ esurientē aut sitientem: aut nudū: aut infirmū: aut in carcere: ꝛ nō ministrauim⁹ tibi. Et ille cuius sedeat in celo: tñ ꝓpatiēs mēbris laborātibus: qz caput est mēbroꝝ et vniuersi corpis: qñ vni inde exminimis meis nō fecistis: nec mihi fecistis. Jā certe erat i celo qñ paulū ex psecutore fecit p̄dicatorē. Pā miserꝛ eī ꝛ ico porās eū vniuerso corpi suo dixit ℞ celo. Saule saule qd̄ me psequeris? Nunqd ḡ ipm psequebat in celo? Quid ē qd̄ me psequeris? Persequebat saul⁹ xp̄ianos: nūqd xp̄m q̄ sedebat i celo? Sz qz ipe erat i xp̄ianis: ꝓpatiēs mēbris o bus: vt verū esset i ipo qd̄ ait. Si patiꝫ vnū mēbrum cōpatiunt oīa mēbra. Quid ait? Saule saule qd̄ me psequeris

Certe iam in celo sum: tñ quādo minimos meos persequeris me persequeris. Jn ipsis mēbris meis adhuc ego persecutionē patior. Et illud attendite fratres: qđ etiā nos aliquoties facimus. Attendite in populo qñ statur: ꝛ est alicui coartatio: si alter alterū calcet: ligua dicit: calcas me. Nūquid ipa calcata est. Quid est ergo qđ sonat: calcas me? Si ꝛ ille respōdeat: libera es o lingua: in ore tuo vocem habes. Ego si calcaui: pedē calcaui. Sz calcas me charitas dicit. Ego si calcaui: pedē calcaui. Sz calcas me charitas dicit. Calcas me cōpassio vnitatis ꝛ vinculū societatis dicit. Sicut ergo dicere ceperā: cognoscāt oēs inuidi q̄ de alienis etiam si inimici eoꝝ sint tribulationibus gaudēt: qz mēbra sunt putrefacta abscissa ꝛ mortua: ꝛ ideo nō habent sensum ꝛ cū discedūt ab alijs mēbris nō sentiēt: qz sine sensu erūt. Sēsus noster fres vna fides est: vna charitas: vna sanitas est. Teneam⁹ fidē tanq̄ sensum: teneamus charitatē tanq̄ sanitatē. Et cuius diuersa mēbra diuersa munera habent: tñ charitatis vnitate tenenť: et oīa merenť ire post caput. Caput enī in celo est: nos hic laborem⁹: et inuicem onera nostra portem⁹. Quo ei iuit caput: cetera mēbra itura sūt. Certe audistis qđ paulo ante dictū est: dñm clamasse de celo. Saule saule quid me persequeris? Rogo vos fratres: si dñs e saluator noster q̄ nullū peccatū habuit: tanto affectu nos peccatores amare dignať vt qđ nos patimur se pati testet quare nos qui sine peccato nō sumus: ꝛ qui peccata nostra p charitatem redimere possumus: nō tam pfecto amore diligim⁹? vt si quid mali alius ptulerit charitatis affectu cōpatiamur: ꝛ si qđ boni alī⁹ acceperit: quasi nosipsi accipiamus ita gaudeam⁹? ꝛ p illo q̄ accepit deo gras referamus? Ecce iam (vt dictū ē) patiť aliqs aut tribulationē aut dānum. Si doles pro illo: in corpore ecclesie constitutus es: si nō doles pcisus es. Charitas enī q̄ colligit ꝛ viuificat oīa ecclesie mēbra: si te viderit de alterius ruina gaudere: statim te pcidet a corpe. Et forte iam ideo nō doles qz pcisus es. Si ei ibi esses: sine dubio doleres. Considerate fratres ꝛ diligenter attendite: qz tādiu dolet membrū q̄diu in corpore continet. Si aūt abscissum fuerit: nec dolere poterit nec sentire. Cū enī man⁹ aut aliud mēbrū fuerit abscissum a corpe: si totū corp⁹ poste a multis partib⁹ diuidať: manus illa nō sentit: qz iam a reliquoꝝ membroꝝ societate diuisa est atq; dissuncta. Talis est christian⁹ qui de alteri⁹ aut dānis aut afflictionib⁹ aut etiā morte: nō solū nō dolet: sed qđ peius est forte etiam gaudet. Et qz iam est alienus a corpe: ideo affectū charitatis nō tenet in corde. Nos vero si verā ꝛ pfectā charitatē volum⁹ custodire: oēs sicut nosmetipos studeamus diligere: vt qz caput nostrū xp̄us est: ꝛ membra illius nos esse meruim⁹: cum xp̄s apparuerit gloria nostra etiā ꝛ nos p concordiā charitatis quasi vera ꝛ pfecta membra illi⁹ absq; vllo dolo malicie vel inuidie oēs boīes sicut nosmetipsos amātes: cū ipo apparere mereamur in gl̄ia.

De resurrectione domini et cantatione Alleluya. Homelia.xvj.

RESurrectio ꝛ glorificatio dñi nostri iesu xp̄i fratres charissimi ostendit nobis vitā quā acceptu ri sumus cum venerit retribuere digna dignis: mala malis: bona bonis. Et modo qdē mali homines cantare nobiscū possunt alleluya. Si aūt in malicia sua pseuerauerint: canticū vite nostre future labijs dicere possunt: ipsam vero vitā q̄ tunc erit in ea veritate que nunc significatur obtinere nō possunt: qz noluerunt meditari an tea venīret: ꝛ tenere quod futurum erat. Huc ergo fratres charissimi exhortamur vos vt laudetis deum: ꝛ hoc est qđ nos oēs dicim⁹: qñ dicim⁹ alleluya: laudate deū. Dicis tu alteri: dicit ipse tibi. Cum se oēs exhortanť: oēs faciunt qđ hortanť. Sed laudate de totis votis. i. vt non sola lingua vestra ꝛ vox laudet deū: sed ꝛ conscientia vīa: vita vīa: facta vestra. Et enī laudamus modo in ecclesia: qñ cōgregamur. Cū quisq; discedit ad ꝓpria: qñ cessat laudare deum. Non cesset bñ viuere: ꝛ semp laudat deū. Tunc desinis laudare deum quādo a iustitia ꝛ ab eo qđ illi placet declinas. Nā si a vita bona nūq̄ declines: lingua tua tacet: vita tua clamat: et aures dei ad cor tuum. Quomodo enī aures nostre ad voces nostras: sic aures dei ad cogitationes nr̄as. Non potest autem fieri vt habeat mala facta: q̄ habet cogitationes bonas. Facta em̄ de cogitatione proceduńt. Nec quisq; potest aliquid facere: aut ad aliqđ factū dū membra mouere: nisi primo pcesserit iussio cogitatiōis. Quomodo de interiori palatio quicquid iusserit imperator: p imperiū romanū, emanat: quicqđ videtis agi per prouincias: quantus motus fit ad vnā iussionem imperatoris intus sedētis mouet ille solū labia cum loquitur: ꝛ mouet oīs prouincia cum fit quod loquitur. Sic ꝛ in vno quoq; nostrum int⁹ est imperator in corde: sed ꝛ si bonus bona iubet ꝛ bona fiunt: si malus mala iubet: ꝛ mala fiūt. Cum ibi sedet xp̄s: qđ pōt iubere nisi bona? Cū possidet diabol⁹: quid pōt iubere nisi mala? Jn tuo aūt arbitrio deus posuit: cui pares locum: deo an diabolo. Cum parueris: q̄ possidebit ipse imperabit. Ergo fratres nō tātum ad sonū attendite cū laudatis deū toti laudate. Cantet vox: cātet vita: cantent facta. Et si est adhuc gemitus: tentatio: tribulatio: spera transitoria omnia: ꝛ illum venturum diem in quo sine defectu laudabimus. Interim donec veniat ille dies: in quo cōiuncti angelis deū sine vlla fatigatione ꝛ sine vllo fine laudare mereamur: vt ad illud ineffabile gaudium venire possimus: quātum possumus bonis operibus studeam⁹ insistere: ꝛ quotidie consciētias nostras intus aspiciētes: si aliquid in stola aīe nostre aut per negligētiam dissuntum: aut p luxuriā sordidatū: aut p tractidiā cōbustū: aut per inuidiā cōscissum: aut p auariciā tenebrosum esse cognoscimus: dum adhuc in potestate nostra ē: cū dei adiutorio festinem⁹ vulnerata curare: repare pdita: ꝛ ad cādorem iustitie ea q̄ obscurata fuerant reuocare. Ne forte si bonis operib⁹ nudi: ꝛ vitiorū pānis sordentib⁹ inuoluti: ante tribunal eterni iudicis venerimus: illa ad nos terribilis sentētia dirigať. Discedite Mat.xxv
a me maledicti in ignē eternū: q̄ parat⁹ est diabolo et angelis ei⁹. Et ideo quantū possum⁹ fruct⁹ iustitie studeamus afferre: timentes illud qđ dñs dixit. Omnis arbor que non Mat.iij.
facit fructū bonū excidet ꝛ in ignē mittet. Hec sentētia eui denter ostendit: qz nō solū malum feciſſe: sed etiā bonū non egisse: dānabile erit. Et ideo ista q̄ dixim⁹ attentis cordib⁹ iugiter cogitem⁹: ne nos tarde poeniteat sub ꝓspectu ignis eterni: q̄ interrogabit medullas: ossa ꝛ cogitationes nr̄as. Qñ tūc vnusq̄sq; punēdus optabit ne vnq̄ mulierē alte nam ꝓcupiscet: ne vnq̄ corporis sui vestē: ne vnq̄ baptismi holocaustū maculasset: ne vnq̄ ꝓteriſſet cōsilia ꝛ monita sacerdotū. Nam si sacerdotib⁹ grāde periculū ē aliena pctā nō arguere: quāto periculosius erit ꝓpria noluisse corrigere. Atq; ea nō solum non emendasse: verūetiam defendisse ꝛ defendendo accumulasse. Et tō expiatura erit illic inexti- E
guibilis cōcrematio: q̄cqd h̄ medicabilis satisfactio: q̄cqd hic salutifera dissimulauerat sanare puersio. Ardens enim
Mat.xxiij inferni pute⁹ aperiet: descensus erit: reditus nō erit. Illic fidei vestre nuditati: ꝛ capitaliter mortui: in ꝓpetū demergent: eiciēdi i tenebras exteriores vbi nō visitabit etern⁹. Jn tenebras ex tenebris infeliciter exclusi: infelici⁹ includendi. De hoc puteo propheta orat atq; cōmemorat. Neq; ps.lxviij.
obsorbeat me ꝓfundū: neq; vrgeat sup me puteus os suū. Jdeo aūt dixit. Neq; vrgeat super me pute⁹ os suū: qz cum sine penitētie remedio infelices peccatores exceperit: claudetur sursum: aperiet deorsum: ac dilatabitur in ꝓfundū. Nullum spiramen: nullus liber angelitus: clausſtris desup augētibus relinquet. Detrudentur illuc valedicentes rerum nature vltra nescienť a deo q̄ deū scire noluerūt: morituri vite: ꝛ morti sine fine victuri. Felices q̄ nunc bene viuētes facultatib⁹ vel corpori suo necessarijs ptēti ꝛ de suo largi: in se castī: in alios nō cruenti: ab hui⁹ putei ꝓfundi flāmea nocte se redimūt. Hec pena illos manebit q̄ amisso ꝛ nō reparato p penitētiā baptismo: ineternū peribunt. Ad quos
Mat.iij dr. Paleas aūt cōburet igni inextinguibili. Qui vero q̄ te- D
poralib⁹ penis digna gesserūt: de qb⁹ ap̄s dixit. Si cuius j.Cor.iij.
opus arserit detrimentū patiet: ipse autē saluus erit: sic tñ quasi per ignē: ꝓ fluuiū igneū de quo prophetic⁹ sermo cōmemorat. Et fluui⁹ igne⁹ currebat ante eum: per fluuium igneū ꝛ vada feruētib⁹ globis boręda transibunt. Quāta fuerit peccati materia: tanta ꝛ pertranseūdi mora. Quātū exegerit culpa: tm̄ sibi ex hoie vendicabit q̄da flāme rationabilis disciplina. Et q̄tū stulta iniqtas suggesserit: tm̄ sapiēs pēa dseuerit. Et qz ꝫmo diuin⁹ q̄dā loco ence olle alias

Ezech. xxiiij. peccatrice cōparat dicens. Pone illā super prunas vacuā donec cōcalescat ea et eius ⁊ oe ⁊ stagnū eius defluat: illic sermones ociosi ⁊ cogitationes inique vel sordide: illic multitudo leuium peccatoꝝ: que puritatem nobilis nature infecerant exundabūt: illic stagnū vel plumbū diuersoꝝ subrepētium delictoꝝ: que diuinam imaginē obscurauerāt ꝓsumētur: q̄ oīa hic ab aia separari p elemosynas ⁊ lachrymas cōpendiosa trāsactione potuissent. Ecce sic exigere habet ab homine rationē: qui seipsum ꝓ homine dedit: ⁊ confixus clauis: legis morti se tradidit. Que cum ita sint dilectissimi: intelligam⁹ q̄ effugere intoleranda supplicia: ⁊ incendia eterna nō poterūt: nisi q̄ prius in se ignē carnalis concupiscentie ac multimode cupiditatis extinxerint. Et ideo fres charissimi cōuertam⁹ nos ad meliora: dū in nra sunt potestate remedia. Curram⁹ dū lucem habem⁹: ne pretereuntia salutis tpa negligamus. Hinc extingamus mortem moriendo peccatis: hic vitam vite meritis comparemus.

Ephe. vj. ¶ De eo quod apostolus dicit. Pax fratribus ⁊ charitas cū fide magna. Homelia. xvij. In qua de pace: charitate ac fide specialiter tractat.

A Ephe. ij. SCōm vasis electionis confessionē atq; doctrinā q̄m fides mīe dei donū est: lectionibus canticis: sermonibus diuinis: ⁊ quod est precipuū gra sua edificet dns coꝛ vr̄m: vt quod verū auditis: non audiatis ad iudiciū sed ad premiū. Faciet hoc: q̄m qui ꝓmisit potens est ⁊ facere: ita credidit abraā dās gliam deo. Rom. iiij. Gal. iiij. Gen. xxj. Rom. iiij Dn̄ ⁊ plenissime credēs: q̄m q̄ ꝓmisit potēs ē et facere: magnum nostrū gaudiū nobis ꝓmisit: abrae nos ꝓmissionis filij sum⁹. Dn̄ enī dictū est abrae. In semine tuo bn̄dicent oēs gētes: nos ꝓmissi sum⁹. Ergo ipe nos fecit fidei filios abrae: q̄ potens est facere qō misit. Nemo dicat. Ego feci. Non enī ꝓmittit deus: ⁊ facis tu. Potest aūt recte dici: q̄ promittis tu: facit deus. Tu enī infirmus es: tu oipotēs nō es. Dn̄ enī promittis nisi faciat deus: inanis est ꝓmissio tua. Dei aūt ꝓmissio nō pēdet ex te sed ex illo. Sed ego inquis: credidi. Cōcedo. Verū dicis. Tu credidisti: sed nō tibi tu fidē dedisti. Unde aūt credidisti: nisi ex fide? Fides i te donū dei ē. Audi aplm ipsum fidei disputatorē: ⁊ gratie magnū defensorē: audi eū dicentē. Pax fratribus ⁊ charitas cum fide magna. Tria dixit. Pax: charitas: fides. A fine cepit: ad initiū terminauit. Initiū est enī in fide: finis i pace: q̄ enī credim⁹ ipa est fides. Sed fides debet eē xpianorum: nō demoniorꝝ. Nā sicut dicit Jacobus apl's. Et demones credūt ⁊ cōtremiscūt. Et demones dixerūt christo. Tu es filius dei. Cōfitebant demōes: qō nō credebāt hoies. Ephe. vj. Jacob. ij. War. iij. Illi tremuerūt: illi occiderūt. Quid ei? Dixerūt demones. Tu es filius dei: scim⁹ q̄ sis: ideo regeneraturi sunt cū filio dei? Absit. Discernenda est ḡ fides demonū a fide sanctorū. Plane discernēda vigilāter ⁊ diligēter. Nā ⁊ petr⁹ hoc dixit dño dicenti. Quem me eē dicitis? Tu es xps filius dei viui. Et dns. Beatus es symon bariona. O dne hoc tibi dixerunt ⁊ demones. Quare ipi nō sunt btī? Quare? Quia demones hoc dixerūt timore: petrus amore: ideo initiū est a fide. Sed quali fide? Quam definiuit apl's. Neq; circumcisio aliquid valet: neq; preputiū: sed fides. Dic que fides? Que p dilectionem operat. Hanc demones nō habent fidē q̄ per dilectionē operatur: sed soli serui dei: soli sancti dei: soli fide filij abrae: soli filij dilectiōis: filij ꝓmissionis. Ideo est ⁊ charitas dicta. Tria illa dicta sunt ab apl'o. Pax fribus ⁊ charitas cū fide. Uñ pax et charitas? Uñ charitas cū fide? Si eī nō credas: nō amas. Dixit ḡ apl's sic ꝛcipies a fine: ⁊ venies ad initiū. Pax: charitas cū fide. Hos dicamus. Fides: charitas: pax. Crede: ama: regna. Si ei credis ⁊ nō amas adhuc nō discreuisti fidē tuā ab eis: q̄ tremebāt et dicebant. Scimus q̄ tu filius dei vini. Ergo tu ama: q̄ charitas cū fide ipsa te perducit ad pacē. Qua pacem. Vera pacē: plenam pacē: solidam pacē: securam pacē. Ubi nulla pestis: null⁹ hostis. Ipa pax est finis oīm desideriorꝝ bonorꝝ. Charitas cū fide: ⁊ si sic dicas: bn̄ dicis: fides cum charitate. Magna ḡ bona ꝓmeruit apl's. Pax fribus ⁊ charitas cū fide. Magna bona. Sz dicat: vñ bōa ista: vñ sunt: a nobis an a deo? Si dicis a nobis: in te gliaris nō in deo. Si aūt didicisti: qō ait ipe apl's. Et q̄ gloriat: in dño gloriet ꝓfitere pacē: charitatē cū fide: nō tibi esse nisi a deo. Sz rides mihi. Tu ḃ dicis: pba quod dicis. Probo: ipse apl's testē vocabo. Ecce hētis. Apl's dicit. Pax fribus et charitas cū fide. Ipe dixit. Quid ipe dixit? Uñ? Sequit. Pax fribus ⁊ charitas cū fide: a deo pre nr̄o ⁊ dño iesu xpo. Quid ḡ habes qō nō accepisti? Si aūt accepisti: qd gliaris q̄si nō accepis? Nō sic gloriat⁹ ē abrae? Ex fide gloriat⁹ ē. Que ē fides plena ⁊ pfecta? Que credit ex deo ee oia bona nr̄a ⁊ ipam fidē. Iterū dicit apl's. Miam consecutus sum. O confessio. Nō ait miam consecutus sum: q̄ fidelis eram sed vt fidelis essem miam cōsecutus sum. Uenisti ad eū primo: dia: videam⁹ saulū seuientē: spectemus furentē: spectemus odia anhelantē: sanguinēq; sitientē. Spectem⁹ fratres eū magnum spectaculū. Ecce post stephani nec: post effusū testis dei lapidib⁹ sanguinē. Ubi vestimēta fuabat lapidantiū vt in eoꝝ etiā manibus lapidaret: tunc dispersi sunt fratres q̄ erant hierosolymis cōgregati: ⁊ ille seuiens cui parui erat vidisse ⁊ fudisse sanguinē stephani: accepit litteras a pncipib⁹ sacerdotū vt iret damascū: et quoscūq; ibi inueniret xpianos victos adduceret. Et ibat. Nec pauli via erat: cui⁹ via nondū erat xps: adhuc saul: nōdū paulus. Ibat. Quid habebat in corde? Quid nisi malū. Date mihi merita ei⁹. Si merita q̄ris: dānatiōis sunt nō liberationis. Ibat ergo seuire in mēbra xpi: ibat sanguinē fundere: ibat lup⁹ pastoꝛ futurus. Sitiebat. Nō ei poterat aliter ire ad illa ꝓpter q̄ ibat. Et cū sic ambulabat cogitabat: ambulabat cedes: producit pedes ei⁹ ira: mouet mēbra odiū dum pgit ⁊ ambulat: obtēperat mācipiū crudelitati: ⁊ ecce vox ō celo. Saule saule: qd me pseq̄ris? Ecce ḡre dixit. Miam cōsecut⁹ sum. Ut fidelis essem? Erat infidelis: parū ēerat in ipsa infidelitate crudelis: sed miam ꝓsecutus est vt fidelis esset. Quis dictur⁹ est deo dicēti: ḃ volo. Ergo dne ille q̄ tāta fecit: tāta mala in sctōs tuos facere cupiebat. Tali eū mia dignū existimas? Hoc volo. An oculi tu? nequā est bon⁹ sum? Habete fidē: sed vt habeatis fidē: orate fide. Sz orare fide nō potestis: nisi fidē habeatis. Nō ei orat nisi fides. Quō ei inuocabūt in quē nō crediderūt? Aut quō credent ei quē nō audierūt? Quō aūt audiēt sine ꝓdicante? Aut quō ꝓdicabūt si nō mittant? Ideo loqmur: q̄ missi sumus. Audite nos: audite illū p nos. Ergo ait aliq̄s. Jmocam⁹ deū: vt det nobis pseuerare in his bonis q̄ habem⁹ ⁊ addere bona q̄ nō habem⁹. Preceptit ḡ fides q̄ rogat. Cerete totū dat de⁹. Ut ei daret mihi rogaui vt rogarē: ꝓpe credidi. Ergo mihi dedi qō credidi: ⁊ de⁹ dedit qō credēdo oraui. Soluat q̄stio. Nō enī parua est. Hoc te video loqui ꝓpter dedisti aliq̄d eo vt cetera daret tibi. Dedisti ꝓpter illi fidem tuā ⁊ orationē tuā: ⁊ vbi est qō ait apl's. Quis enī cognouit sensum dñi: aut q̄s cōsiliarius ei⁹ fuit. Aut q̄s prior dedit ei: ⁊ retribuet illi? Ecce q̄lis vis esse? Ergo prior dedisti deo: ⁊ hoc dedisti q̄ tibi nō dedit de⁹? Inuenisti vt dares? Nō mendice vnde habuisti. Ergo vñ dares aliq̄d habuisti? Quid ei habes qō nō accepisti? Ergo de dei dat deo? Ex eo qō tibi dedit: a te accepit? Nā mendicitas tua nisi ꝓr dedisset: inanissima remaneret. Audite vñ hoc cadenti? ꝓbetis. Ecce vos q̄ credidistis ⁊ accepistis. Quid dicimus de his q̄ nondū crediderūt: q̄les erant? Saulus q̄ nondum crediderat: aut accepit vt crederet: posset q̄ credidit xpo: tunc cepit inuocare xpm. Ab illo accepit vt crederet: ⁊ credēdo iuocaret: inuocādo cetera acciperet. Quid putam⁹ fratres? Saulus a q̄ crederet: orabant ꝓ illo qui crediderāt an nō orabāt? Dicat mihi: si nō ꝓ illo orabāt quare dixit stephan⁹. Dne ne statuas illis ḃ delictū? Sustinebatur ꝛ ꝓ illo: ⁊ ꝓ aliis ifidelib⁹ vt crederēt. Ecce nōdū habebāt fidē: ⁊ oīonibus fidelibus accipiebāt fidē. Nōdū habebāt qō deo offerrēt: q̄ nōdum erant miam consecuti: vt fideles essent. Deniq; postea q̄ saul⁹ iste cōuersus ē ad vocē eius ⁊ leuat⁹ est. Eius persecutoꝛ: leuatus predicatoꝛ. Postea q̄ cepit euangelizare fidē quā aliq̄n vastabat: q̄d de se dixit? Erā aūt ignot⁹ facie ecclesijs iudee q̄ sunt in xpo: tm̄ aūt audiebāt q̄ is q̄ aliq̄n nos pseq̄bat: nūc euangelizat fidē quā aliq̄n vastabat: et in me magnificabant deū. Nūq̄d dixit. Et i me magnificabāt me: ⁊ i me q̄ cuāgelizabā fidē quā aliq̄n vastabā: nō me magnificauerūt sed deū? Ergo ipe fecit vt saulus deposita tunica veteris pelli

nos: credib⁹ sanguineā vt [illegible]ita ista tunica: acciperet tunicam humilitatis: ⁊ fieret [illegible]aulo paul⁹. Quid est paul⁹? Minimus. Ego ei sum minim⁹ apostolorū. Ecce quid est paulus? Paulus em̄ latine modicū est. Sic loquimur qñ dicim⁹. Post paulū video te. Paulo post facio illō. Quid est paulopost? Modico post. Post paulum post modicū. Quid est paulus? Q̄ modic⁹: modic⁹: q̄ nouissimus. Ego em̄ sum inquit nouissimus apostolorū: qui nō sum dign⁹ vocari apostolus: q̄ psecutus sum ecclesiam dei. Bene dicis vnde debuisti damnari: ab eo accepisti: vnde debeas cognouisti damnari. A quo accepit: vultis audire? Nolite me: ipsum audiam. Nō sum inquit dign⁹ vocari [illegible]s: q̄ persecutus sum ecclesiam dei. Sed gratia dei sum quod sum. Ergo quod eras: iniq̄tate tua eras: q̄d es: gratia dei es. Et gratia eius inquit in me vacua non fuit. Ecce euāgelizat fidem quam aliq̄n vastabat: nec gratia ipsa vacat i illo q̄ ait. Jn me vacua nō fuit: sed plus oibus illis labozaui. Obserua: erigere te cepisti. Ubi es paule? Certe modic⁹ eras. Plus oibus illis laborauī. Dic vnde: Quid em̄ habes quod nō accepisti? Statim respexit. Et cum dixisset. Plus oibus illis laborauī: quasi erpauit ad verba sua: ⁊ mox subiecit se humilem paulum. Nō aūt ego sed gratia dei mecū. Ergo fres mei: vt noueritis et iā fidē a dño deo eē nobis: orate ꝓ illis qui nondū crediderūt. Si quis forte habet amicū infidelē moneo illū vt oret ꝓ illo. Uere opus est vt ego illū moneā. Maritus xpianus est: vxoꝛ infidelis est: nō orat ꝓ vxore sua vt credat? Vxoꝛ est christiana: maritus ifidelis est: nō orat mulier religiosa ꝓ marito suo vt credat? Uñ hic orat qui orat: q̄d orat: nisi vt deus det illi fidē? Ergo donū dei ē fides. Nemo se extollat: nemo sibi arroget: quasi sibi aliq̄d debuerit. Qui gloriatur in domino glorietur.

¶ De eo quod in Esaia scriptum est. Frāge esurienti panem tuū: ⁊ egenos vagosq; induc in domum tuū. Homelia. xviij. In qua primo ad bona opa faciēda nos hortatur dum tps habemus.

B Dominus de⁹ noster nolens nostrū aliquē perire: excolens ecclesiaz suā velut agrū suum: querens fructū de arboꝛib⁹ suis anteq̄ tēpus securis adueniat: cum necesse erit infructuosas arbores amputare: nō cessat admonere nos: vt cū tempus nobis est cū dei adiutoꝛio i nostra potestate pstitit: bona opa faciam⁹. Cum enī transierit tempus bene operandi: non restat nisi recipiendi. Nemo tibi dicitur? ē post resurrectionē mortuoꝝ in regno dei. Frange esurienti panē tuū: ⁊ egenos vagosq; induc in domū tuā: q̄ nō iuenies esurientē nec egentē. Nemo dicitur? ē. Uestī nudū vbi oīm tunica imortalitas erit. Nemo dicitur? est. Suscipe peregrinū: vbi oēs in pria sumus. Nā modo sumus inde peregrini. Nemo dicet. Uisita egrū: vbi est sanitas sempiterna. Nemo dicet. Sepeli mortuū: vbi moꝛs moꝛiet. Jsta oīa pietatis officia in vita eterna necessaria nō erunt: vbi sola pax erit: ⁊ leticia sempiterna. Jn isto aūt tpe vt nouerim⁹ quantū nobis cōmēdat de⁹ opa mie: etiā ipsos suos sanctos egere fecit: vt cū fiunt ḃ amici de māmona iniq̄tatis: ⁊ recipiāt ipi amicos suos i eterna tabernacula. i. cū serui dei pij: dū iugiter deo vacāt: aliquottiens indigent: illi q̄ habent mūdi diuitias elemosynas largiant. Quomodo eis ꝓticipes faciūt in terrena substātia: sic cū illis ptē hēre merebunt i vita eterna. Hoc dixit ꝓpter lectionē regnoꝝ quā ꝓmo audiuim⁹. Nunq̄d de⁹ decernerat pascere seruū suū helyā? Nōne illi q̄ deerāt boies alites ministrabāt? Nōne illi panē offerebat coꝛu⁹ mane: ⁊ ad vesperā carnes. Ostendit ḡ deus: q̄ vñ voluerit: quō voluerit pascere suos suos pōt. Et tñ vt posset cū religiosa vidua pascere: fecit eū egere. Egestas aie sctē in abundantiā ē aīe religiose. Nō poterat helyas de mīa dei dare sibi q̄ lagūcule dedit. Uidet; nēpe ⁊ manifestū est: q̄ aliq̄n fuit dei ideo nō habēt: vt ꝓbent q̄ habēt. Et tñ illa vidua nihil habebat q̄ illi reliquū erat finitū fuerat ⁊ cū suis filijs moritura. Processit ḡ vt faceret sibi panē. Collegerat duo ligna: ⁊ tunc eā vidit helyas. Tūc eā hō dei videbat q̄n illa duo ligna querebat. Mulier illa typū gerebat ecclesie: ⁊ q̄ duo ligna crucē faciūt: querebat moꝛitura: vñ semp esset victura. Rubrato ḡ mysterio helyas loq̄t ad eā q̄ audiuit narrat illa dispositionē suā moꝛiturā se dicit eū cōsummauerit q̄ remansit. Ubi est ḡ quod dns dixerat helye: vade in sarepta sydonie: ibi ei mādaui vidue vt pascat te. Videtis quēadmodū mandet deus nō in aure: sed in corde. Nūquid legim⁹? q̄ missus est aliquis ꝓpheta ad illā mulierē ⁊ dictū est ei. Hec dicit dns: veturus est ad te esuriens seru⁹ meus: ex eo quod habes ministra illi: inopiā noli metuere: ego supplebo q̄ dederis. Hoc ei dictū non legimus. Nec hoc legimus q̄ in somnis ad eā missus fuerit angelus. et pnūciauerit helyā esurientē esse veturū: aut de illo pascēdo aliquis mulierē illam admonerit. Sed mādat de⁹ miris modis: qui in cogitationib⁹ loquitur. Dicimus mandasse deū loquendo in corde: suggerendo quod opus erat: psuadendo q̄ vtile erat rationali aie vidue mulieris. Sic ēt in ꝓphetis legim⁹: q̄ dns mandauerit vermi vt roderet radicē cucurbite. Quid est mandauit: nisi coꝛ pparauit. Inspiratione itaq; dñi: vidua illa mulier coꝛ pparatū habebat ad obediendū. Talis venerat: talis cū helya loq̄bat. Qui erat in helya vt ꝓciperet: ipe erat in vidua vt obediret. Tanta de inquit: michi ꝓus fac de egestate tua: nō deficiēt diuitie tue. Patrimoniū enī vidue modicum erat farine: et modicum olei. Hoc modicū nō defecit. Quis habet talē viduā? Libenter vtdua seruū dei esurientē pascebat: q̄ pr̄imonium ei⁹ in conclaui pendebat. Quid felicius hac pauptate? Si hic talia recepit: qualia in fine sperabit. Ideo ḃ dixi vt seminationis nr̄e mercedē: nō isto tpe q̄ seminam⁹ sperem⁹. Hic enī bonoꝝ operū messem cū labore serimus: sed in futuro fructus illius cū gaudio colligemus: sm illud qō scriptum est. Euntes ibant ⁊ flebāt: mittētes semina sua. Venientes aūt venient cum exultatione portātes manipulos suos. Illud em̄ ꝓ signo factū est: non ꝓ dono. Nā si vidua illa q̄ pauit boiem dei hic recepit: nō est magnum qō seminauit: q̄ non magnā segetē messuit. Tēpozale est enim quod accepit: nō deficientem farinā: nec diminutū oleum: quousq; daret de⁹ pluuiā sup terrā: ac sic tunc magis cepit egere qñ dignat⁹ est de⁹ pluere. Tunc enī laboratura erat expectatura agri fructus collectura. Qñ em̄ non pluebat: victus eius facile ueniebat. Signum hoc ipm qō deus illi ad paucos dies prestiterat: signū erit future vite: vbi merces nr̄a deficere nesciet: vbi farina nr̄a de⁹ erit. Quō illa pillos nō defecit dies: sic ille dies nō deficiet in eternū. Talē mercedē sperem⁹ qñ bona facim⁹: ne forte aliquis vestrum tentet tali cogitatione vt dicat. Pascam aliquē seruorum dei esurientē: vt lagena mea nō deficiat: ⁊ ī cupa mea semp vinū inueniā. Moli ḃ hic q̄rere. Semina secur⁹: messis tua seri⁹ veniet: tardi⁹ veniet: sed cū venerit finē nō habebit.

Jone. iiij

¶ De exhortatione ad elemosynas faciendas. Homelia. xix.

videā: ego videre volo et vidēdo credere: nō antecedendo. Dicat ꝑpheta. Nisi crediderit⁹ nō intelligetis. Ascēdere vis et gđ⁹ obliuiscēris. Utiq; puerse hō si iā tibi possem ostēdere q̄ videres: nō hortarer vt crederes. Ergo fides ē: sicut alibi diffinitū est: sperantiū substātia: ꝓfectio rer⁹ q̄ nō vident. Si nō vident: q̄nō ꝓfingunt q̄ sūt: Uñ enī sūt ista q̄ video nisi ex illo qđ nō video: Utiq; vides aliqđ vt credas aliqđ et ex eo qđ vides credas qđ nō vides. Ne sis ingrat⁹ ei q̄ te fecit videre vñ possis credere qđ nōdū potes videre. Dedit tibi de⁹ oculos in corꝑe: rōnē in corde: excita rōnē cordis erige iteriorē habitatorē interiox oculox tuox: assum at fenestras suas: ispiciat creatorā dei. Est enī aliq̄s int⁹ qui p oculos videat. Mā q̄ aliq̄s in me cogitas auersio interi⁹ habitatore: q̄ sunt ante oculos tuos nō vides. Fenestre ei frustra patēt q̄ nō p eas attēdit absens est. Mō g̃ oculi videāt: sz quidā p oculos videt: erige illū/ excita illū. Mō enī denegatū est tibi: rōnale aīal te de⁹ fecit: ꝓposuit te pecoribus: ad imaginē suā te formauit. Siccine vti oculis debes vt pecus tñ vt videas qđ addas vērū: nō menti: Erige ergo rōnalē aspectū: vtere oculis vt homo: itēde celū et terrā: oznemēta celi/ fecūditatē ꝛre/ volat⁹ aūlū/ natat⁹ ꝑ scīū: vim seminū/ ordinē tēpox. Jntēde facta et q̄re facto. Aspice q̄ vides: et q̄re quā nō vides. Credē i eū quē nō vides ꝑpter ista q̄ vides. Et ne fmōe meo te exortatū putes: aplm audi dicētē.

Esa. vij.

Rom. j.

Jnuisibilia enī dei a creatura mundi ꝑ ea q̄ facta sunt ꝓspiciūt⁹ postꝓbeas ista nec attēdebas vt hō sz vt aīal irrōnale. Clamault ad te ꝑpheta et frustra clamault. Nolite eē sicut equ⁹ et mul⁹ q̄b⁹ nō est itellect⁹. Videbas et ista et postponebas: Quotidiana miracula dei nō factilitate sz assiduitate viluerāt. Quid ei difficili⁹ cognitione q̄ vt nascat hō q̄ nō erat: moriēdo discedat in secreta q̄ erat: nascēdo ꝓcedat in publica q̄ nō erat: Quid tā mirabile: q̄d tā difficile cognitu: Deo aūt facile factu. Mirare ista: exꝑgisce/ isolita nosti mirari: maiora sunt q̄ videre ꝓsueuisti. Mirari sūt homines dñm deū nr̄m ihesū xp̄m de q̄nq; panib⁹ saginasse tot milia: et nō mirāt ꝑ pauca grana iplert segetib⁹ eras. Que aq̄ erat vinū factū: viderūt hoies et obstupuerūt: q̄d aliud fit de pluuia ꝑ radicē vitis: Ipse illa fecit: ipse ista. Illa vt pascar: ista vt mirer⁹. Sed vtraq; mirāda sunt: q̄ opa dei sunt. Videt hō insolita et mirat. Uñ est ipe hō q̄ mirat vbi erat/ vñ ꝓcessit/ vñ forma corporis: vñ mēbrox distinctio/ vñ habit⁹: iste speciosus: de q̄b⁹ ꝓmoditis: de q̄ ꝓpt⁹ itellibilibus: et mirat alia cū sit ipse mirator magnū miraculū: Uñ ergo ista q̄ videt nisi ex illo qđ non videt: Sed vt dicere cepērā: qz tibi ista viluerāt: venit ipse ad faciēda insolita vt et ipis solitis agnoscer⁹ artifex tuū. Uenit ille cui dictū est. Jnnoua signa. Cui dictū est. Mirifica misericordias tuas. Largiebat enī eas: largiebat et nēo mirabat. Uenit q̄ paruus ad paruos: vēit medic⁹ ad egrotos q̄ poterat vēire cū vellet: redire cū vellet: facere q̄cq̄ vellet: iudicare vt vellet Et hoc qđ vellet ipa iusticia est: et qđ ille vult iqua ipsa iusticia est. Mō enī iniquū est qđ ille vult: aut equū pōt eē qđ nō vult. Uenit suscitare mortuū mirātib⁹: reddere luci hominē q̄ erat i luce: q̄ ītidie q̄ nō erāt ꝓducit ad lucē. Fecit ista et ꝓpt⁹ est a mīſ: ꝓ nō q̄ magna faceret; sz q̄ ꝑparū: tāq; dicētib⁹ apud se. Ista diuīa sunt: sz iste hō est. Duo ergo videst: diuīa et hoiem. Si diuīa non pñt fieri nisi a deo: vide ne i hoie lateat de⁹. Attēde inquā q̄ vides: crede q̄ nō vides: nō te deseruit q̄ vocauit vt credas: q̄uis luberet te illud credere qđ non potes videre: nō tū te dimisit nihil videntē vñ possis credere qđ nō vides. Parua ne signa: parua ne iditia sūt creatorꝭ ipa creatura: Uēit etiā fecit miracula: nō poteras videre deū: poteras hoiem: de⁹ fact⁹ est hō vt i vno tibi eēt et qđ videres et qđ crederes. In ꝓncipio erat verbū et verbū erat apud deū: et de⁹ erat ✠ bū. Audis et nōdū vides. Ecce vēit: ecce nasc̄t: ecce de femia ꝓcedit q̄ fec masculū et femina. Qui fecit masculū et femina nō est fact⁹ ꝑ masculū et femina. Contēptur⁹ enī eras forte qui nasceretur: nō contēnis quomodo nasceret: qz semper erat anteq̄ nasceret. Ecce inquā assumpsit corpus: induit⁹ est carne: ꝓcessit ex vtero. Jam ne vides: iam inquam vides carnē: interrogo: sed carnē ostendo: vides aliqđ et non vides aliquid. Ecce in ipso partu: ecce iā duo sunt: et qđ videas et qđ nō videas: sz vt ꝑ ipm qđ vides credas qđ nō vi

Joh. j.

1. Pet. j.

Ecclī. xxxvj.

Pō. cvj.

Universidad de Deusto Biblioteca

des. Cōtēnere ceperas:q; vides q̄ natus est: crede qō non vides:q; de ẏgie natus. Quātulus est inq̄t q̄ natus est:sed quāt⁹ est q̄ de virgine natus est. Et ille q̄ de virgine natus est miraculū tpale tibi attulit:non est nat⁹ de pre:scz de patre hoīe:z nat⁹ est de carne. Sed nō tibi videat impossibile q; nat⁹ est p solā matrē qui fecit hoīem āte prem z matrē.

Pō.xvij. Attulit ergo tibi tpale miraculū:vt tu cū queras z mirer∫ eternū. Etenī ipse q̄ tanq̄ sponsus ꝓcessit de thalamo suo: de vtero scz virginali vbi sctē nuptie facte sunt ẋbō z caro attulit inquā miraculū tpale:sed ipse est eternus:ipe est pa

Joh.j. tri coetern⁹:ipse est qui i p̄ncipio erat verbū:z verbū erat apud deū:z deus erat ẋbō. Fecit tibi vnde sanareris vt videre posses qō nō videbas. Quod ꝓtēnis in xpo nondū est ꝓtēplatio sanat:sz medicamentū egroti. Noli festinare ad visionē sanoẏ. Angeli vidēt:angeli gaudēt:angeli pascuntur z viuūt:nec deficit vñ pascunt:nec minuitur esca ipsoẏ. In sublimib⁹ thronis:in partib⁹ celoẏ:i his q̄ supza celos sūt videt verbū ab āgelis z gaudet:z māducat z pmanet.

pō.lxxvij. Sz vt panē āgeloẏ māducaret hō:vīs āgeloẏ fact⁹ est hō.
E Hec est salus nr̄a:medicina infirmoẏ:cibus sanoẏ. Et lo

Joh.v. quebat hoib⁹ z videbat qō audistis. Nō potest fili⁹ a se facere q̄cq̄:nisi qō viderit pr̄em faciētē. Jam ne putam⁹ est aliq̄s qui intelligat:iam ne putam⁹ est aliquis in quo pfi:cit collyriū carnis ad ituēdū vtcūq; splendoꝛē diuinitat∫. Locut⁹ est:loquamur et nos:ille q; verbū/ nos q; ẋbo. Quare aūt nos vtcūq; de verbo:Quia ad silitudinē verbi p verbū. Quātū ergo capim⁹:quātum illi⁹ ineffabilitatis participes esse possum⁹:loquamur z nos:nec ꝓtradicat no

Pō.cxv. bis. Preceſſit enī fides nr̄a vt vīcam⁹. Credidi ꝓpter qō locut⁹ sum. Loquoꝛ ḡ qō credo vtrū etiā vtcūq; videoꝛ ille magi videt:hoc videre vos nō potestis. Sz cū dixero:q̄ videt qō dico siue credat z me videre qō dixi:siue nō credat q̄d ad me illud:sincerit videat z de me qō vult credat. Nō potest fili⁹ a se facere q̄cq̄ nisi qō viderit patrē facientem. Hic arrianoꝛ errꝛ exurgit:sed exurgit vt cadat:q; nō humiliat vt surgat. Quid est qō te mouit? Filiū mioꝛē vis dicere. Audisti enī. Non pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em facientē. Minoꝛē vis ex hoc filiū dici. Noui ꝑ nouī hoc te mouit:crede minoꝛē nō esse/videre nōdum potes crede hoc est qō paulo ante dicebā. Sz quomō inquies cō tra ẋba ipsi⁹ creditur⁹ sum? Ipse dicit. Nō pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄ nisi qō viderit patrē facientem. Attēde et qō sequit. Quecūq; enī facit pr̄ eadē z fili⁹ facit:nō dixit talia. Paulū attēdat charitas vr̄a ne vobismetipis strepitū faciatis. Tranqllo corde opⁿ est pia z deuota fide:intētiōe religiosa. Nō in me vasculū:sed i illū attēdite qui panē ponit in vasculo. Attēdite ergo paululū. In his enī q̄ supra dixi mus hortātes ad fidē vt animⁱ indut⁹ fide sit ītellectu capax:ea q̄ dicta sunt festina leta facilia sonuerunt: exhilarauerunt mētes vestras:secuti estis:intellexistis q̄ dixi. Que vero dictur⁹ sum spero aliquos intellecturos:vereoꝛ tñ nō omnes intellecturos. Et q; de⁹ nobis ꝓposuit p lectionē euangelij vñ vīcam⁹:nec vitare possum⁹ qō ꝓposuit magister:forte vereoꝛ ne q̄ non intellexerint:qui forta∫sis plures erūt vt putēt me frustra sibi locutū: sed tñ ꝓpter eos q̄ intellexerint non frustra loquoꝛ. Letetur q̄ intelligit:patienter ferat q̄ nō intelligit:qō nō intelligit ferat z vt intelligat dis

F serat. Nō ergo ait. Quecūq; pater facit talia fili⁹ facit:tāq; alia faciat pater:z alia faciat fili⁹. Videbat enī tāq; hoc'dixisse cum superi⁹ diceret. Nō facit a se fili⁹ q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em facientē. Intēde. Neq; ibi ait:nisi qō audierit pr̄em iubētē:sed viderit inq̄t pr̄em faciētē. Si ergo carnalē intellectū:vel potius sensum interrogem⁹: quasi duos sibi ꝓposuit artifices pr̄em z filiū:pr̄em faciētē nullo viso:filiū faciētem a pre viso. Carnalis adhuc aspectus est. Terrēa vt ea q̄ superioꝛa sūt ītelligam⁹:ista humilioꝛa z abiecta nō declinem⁹. Primo sic nobis ante oculos ꝓstituam⁹ aliquid:putem⁹ esse duos fabꝛos pr̄em et filiū. Fecit pater archā quā fili⁹ facere nō poterat nisi pr̄em videret faciētē Attēdit archā quā fecit pater:z fecit archā aliā talē:nō eā dē. Differo paululū ẋba que sequunt z iam iterrogo arrianum. Siccine ītelligis quomō ꝓposui? Fecit pater aliq̄d qō cū videret fili⁹ pr̄em faciētē fecit z ipe tale aliq̄d? Hoc enī vident sonare ẋba quib⁹ ꝓmot⁹ es. Neq; ei ait. Nō potest a se facere fili⁹ q̄cq̄ nisi qō audierit pr̄em ipe dē. Attēde. Nō pōt a se facere fili⁹ q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em faciētē. Ecce si sic ītelligī:fecit pr̄ z attēdit fili⁹ vt videret z ipe qō faceret. Faceret aūt aliud aliq̄d tale quale fecerat pr̄ Hoc qō fecit pater p quē fecit? Si nō p filiū:si non per verbū incurristi in blasphemiā euāgelij. Oīa enī p ipm facta sunt. Ergo iā qō fecerat pater p verbū fecerat:ipe p verbū fecerat:p filiū fecerat. Quis est ali⁹ q̄ attēdit vt faciat aliud aliq̄d qō viderit pr̄ez faciētē? Nō solet⁹ dicere duos filios hr̄e pr̄em. Un⁹ est vnic⁹ de illo genit⁹. Per misericordiam vero suā sol⁹ ad diuinitatē et nō sol⁹ ad hereditatē. Coberedes vnico suo fecit pr̄:nō quos de sua substātia sicut ipse genuit:sz ds de familia sua p ipm adoptauit. In adoptiō nē dppe filioꝛ vocati sum⁹:sicut sancta scriptura testat. q̄ ergo dicis? Ipe vnic⁹ loquif:ipe fili⁹ vnigenit⁹? euāgelio loquif:ipm ẋbō nobis ẋba fecit:ipm audiuim⁹ dicentem. Non pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em faciētē. Jam fecit pater vt videat qō faciat filius:et tñ nisi facit pr̄ nisi p filiū. Certe turbaris heretice:certe turbaris:sed dō helleboꝛo accepto turbaris vt saneris. Jam te nō inueni sentētiā tuā z carnalē intuitū tuū:quantū arbitroꝛ etiā ipe pdēnas. Repone oculos carnis post te:erige si aliquid debes in corde:diuina ituere. Audis quidē humana verba p hominē:p euāgelistā:p euangelium audis humana verba sicut hō. Sed de ẋbo dei audis vt humana audias:diuia cognoscas. Exagitauit magister vt erudiret:semiauit q̄sionē vt moueret ītētionē. Nō pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em faciētē. Consequēs erat qō dicere. Quecūq; enī pater facit:talia facit fili⁹. Nō hoc ait:sz quecūq; pr̄ facit:hec eadē et fili⁹ facit. Nō alia pr̄ facit:alia fili⁹ facit:qoīa q̄ pater fecit p filium facit. Suscitauit lazaꝝ filiusne q̄d pr̄ eum non suscitauit? Illuminauit fili⁹ cecum:numq̄d pater nō illumīauit? Illumīauit pater p filiū i spō sancto Trinitas est:sz vna opatio:vna maiestas:vna ēnitas:vna coeternitas:z opa eadē trinitat∫. Nō alios hoīes creat pater:alios fili⁹:alios spūssanct⁹. Unū cūdēq; dominē et pater z fili⁹ z spūssanct⁹ creat:z pater z fili⁹ z spūssanctus deꝰ creat. Attēdis pluralitatē psonaꝝ:sz vnitatē diuinitatis agnosce. Propt pluralitatē ei psonaꝝ dictū est. Faciamus hoīem ad imaginē z silitudinē nr̄am. Nō attēdiam hoīem:z attēde cū facio vt possis et tu alterū facere. Faciamus i q̄t pluralitatē audio:ad imaginē nr̄am:ītē pluralitatem audio. Ubi ergo singl'aritas diuinitat∫:lege sequētia Et fecit deꝰ hoīem. Dicit. Faciam⁹ hoīem:z non dicit fecerūt dij hoīem. Intelligit vnitas i eo qō dictū ē. Fecit deꝰ hoīem. Ubi est ergo ītētio illa carnalis? Cōfundat:abscōdat:perimat: Loquat nobis verbū dei. Jam pi:iā credentes:iā ibuti fide z cōparato aliquo merito intelligētie conuertam⁹ nos ad ipm ẋbō:ad fontē luminis z dicam⁹ simul

Pō.cxxxiij. Nñe eadem fecit pr̄ que tu:q; q̄cquid facit pater p te facit. Te ẋbō audiuim⁹ in p̄ncipio:nō vidim⁹ sz credimus. Ibi pſequēter audiuim⁹:q; oīa p te facta sunt. Omnia ergo q̄cquid pr̄ p te facit. Eadēq; ergo facis q̄ pater Quid est quod re dicere voluisti. Non pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄? Video etiā equalitatē quādā tibi cū pre:in eo qō audio. Quecūq; pater facit:hec eadē fili⁹ facit. Agnosco equalitatē hic intelligo hic capto vt possum. Ego z pat vnū sum⁹: q̄d est quod potes facere q̄cq̄:nisi qō videris pr̄em faciētē? Quid est hoc? Forte dicat mihi:imo dicat nobis oib⁹. Hoc enim qui dixi. Nō pōt fili⁹ facere q̄cq̄ nisi qō viderit pr̄em faciētē videre meū qſo itelligis: videre meū quid est? Sequestra paululū formā serui quā ꝓpter te suscepit. Etenī i illa forma fui dñs nr̄ oc'os et aures hēbat i carne:z in illa forma hūana q̄lē z nos portam⁹ eadē figura corpis erat: eadē lineamēta mēbroꝛ. Caro illa venerat ex adā:sz non ille erat adā:ḡ dñs ābulās siue i terra siue i mari:sicut ei placuit fecit voluit: q; q̄cq̄ voluit potuit:ispexit qō voluit:fecit oculos vidit:auertit oculos z nō vidit:a ḳgo erat q̄ fecerat oculis corporis qō ante erat videbat. Diuinitatē vero nil latebat. Sepone ſepone inquā paululū formā serui:formā dei vide in qua erat anteq̄ mundus fieret in qua erat equalis pr̄:p eum hoc accipe z ītellige q̄d tibi ait. Qui cū in forma dei esset non rapinā arbitratus est se equalē deo. Ibi eum vide si potes:vt possis videre quid

sit videre ipsius. In p̄ncipio erat ẋbō. Quomō videt ver:

Joh.j. bū? Habet ne oculos verbū:an in illo se inueniūt oculi nostri z oculi nō carnales:sed oculi pioꝛ cordiū? Beati enim

Matth.v. mūdo corde:qm ipsi deū videbūt. Aspicis xp̄m hominem et deū:ostēdit tibi hoīem:seruat tibi deum. Et vide q; deū tibi seruat qui se tibi hominē ostēdit. Qui diligit me inq̄t mādata mea custodit. Qui diligit me diliget a pre meo:et ego diligā eū. Et tanq̄ diceret:quid ei dabis quē diligis. Et ostendā inq̄t meipm illi. Quid est hoc fratres? Quem iā videbāt ipse se illis demōstratur ꝓmittebat. Quibus? Aquib⁹ videbat:an a quibus z nō videbatur? Sic loquēs apō cuidam ait querenti videre patrē vt sufficeret ei z discēt. Ostēde nobis pr̄em z sufficit nobis. Et ille stās ante oculos serut:i forma serui seruās oculi deificati formā dei: ait illi. Tāto tpe vobiscū sum z non cognouistis me? Qui me videt videt et pr̄em: pr̄em q̄ris videre:me vide: vides me? z nō vides me. Uides qō ꝓ te assumpsi: nō vides qō p te seruaui. Audi mandata:purga oculos:q; q̄ diligit me mādata mea custodit:et ego diligā eū. Tāq̄ custodietem mādata mea:z tāq̄ sanato p mādata mea ostendā meipm illi. Si ergo fratres videre nō possum⁹ quid sit videre verbi quo⁹ imus/quā visionē forte prepropere exigim⁹:q̄d nobis ostendi volum⁹ qō videre non possumus? Ideo ista dicta sunt que desideram⁹ videre:non qō tam possim⁹ capere. Videre enī verbi. Si videas forte in eo qō vides videre ẋbi ipm verbū videbis:z nō aliud sit verbū: aliud videre verbum ibi sit aliquid coaugmētatū z copulatum z duplex z cōpaginatū. Simplex enim aliq̄d est ineffabili simplicitate. Nō quēadmodū homo aliud est homo: aliud videre hominis. Nō aliqñ extinguif qō est videre hominis et manet homo:hoc est qō dicebam dicturum me aliq̄d qō nō possent oēs ītelligere:etiā dominus faciat vt aliqui intelligerint. Fratres mei ad ḥ exhortat vt videam⁹:videre verbi vltra vires nostras esse:q; parue sunt:nutriant:perficiant. Unde? Mādatis. Quib⁹ mādatis? Qui diligit me mādata mea custodit. Que mādata? Jā enī crescere volumus et roborari:iā pfici vt videam⁹ videre verbi. Hic iā:

Joh.xiij. oēs q̄ mādata? Mandatū nouum do vobis vt vos inuicē diligat. Hāc ergo fratres charitatē de vbertate fontis bauriam⁹:istā capiam⁹:in ea nutriamur. Cape p qō sis capax Charitas te signat:charitas nutriat:charitas pficiat:charitas roboret vt videas videre verbi nō aliud esse verbū z aliud videre ipsi⁹:sed ipm qō est videre verbi:hoc esse verbū:z cito forti ītelliges:q; illud qō dictum est. Non potest fili⁹ a se facere quicq̄ nisi qō viderit pr̄em facientem: tale est ac si diceret:nō esset filius nisi de patre nasceret. Sufficiat fratres nouī id me dixisse:qō cogitatū forte aperiatur multis. Sepe verbis dictum forte obscuretur.

Pō.cxxxiij. De eo qō ꝓpheta dicit in psalmo. Cor meum et caro mea exultauerūt in deum viuum. Homelia.xxxiij.in qua quomodo in deum exultare debemus succincte declarat.

B Sōm apostolum fratres charissimi: q̄ satis diligit sc'm non habet plenū diuini amoris affectū. Sic enī audistis legi. Qui diligit seculū non est

I Joh.ij. perfecta charitas dei in illo. Ac p hoc tūc perfecte incipit xp̄ianus futurā z eternam vitā diligere:cum vitā presentē ceperit nō amare. Et ideo statim sequit in psal

Pō.cxxxiij. mo:cor meū z caro mea exultauerūt in deū viuum. Confirmat qō supra dixerat deum se amare non seculum. Exulta uit:sed in deū viuū:hoc est nō exultauit in hoc mundo:nec exultauit in aliqua oblectamenta que mūdi sunt:id est nō in diuitijs:nō in honore:nō in luxuria:nō in ebrietate:non in vanitatib⁹ mortuis et cito cum oī suo amore morituris sed in deū viuū. Quare nō dixit. In deum tm:sed addidit in deū viuū: Ut ostēderet scilicet quia totum non pertinet ad dei cultū deberem⁹ habere quasi mortuū. Simulq; considerate hui⁹ dicti subtilitatē sermonis sacri. Cor meū inq̄t z caro mea exultauerunt in deū viuū. Nunq̄d nō suffecerat dicere:cor meū exultauit in deū viuū:nisi addidisset z caro mea? Videam⁹ ergo quomodo in deū z cor simul et caro bois exultat. Quomō nisi vt hō z carne et corde deo seruiat. Cor enī exultat i deū qñ honesta z sctā cogitat:qñ religiosa opa z deo placita concupiscit. Caro aūtē exultat quādo pudica ē/quādo sobria/quādo nulla ipuritate polluit:quādo nullis imundis actib⁹ sordidat. Videte enim e diuerso et agnoscite q̄s vera sint q̄ dico. Si viderit aliqs vestrū hoīem intusta dicentē:nunq̄d dicere pōt q; cor illi⁹ exultet in deū viuū? Aut si quis aliū viderit ebriosum ipudicū:fornicatorē:nunquid dicere potest q; caro ei⁹ exultet in deū viuū? Nulla enī caro exultat in deū:que viuit in vitio. Ideo ergo ꝓpheta dicebat. Cor meū z caro mea exultauerūt in deū viuū. Quia z corde retinebat plenā religionis fidē:z carne seruabat deuotā corporis sctitatē. Nec sine causa in psequentib⁹ statim psalmista subdidit dicens. Etenim passer inuēit sibi domū et turtur nidū vbi reponat pō.lxxxiij pullos suos. In turture z passere:saluatoꝛ nr̄ significatur. Fres charissimi:passer ei vt scit⁹:pparua auis est. Turtur enī vt legimus pudicissima. Et ideo saluatoꝛ nr̄ passer dr̄:q; docuit p̄mus humilitatē. Turtur dict⁹ est:q; p̄mus docuit castitatē. Unde etiā in canticis cāticoꝛ ꝓpheta dicit Cantī.ij. Voꝛ turturis audita est i terra nr̄a. Voꝛ turturis doctrina itelligit saluatoris. Audire cepit:puritatē castitatē ad amault. Etenī passer inuenit sibi domū:z turtur nidū sibi vbi reponat pullos suos. Que est ei dom⁹ xp̄i nisi ecclesia dei? Que est dom⁹ christi:nisi conuent⁹ populi christiani? Hanc ergo domū saluatoꝛ cū ingenti pietate quesiuit z inuenit. Hāc peculiarit diligit. Merito peculiariter diligit quā peculiariter suo sanguine cōparauit. In hac ergo domo saluatoꝛ congregat pullos suos. Quos ergo credim⁹ xp̄i pullos? Quos nisi pp̄os christianos? Denicq; qui sint dñi nr̄i pulli:ipse hodie cōuentus vester ostendit. Dū enī aspicio vestrā cōgregationē cōgregasse in ecclesia: pullos vos video saluatoris. Legam⁹ cuius i aliꝭ libris scriptū:vt supra dixi. Et turtur nidum sibi vbi repōat pullos suos:sed vtrūq; in psona ecclesie bñ cōuenit:id est qō nos saluatoꝛ z congreget z reponat. Congregat enī nos vt doctrina illi⁹ audiam⁹/z reponit:vt ab istꝭ diaboli tuti eē possim⁹. Nō vt faciat z vt quotidie faciat:pcemur deū saluatorem nr̄m cui est cum patre z spiritu sancto honoꝛ et gloria in secula seculoꝝ. Amen.

De eo quod dominus ait in euangelio. Ego sum via/veritas/et vita. Homelia.xxxiiij.in qua hortat etiam nos si p viam velimus ire que christus est:nos mites humilesq; esse oportere. Joh.xiiij

E Rigūt nos diuine lectiōes ne desperatione fran

B gamur:z rursus terrēt ne supbia vētilemur. Tenere aūt viā mediam/verā/rectā/tāq̄ inter sinistrā desperatiōis z dexterā psumptiōis difficilimū esset nobis nisi xp̄s diceret. Ego sū via:ego sum inq̄t Ubi.s. via z ẋitas z vita. Tāq̄ diceret. Quia vis ire? Ego sū via Quo vis ire? Ego sum ẋitas. Ubi vis pmanere? Ego sū vita. Secure ergo ambulem⁹ in via:sed insidias timeam⁹ iuxta viā. Inimic⁹ insidiari nō audet in via:q; xp̄s est via Sed iuxta viā plane nō desinet. Ubi z in psalmo dr̄. Juxta pō.cxxxix semitas scādala posuerūt mihi. Dicit z alta scriptura. Me Eccli.ix. mēto q; i medio laqueoꝛ īgredieris. Justi laquei iter quos īgredimur nō sunt i via. sz tñ sunt iuxta viam. Quid formidas in via? Tūc time si deseras viā. Nō ideo etiā pmittit ponere iuxta viā laqꝰ:ne securitate exultatiōis via deserat:z in incidias incidat. Via xp̄s humilis:xp̄s veritas z vita:xp̄s excelsus z deꝰ. Si ambules i humili: puenies ad excelsum. Si ifirm⁹ humilē nō asperner∫: in excelso fortissimus pmanebis. Que enī causa humilitatis xp̄i:nisi infirmitas tua? Veniret ad te tāt⁹ medic⁹:si vl'sic egrotares vt tu possis venire ad medicū? Venit docēs humilitatē qua rediream⁹:q; supbia nos redire non sinebat. Qz et supbia fecerat recedere exaltatū bñanū coꝛ aduersus deū:et negligēs ipa sanitate p̄cepta salutaria:decidit aia in ifirmitatē:dicat audire infirma que contēpsit fortis. Audiat vt surgat que spreuit vt caderet. Audiat tādē experimento edocta:q; p̄cepto noluit obtinere. Docuit enī eā miseria sua q̄d malit sit a dño fornicari. Recedere enī ab illo simplici z singulari bono:in istas multitudinum voluptates:in amoꝛē seculi coꝛruptionemq; terrenarum: fornicari est a deo. Et quo:

B dāmodo fornicātem allocutus est vt rediret:sepissime per

prophet as increpat tāc̄ fornicariam: nō tamen desperatā quia in mānu habet etiam mūdationem fornicarie: qui increpat fornicariā. Non enim sic increpat vt insulter: sed ad cōfusionē vult perducere vt sapet. Exclamauit scriptura vehemēter nec palpauit adulādo: quos voluit reparare sanando. Adulteri nescitis: quia amicus huius mūdi inimicus dei cōstituetur? Amor mūdi adulterat animam: amor fabricatoris mundi castificat animā: sed nisi de corruptione erubuerit: ad amplexus illos castos redire nō concupiscet. Cōfundat vt redeat q̄ se tactabat ne rediret. Supbia ergo impediebat aīe reditū. Qui aūt increpat nō facit pctm̄ sz ostēdit pctm̄. Qui nolebat aīa videre ponēt ei āte oc'los Qui post dorsum hr̄e cupiebat: ad faciem illi admouēt. Vi
Mat.vij. de te i te. Quid vides stipulā i oculo fratres tui: trabē aūt in oc'lo tuo nō vides? Reuocāt ad se q̄ ibat a se. Sicut a se ierat: sic a dño suo ibat. Se enī respexerat: sibiq̄ placuerat suecq̄ potestat̄ amatrix facta fuerat: recessit ab illo t nō remāsit i se: t a se repellit: t a se eiecudit: in exteriora plabit Amat mūdū: amat tpalia: amat terrena: q̄ si sit ipsam amare neglecto a quo facta est iā min⁹ esset: iā deficeret amando qui min⁹ est. Min⁹ est enī ipsa c̄ dē⁹: t longe minus: tā: toc̄ min⁹ quātū minus est res facta c̄ factor. Ergo amando erat de⁹: t amād⁹ est de⁹: ita vt si fieri potest: nos ipsos obliuiscamur. Quis ḡ est iste trāsit⁹. Oblita est aīa sui pam sed amādo mūdū oblita est se: sed nō amādo artificē mundi: pulsa ē t a se. Pulsa ergo t a se q̄dāmō pdidit se: nec facta sua nouit videre. Iustificat iūstates suas t ferē t supbit i petulātia/i luxuria/i honozib⁹: i potestatib⁹: i diuitijs i potētia vanitatj. Arguit: corripit: p̄fundit: displicet sibi: pfitet fēditatē: desiderat pulchritudinē: et q̄ ibat effusa: redit pfusa. Cōtra illā videt ozare: an pilla q̄ dicit. Imple facies eoz ignominia. Aduersari⁹ appet: inimic⁹ appet. Audi q̄ sequit: et vide vtrū ozare possit amicus. Imple inq̄t facies eoz ignominia t querēt nomē tuū dñe. Oderat eos quozū facies ignominia iplere cupiebat. Vide quēadmodū amat eos quos vult ḡrere nomē dñi. Amat tm: an odit tantū? An t odit t amat? Immo t odit t amat. Odit tua amat te. Quid ē odit tua amat te? Odit q̄ fecisti: amat q̄
Gen.j. fecit de⁹. Que sunt enī tua nisi petā? Et q̄d es tu nisi quod fecit de⁹ hoiem ad imaginē et similitudinē suā? Negligis q̄ fact⁹ es: t diligis q̄ fecisti. Amas extra te opa tua: negligis in te op⁹ dei. Merito is: merito laberis: merito t a teipo
Philip. pergis: merito audis. Spūs ambulās t nō reuertēs. Audi
Ixxvij. poti⁹ vocātē t dicētē. Cōuertimi ad me t puertar ad vos.
C Non enī de⁹ auertit t cōuertit: manēs corripit icōmutabilis corripit. Auersus ē: q̄ tu te auertisti. Tu ab illo fecisti casum: nō ipse ante fecit occasum. Ergo audi dicentē tibi:
Jach.j. puertimini ad me t puertar ad vos: hoc est enī: puertar ad vos: q̄ puertimini ad me. Fugiētis vorsa psequit: facie re detis illuminat. Quo enī fugies a deo fugiēs? Quo fugies fugiens ab illo q̄ nullo loco ptinet: t nusq̄ absens est? Qui puersū liberat: punit auersum. Habes iudicē fugiēs: pfez habeto redītes. Tumuerat aūt supbia: t ipo tumore p agustā redire nō poterat. Clamat ille qui fact⁹ est via. Intrate
Mat. vij. p angustam portam. Conat ingredi: impedit tumor: et tanto magis pniciose conat: q̄to magis impedit tumor. Tumidū aūt verat angustia: veratus aūt ampli⁹ tumebit. Amplius tumens q̄ intrabit? Ergo detumescat. Unde detumescar? Accipiat humilitatis medicamētū: bibat ptra tumorē poculū amaz sz salubre. Bibat poculū humilitatis. Quid se artat? Non sinet moles: nō magna sz tumida. Magnitudo enī soliditatē hz: tumor iflationē. Nō sibi magn⁹ tumid⁹ videat: detumescat vt magn⁹ sit: vt cert⁹ sit: vt soli dus. Non ista desideret: nō de ista pōpa rez labētiū cozruptibiliūq̄ gloriet. Audiat eū ipm̄ q̄ dixit. Intrate p angu
Joh. xiiij stā portā: dicentē. Ego sum via. Quasi enī ḡreter tumidus qua ītrabo? Ego sum via inq̄t: p me intra: nō nisi p me ambulas vt ītres p ianuā. Nā sicut dixit. Ego sū via: ita etiā
Joh.x. Ego sum ianua. Quid ḡris q̄ redeas: quo redeas: qua intres? Ne alicubi erres: ipe tibi oia fact⁹ est. Breuiter ḡ dicit. Humilis esto: mitis esto. Audiam⁹ hoc aptissime dicētē/vt videas qua sit via: que sit via: quo sit via: quo vis ve-
Mat.xj. nire. Certe forte auaricia oia vis possidere. Oia mihi inq̄t tradita sunt a pre meo. Fortasse victur⁹ es. Christo sūt tra

dita: nō mihi. Audi apl'm dicentē. Audi vt dixi tādūdē desperatione frāgaris. Audi quō amat⁹ es: turpis: fedꝰ teq̄ esset i te: q̄d amari dignū esset. Amat⁹ es pri⁹ vt digne fieres q̄ amareris. Et eni xp̄s (sicut ait apostol⁹) p impio
Rom.v. mortu⁹ est. An forte impi⁹ amari merebat? Quare? Quid merebatur impius? Manari respondes. Christus tu, p impijs mortuus est. Ecce quid tibi p̄stitū est impto: iā pio q̄d seruat: Quid p̄stitū est impio? Christ⁹ pro impijs mortu⁹ est. Desiderabas aūt oia possidere: noli p auaricia: p picta tem hoc quere: p humilitatē hoc quere. Si eni ita q̄sieris possidebis. Tenebis enim eū p quē facta sunt oia: et ei ipa oia possidebis. Nō hec q̄si ratiocinādo dicim⁹. Audi apostolū ipm dicētē. Qui filio ppio nō pepcit: sed p nobis oi
Rom.viij. bus tradidit illū. Quomō non etiā cū illo oia nobis donauit? Quare: ecce habes oia. Omnia que amas vt nō ipedaris a christo contēne: t ipm tene in quo possis oia possidere. Ipse ergo medicus nihil tali indigēs medicamentorū vt exhortaret egrotū bibit: q̄d op⁹ nō erat tanq̄ recusanti alloquēs: et trepidū erigēs bibit p̄or. Calicē inq̄t quē ego
Mat.xx. bibitur⁹ sum: q̄ in me nō habeo q̄d ab illo calice sanct: bibitur⁹ sum i ñ ne tu dedigneris bibere cui opus est vt bibas. Jam videte fratres si amplius egrotare debet gen⁹ humanū accepta tāta medicina? Jam humilis de⁹: t adhuc superbus hō. Audiat: discat. Omnia mihi inq̄t tradita sunt a pre
Mat.xi. meo. Si desideras oia: mecū habebis: si desideras patrem p me habebis et in me habebis. Nemo cognoscit pr̄em nisi fili⁹. Noli desperare. Veni ad filium. Audi q̄d sequit. Et
E cui voluerit fili⁹ reuelare: dicebas nō possum. Per āgustā me vocas: nō possum intrare per angustā. Venite inq̄t ad me oēs q̄ laborat⁹ t onerati estis. Sarcina vobis tumore ster est. Venite ad me oēs q̄ laboratis t onerati estis: et ego reficiā vos. Tollite iugū meū sup vos: et discite a me. Dicmat magister āgelor: clamat p̄bū dei: quo rationales oēs mētes sine defectu pascunt. Cui⁹ reficiens t integer gmatis clamat et dicit. Discite a me. Exaudiat ppls dicentē. Discite a me. Respondeat: q̄d discim⁹ a te. Amagno enim artifice nescio q̄d auditur⁹ sum⁹: cū dic. Discite a me. Quid est q̄ dicit: discite a me? Qui formauit terrā: qui diuisit mare t aridā: qui creauit volatilia: q̄ creauit animalia terra: qui creauit oia natātia: qui posuit in celo syderes: qui distinxit die et nocte: q̄ firmauit ipm firmamētū: qui lucē a tenebris separauit: ipe dicit. Discite a me. Nūq̄d forte hec nobis dictur⁹ est vt ista cū illo faciam⁹? Aut hoc potest⁹ ius de⁹ facit. Noli inquit timere: nō te onero. Hoc a me discē q̄ ppt te fact⁹ sum. Discite a me inq̄t nō formare creaturā que p me facta est: nec illa quidē dico discarta: q̄ quibusdam donauit quib⁹ volui nō omnib⁹: suscitare mortuos illuminare cecos: aprire aures surdozū: nec ista pro magno velit⁹ discere a me. Sauisti discipuli t exultātes redierunt
Luca. dicētes. Ecce in nōie tuo t demonia nobis subiecta sunt. Ait illis iesus. Nolite in hoc gaudere: q̄ demonia vobis subiecta sunt: gaudete poti⁹: quia noia vra scripta sunt in celo. Quib⁹ voluit donauit expellere demonia: donauit quibusvoluit mortuos suscitare. Facta sūt t hec miracula de incarnatione dñi. Suscitati sunt mortui: mūdati sūt leprosi
Legim⁹ hec. Et q̄d fecit tūc nisi ille qui postea homo p̄s post dauid: sed de⁹ xp̄s ante abraam: ipe donauit hec oia: ipse p homines fecit: nec tū omnib⁹ hec dedit? Nūq̄d quibus hec nō dedit desperare debent: dicere se nō puenire ad eū: q̄ hec dona accipe non meruerunt? In corpore meo sunt: aliud potest illud mēbrum: aliud illud. Cōpegit corpus de⁹: nō tribuat aurī vt videat: nec oculo vt audiat: nec frōti vt olfaciat: nec manui vt gustet. Nō dedit hec sed oibus mēbris sanitatē dedit: cōpagē dedit: vnitatem dedit spū omnia pariter viuificauit t vniuit. Sic ergo dedit eu
dam mortuos suscitare: alij dedit disputare. Omnibus ea q̄ dedit? Discite a me q̄ mitis sum t humilis corde. Nō audiuim⁹ dicētē. Mitis sum t humilis corde. Fratres mei tota medicina nostra ista est. Discite a me q̄ mitis sum et humilis corde. Quid pdest si miracula facit et sit fugbr: nō sit mitis t nō humilis corde? Nonne in illo numero deputabit eoz q̄ vēdituri sunt in fine t victuri. Nōne in nōie tuo pphetauim⁹: et in nōie tuo virtutes multas fecimus? Sed q̄d audiēt. Nō nouit vos. Recedite a me oēs q̄ operamini

mini iniquitatē. Quid ḡ pdest vt discam⁹ qm̄ mitis sū t hūilis corde? Charitatē iserit t germanissimā charitatē sine pfu
1.Cor.xiij. sione sine iflatiōe: sine elatiōe: sine fallacia. Hoc inserit q̄ discite a me q̄ mitis sum t humilis corde. Nō pōt sin cerissimā hr̄e charitatē supb⁹ t inflat⁹? Necesse est vt inuideat. An forte q̄ inuidet amat: t nos erram⁹? Abūt vt q̄sq̄ sic erret vt inuidū dicat hr̄e charitatē. Ergo q̄d dicit apostol⁹? Charitas nō emulat. Quare nō emulat? Non inflat.
Laudam⁹ statim subiecit vñ abstulerit emulationē charita
1.Cor.xiij. t. Quia non inflat: nō emulat. Primo quidem illud dixit Charitas nō emulat: sz tu q̄si q̄reres: q̄re non emulat: addit nō iflat. Si ḡ ideo emulat q̄ iflat: si nō iflat nō emulat
Matth.xj. Si charitas non iflat t iō nō emulat: charitatē iserit q̄ait. Discite a me: q̄ mitis sum t humilis corde. Jam q̄libz beat q̄s, vult: iactet se vnde vult. Si liguis hoim loquar et angelor⁹: charitatē aūt nō habeā: fact⁹ sum vt eramentū sonās aut cymbalū tinniēs. Quid sublimi⁹ munere linguar⁹ diuersar⁹: Eramētū est cymbalū tinniēs. Si auferas charitatē audi alia munera. Si sciā oia sacramenta. Quid ex
1.Cor.xiij. cellēti⁹? Quid magnificentius? Audi adhuc aliud. Si habeā oēm pphetiam et oēm fidē: ita vt montes transferam: charitatē aut nō habeā: nihil sum. Accessit ad ap̄lora fratres. Quid aliud dixit. Si distribuā oia mea paupib⁹: q̄d
Mat.xix. pōt fieri perfectiꝰ? Quādoquidē diuiti ppter pfectionem hoc dñs iperauit dicens. Si vis pfect⁹ esse: vade vēde oia q̄ habes t da paupertib⁹. Jam ergo pfectus est: q̄ vēdidit oia sua t dedit paupib⁹. Nam ideo addidit. Et veni sequere me. Vēde oia inq̄t da paupibus: t veni sequere me. Quare te sequor? Jam venditis oib⁹ distributis pauperib⁹: nōne pfect⁹ sum: q̄d op⁹ est vt te sequar? Sequere me vt discas: q̄m mitis sum t humilis corde. Potest eni q̄sq̄ vēdere oia sua t dare paupib⁹ nōdū mitis: non humilis corde: Certe
Gal.v. potest. Si enī oia mea distribuero paupib⁹. Et adhuc audi. Nam quidā relictis oib⁹ q̄ habuerūt: iā secuti sunt dominū: sz nōdū ad pfectū secuti. Ad pfectū eni seq̄ est imitari. Non potuerūt ferre tētamētū passionis. Jam petr⁹ fratres erat ex his q̄ dimiserāt oia t secuti erāt dñm. Nam'di
mat.xxvj. uite illo cū tristicia recedēte: vbi cōturbati discipuli interrogauerūt: q̄ q̄ tādē posset esse pfectus: t eos p̄solatus est dīxerant dño. Ecce nos dimisim⁹ oia t secuti sum⁹ te: q̄d ḡ nobis erit? Et dixit dñs quid eis hic daret: quid i futuz reseruaret. Tñ iste tā ex coz numero q̄ hec fecerāt. At vbi vērū est ad articulū passionis: ad vocē vni⁹ ancille: ter negauit cū eū quo se moritur⁹ esse pmiserat. Intēdat ergo charitas vra. Quare inq̄t oia tua vēde t da paupib⁹: t habebis thesaur⁹ i celo: t veni sequere me. Perfect⁹ est petr⁹ iā dño in celo sedente ad dexterā p̄is: tunc pfect⁹ est t martur⁹ fact⁹. Ad passionē ergo cū seq̄ret dñs non pfect⁹ erat Ar vbi nō esse cepit in terra q̄e seq̄ret, tunc pfect⁹ est: imo vero semp ante te habes q̄e sequaris: dñs exēplū in terrā posuit cū euāgeliū ibi reliquit: in euāgelio tecū est. Nō enī
Matthei. mētit⁹ est dicēs. Ecce ego vobiscū sum omnib⁹ diebꝰ vsq̄
revel. ad p̄summationē seculi: ergo seq̄re dñm. Quid est sequere
Ioan.xij dñm? Imitare dñm. Quid est imitare dñm? Discite a me
1.Pet.ij. q̄ mitis sum t humilis corde. Quia si distribuero oia mea paupib⁹: t tradidero corp⁹ meū vt ardeā: charitatē aūt nō habeā nihil mihi pdest. Exhortor ḡ charitatē vestram ad ipam charitatē. Non aūt exhortarer ad charitatē nisi aliq̄ charitate. Nō ergo inchoatū est exhortor vt impleat: t q̄ cepit est rogo vt pficiat. Et p me a vobis rogari q̄so vt et
Philip.iij. i me pficiat q̄ vos moneo. Oēs eni ipfecti sum⁹: t ibi pficiemur vbi pfecta sunt omnia. Paul⁹ apostolus dicit. Fratres ego me nō arbitror apphēdisse. Ipse dicit. Non q̄ iā
Philip.iij. acceperim: aut tā pfect⁹ sim. Et q̄squis hoim se audet de perfectione iactare? Immo confiteamur imperfectionē vt mereamur perfectionem.

De predicatiōe temporum christianorum in diuinis scripturis. Homelia.xxxv.



Nomnibus scripturis diuinis fratres charissimi: xpianor⁹ tpa predicta sunt. Hoc ideo q̄ futurū erat: vt reges terre q̄ pper idola plequebantur xpianos: ppt xp̄m idola delerent: et subiugaret
Psal.xvij. eis potestas tua go xp̄i: vt ipleret q̄d dictū est. Vlt⁹ sum eas

Quid est enī vlt⁹ sum eas? Vindicaui me de ipsis. Corp⁹ xp̄i loquit. Vindicaui me de inimicis meis. Quomodo me vindicaui? Occidēdo in eis errorem: suscitādo fidē. Quic q̄d enī erat q̄d in omnib⁹ malis t puersis plequebat xp̄ianos? Deletū est. Quomō enī q̄s te plequit: nisi arrendere illā figurā quā fecit de⁹: aut aīam illā quā spirauit de⁹. Non te plequit q̄d fecit deus: sed mala q̄ fecit hō. Oia q̄ fecit deus laudāt deū. Audistis in p̄dictioib⁹: t auditis oi solēnitate q̄si legūtur: quomō oia laudant deū: celestia et terrestria angeli: hoies: luminaria celi/arbores terre/flumia/maria: dracones de⁹ creauit/siue in celo/siue in terra/siue in mari laudāt deū. Nunq̄d aliq̄n ibi audistis: q̄ laudat deū auaricia Nūq̄d aliq̄n ibi audistis: q̄ laudat deū ebrietas? Nūq̄d audistis ibi: q̄ laudat deū luxuria? Nūq̄d aliq̄n audistis: q̄ laudat deū heresis? Oia ista q̄re non laudāt deū? Quia nō sunt creata a deo. Et arbor fuauit q̄d creata est: hō deleuit q̄d erect⁹ est. Si enī fuaret in se bonū q̄d i illo creauit de⁹. i. imaginē suā: semp laudaret deū: nō solū ligua sz et vita: ergo p̄dicta sunt tpa nr̄a. Sed in tpib⁹ nr̄is p̄dicta sunt B futura scisinata. Quomō ḡ pugnauit illa ecclia ptra diabolū: sic t ista pugnat. Nūq̄d cessat pugnare aduersus diabolū? Sed dictū est de diabolo: q̄ leo t draco est. Leo ppt ipetū: draco ppter insidias. Leo apte irascit: draco occulte insidiat. Pugnauit eccl'a pozib⁹ tpib⁹ aduersus leonē pugnat mō aduersus draconē. Sed q̄n victus est leo: vincit et draco. Que fortitudo leonis ptra illū leonē de q̄ scriApoca.v. ptū est. Vicit leo de tribu iuda? Et q̄ fortitudo draconis ptra mortē dñi q̄ serpentē suspendit in ligno? Triūphauit enī de morte quā diabol⁹ ppinauerat p astucias suas hoī.
Et cū exaltaret moyses serpentē in deserto in ligno: pp'a Mūe.xxi.
q̄ mordebat a serpēte: attēdebat serpentē t sanabat. Sic t Joh.iij.
mō quēcūq̄ momorderit astucia sathane: itueat xp̄m in ligno pendētē. Ibi enī mors occisa est: dñs semp viuit. Sz vt occideret mortē vestit⁹ est morte. Nō enī potuit mors mori nisi i vita: non morik amaritudo nisi i dulcedīe: nō mori tur frig⁹ nisi i calore: nō est mortua mors nisi i vita. Quis est vita? Christ⁹ nr̄. Sed vita iduta erat mortē. Crucifix⁹ est: occisus est: mortu⁹ est: t resurrexit tota vita. Interfecta morte et deglutita morte iā vita surrexit: vt diceret de illo ap'l's. Scim⁹ q̄ xp̄s nō moritur: mors ei ultra nō dñabit: q̄ Roma.vj
aūt dñata est p̄mo homini mors: volēti dominata est: insinuit se aduersus eū satelles leonis. Cūc iudex a quo iudicabāt erexit ceruicē t ait. Nō mihi rñdes? Rugit⁹ fuit leo Joh.xix.
nis: tumēt colla serpentis. Sed ank ad responsionē agni: q̄ nouit occidere leonē. Audi q̄ volēti dñata ē mors. Cū em hec ab illo audiuit: rñdit. Non haberes in me potestat̄ mi- Ubi.s.
si data tibi esset de celo. Quis dedit hanc desup potestatē? De⁹. Quis est de⁹? Pater t filij t spūsanct⁹. Ut ergo esset homini potestas i deū: ab ipo deo accepit potestatē homo vt iudicaret deū: deū occultū: hoiem manifestū. Vt ḡ leo: C
nē et draconē de q̄ supradictū est possim⁹ cū dei adiutorio vincere: cū grandi timore ac tremore ante oculos habeam⁹ iliud q̄d ait ap'l's petr⁹. Aduersari⁹ vester diabol⁹ tāq̄ leo j.Pet.v.
rugiēs aliq̄d deuorare querens circuit. Et illō q̄d de draCone ap'l's nos admonet vt cū omni sollicitudine caucam⁹ Aptaui vos inq̄t vni viro v̄ginē castā exhibere xp̄o. Sz ti ij.Cor.xj
meo ne sicut serpēs seduxit eua astutia sua: ita t sensus vr̄i corrūpant a simplicitate q̄ est in xp̄o iesu. Nō ergo tibi aliqua publica tribulatio nata fuerit: rabiē ac seuiciā leonis itellige. Nō te male ocupiscētie ad auariciā vl luxuriā calida seductiōe sollicitāt: draconis blādimēta cognosce. Si ergo fidē rectā cupis fideliter custodire: in aduersis fortis esto ptra leonis seuitiā. Si vero virginitatē anime integrā seruare desideras: q̄tum potes obserua blādimēta draconis: ne forte si incaut⁹ fueris dulcis sensus q̄ in te sunt quasi quīq̄ virgines pmittas a serpēte corrūpi. Quicq̄d enī pulchrescit visu: q̄cq̄d dulcescit gustu: quicq̄d blādit auditu q̄cq̄d lenocinat odoratu q̄cq̄d mollescit a tactu: in his oibus si icauti fuerim⁹: surrepentib⁹ ocupiscētijs malis: aie virginitatē corrūpi pmittim⁹: t impiet in nobis illud q̄d pphetā dictum est. Intrauit mors per fenestras vestras. Hiere. ix.
Per hos enim quīq̄ sensus quasi p quasdam ianuas aut mors aut vita ad animam nostram ingreditur. Simus ergo auxiliāte dño de illis quīq̄ virginib⁹ sapientib⁹: q̄ sicut Mat.xxv

in euāgelio legim⁹. Portauerūt oleū in lāpadib⁹ suis. Et q̄tū possum⁹ obseruem⁹ ne inter illas stultas inueniamur que sibi de sola corporis integritate plaudētes: virginitatē aie p corruptionē quicq̄ sensuum perdiderunt: que nō portauerūt oleū secū. Quib⁹ dictum est. Ite emite vobis a vēdētib⁹ oleum. Oleū eni hoc loco adulatio est ⁊ laus humana. Vēdūt oleū oēs adulatores. Ergo stulte ille dicte sunt que forinsec⁹ querebāt laudē. Nō int⁹ in conscientia habebant: ideo nō portabāt oleū secū: id est qui laudē in aliena lingua nō in sciētia sua volebāt habere. Tamen q̄d respōderūt illis stultj. Ne forte nō sufficiat nobis ⁊ vobis. Quō
j.Cor.xiij ap̄s dixit. Sed neq̄ ego mei ipsum diiudico. Si ergo consciētia nr̄a sub examine iudicij dei trepidat ⁊ q̄uis sibi recta puter: tū timet ne ex eat iusticie regla de thesauro illi⁹: ⁊ iueniat² tortū/q̄d videbat rectū: q̄to min⁹ curare debem⁹ aliena iudicia de nobis charissimi siue mala siue bona nec valde gaudere debem⁹ q̄n laudamur: nec ⁊tristari q̄n vituperamur/nec coronare nos pōt laus falsa. nec dānare vituperatio falsa. Q̄diu autē viuim⁹ hic: de nobis ipsis nosipsi iudicare nō possum⁹. Non dico q̄d cras erim⁹: sed quid hodie simus: q̄to minus debem⁹ moueri iudiciis aliens/q̄
ij.Cor.j. de scientia nr̄a que nobis phibet testimonium. Nam gloria nostra debet esse scientia nostra. Itaq̄ fratres paululū aduertat charitas vr̄a vt dicā q̄d volo: ⁊ si nō sicut volo/si cut dn̄s dederit et voluerit. Q̄ maxīe necessariū est quotidianis tētationib⁹ ⁊ ecclesie catholice quia iter tētatiōes viuit: ⁊ iter tētationes crescit/⁊ inter tētationes durat: ⁊ in tētationes puenit. Sed cum puenerit succedet quies labori: recedit tētatio/manet būdictio. Sz rogo vos fratres ne sine causa audiatj: ista tenete/ruminate/pascimini ide/
nō recedat de ore vr̄o q̄d modo memorate p̄mēdat. Memoria hoīs sic est: quomō vēter pecoris. Nostis q̄ in lege im-
Leuit.xj. munda dicta sunt aialia q̄ nō rumināt: q̄ autē rumināt munda sunt: ⁊ quecūq̄ habēt vngulam fissam/ptinēt ad discernendū vez ⁊ falsum. Fissa vngula ptinet ad discernendū q̄d dextrū q̄d sinistrum. Ruminatio eni ptinet ad eos qui cogitāt postea q̄d audierint ⁊ tenuerint. Nā modo māducam⁹: ⁊ i memoriā tāq̄ i vētre mittit. Sed q̄d facit pecus q̄n ruminat: Illud q̄d in pascue iactatū fuerat ⁊ in vētre reposītū: reuocat ad os: ⁊ in ipa dulcedine q̄uiescit. Hoc dixi vt cōmendarē vobis ne sitis imundi tāq̄ pecora. Accepit illud in vētre: postea nō ruminat: et trāsit tota dulcedo. Et nihil vobis pdest q̄d recōditū ē: q⁹ nō redit ad os dulcedo. Audite illud exposse: ⁊ apte dictū alia sinia: q̄d obscure et mystice de ruminātib⁹ animalib⁹ dictū: alio loco aperte expositū est: vt itelligam⁹ quid sit. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: stultus autē glutit illud.

Esa.liij. De eo quod i esaia scriptum est. Ascēdet sicut virgultum: et sicut radix de terra sitienti. Homelia.xxxvj. In qua de generatione incarnati verbi mirabili multa narrat ac declarat.

A Ubi.s. Eus dn̄s et saluator nr̄o fratres dilectissimi ante
multa tpa pphetatū est. Ascēdet sicut virgultū et
sicut radix de tra sitiēti. Quare vt radix: Q̄ q⁹
non est illi spēs neq̄ honor. Passus est: humiliatus est: conspu⁹ est: nō habebat spēm: homo apparebat cū
deus esset. Sed quomō radix nō est pulchra: sz int⁹ hz vim
pulchritudinis sue. Attēdite fratres mei: videte misericordiā dei. Attēdis arborē pulchrā: amenā: foliis virentē: fructib⁹ opulētā: laudas. Delectat aliquid de fructu carpere
sub vmbra ei⁹ sedere ⁊ recedere ab esu. Laudas totā illā
pulchritudinē. Si radix ostēdat tibi nulla pulchritudo i
ea est. Noli ptēnere q̄d abiectum est: inde pcessit q̄d miraris: vt radix sit in terra sitiēti. Attēdite modo charitatē arboris: creuit eccla: crediderūt gētes: victi sunt terre principes sub noie xp̄i: vt essent victores in orbe terrarū. Positū est collū eor sub iugo christi. Persequebant ante xp̄iāos
p idolis: psequant idola ppter xp̄m. Omnes pfugiunt ad
aurilliū ecclesie: in oi pssura: in oi tribulatiōe sua. Creuit il
Mat.xiij. lud granū sinapis: factū est maius sup oia olera. Venīunt volatilia celi: supbi scī: et requiescūt sub ramis ei⁹. Q̄ hec
tāta pulchritudo: Nescio de qua radice surrexit: ⁊ ista pulchritudo in magna glia est. Queram⁹ radicē. Cōsput⁹ est:

humiliat⁹ est: flagellat⁹ est: crucifixus est: vulnerat⁹ efficētus est. Ecce hic species nō est: sed in ecclesia gloria ra
dicis pollet. Ergo ipsum describit sponsum: illum ꝓpētū
inhonoratū: abiectū. Sed mō videre habetis arborē q̄ lu
rexit de ista radice: ⁊ ipleuit orbē terrarū. Redi ꝓ terra
sitienti: nō est spēs illi neq̄ honor. Et vidim⁹ illū et non habuit spēm neq̄ decorē. Mone h̄ est fabri illi⁹ q̄ nō habuit de
corē: vt diceret. Mone vez dicim⁹ q⁹ demonū habes: Ja
noie aūt ipsi⁹ demonia fugiebāt: et illi obiecit: q⁹ demoniū
habes. Sed quare hoc: Vidim⁹ eū: ⁊ nō habebat speciem
neq̄ decorē. Quē spēs illi⁹ it⁹ erat vbi nō videbat: Ja ꝓcipio erat ꝟbū: ⁊ ꝟbū erat apud deū: et deꝰ erat ꝟbū. Quæ
est spēs illius: Qui cū in forma dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo. Et vbi visus est nō habere spēm
neq̄ decorē: Et nō habuit speciē: sed vult⁹ eius abiect⁹ et
deformis positio ei⁹ ab omnib⁹ hominibus: hō in plaga in
plaga hō: ante plagā deꝰ: post plagā deus homo: hō in plaga ⁊ q̄ sciat ferre infirmitates. Infirmitates quoties: Ipsorum a q̄bus patiebat. Medicus ferebat infirmitates pteritas
neticoꝝ: ⁊ cū ipse crucifigeret/orabat ⁊ dicebat. Pat igno
sce illis: q⁹ nescīt q̄d factūt. Attēdite q̄uo amem⁹: spōsus
q̄ stomagis deformis nobis cōmendat: tanto charior: tanto dulcior fact⁹ spōse: ppt q⁹ ⁊ auertit se. Auertit se ne illi
itelligerēt illi q̄ eū crucifigebāt. Facies eius iniuriata est
nec magni estimata est. Hic infirmitates nr̄as portat: ⁊ p
nobis i dolorib⁹ ē: ⁊ nos existimauim⁹ illū i dolorib⁹ esse ⁊
in plaga ⁊ in pena: ipse aūt vulneratus est ꝓpter pctā nr̄a:
⁊ infirmatus est ꝓpter iiq̄tates nr̄as. Eruditio pacis nr̄e
in eum: liuore ei⁹ sanati sum⁹. Q̄s vt oues errauim⁹: ⁊ dominꝰ tradidit illū ꝓ peccatis nr̄is. Euangeliū est an pphetia: Quid dicunt contra ista iudei: Mone mirū est audire
eos ista: habere illos ista: legere illos ista: Non inueniri de
quo dici potuerūt: nisi de illo vno q̄ in euāgelio predicat q̄
orbē terrarū: ⁊ adhuc nō ee xp̄ianos: sed sic esse illos cecos
aduersus cuitētissima eloq̄a pphetarū. Noli mirari cecitatē iudeoꝝ de xp̄o. Ecce trāsit q⁹ dicit de spōso: accipit uxorē ⁊ de spōsa. Et quomō in spōso mirabar cecitatē iudeoꝝ
sic i sponsa miraberꝫ cecitatē hereticoꝝ. Jā mō miremur
cecitatē iudeoꝝ. Dns tradidit illū ꝓ pctis nr̄is: ⁊ ipse qui
tradit⁹ est nō aperuit os. Ut ouis ad immolandū ducet⁹ est
vt agn⁹ ante eū q̄ se tonderet fuit sine voce: sic non aperuit
os suū. In hūilitate iudiciū ei⁹ sublatū est: ⁊ ne ꝓtēnas. Ge
nerationē ei⁹ q⁹ enarrabit: Q̄uā gnationē: Ante luciferi
genui te. Ecce vna gnatio. Ante lucifer: ante omnia que facta sunt: ante oēs āgelos: ante oēm creaturā. Quare: Quia
ꝓ ipm facta sūt. Sz forte scda ei⁹ gnatio narrat. Quis illā
narrat: Fide accipit. masculꝰ nō accedit: vterus ꝟginis mater: pcedit tāq̄ spōsus de thalamo suo. Mirabilis ista generatio: mirabilis ista humana: q⁹ sine patre/mirabilis illa q⁹ sine mre. Ut ouis ad immolādū ducꝰ est: vt agn⁹ ante
eū q̄ se tōderet: sic nō aperuit os suū. In humilitate iudicij
ei⁹ sublatū est. Gnationē ei⁹ quis enarrabit: Q̄m tollet de
terra vita ei⁹. Resurrectionē ei⁹ pdicat. Audetis q⁹ verus
dn̄s q̄si potēs nō possit: nisi ꝛe charitas hec dicebat. Que
scripta sunt in lege ⁊ i ꝓphetis ⁊ psalmis de me q̄ oportebat xp̄m pati ⁊ resurgere. Audist⁹ ⁊ resurgere. Mō audiit
q̄n tollet de terra vita eius: ⁊ pdicari in noie ei⁹ penitētiā
⁊ remissionē peccatoꝝ p oēs gētes: incipiēs ab hierlm. Incipiet ⁊ illud ab isto ꝓpheta: nō q⁹ debem⁹ ꝓphetā ꝓponere
deo: ꝓco ꝓcessit: iudex secut⁹ est. Mō sua sed iudicis verba
ꝓco dicebat: Q̄uā ꝓsequēs ꝟba sua i pcone firmauit: quia
tollet de terra vita ei⁹. Ab iniq̄tatib⁹ ꝓpli mei ductꝰ est ad
mortē. Audiebat⁹ mō dicētē illis. Quid vobis feci: Si
uenistis i me pctm: arguite me. Et illi. Crucifige crucifige
vt putabāt hoiez tū nocētē: ergo ab iniq̄tatib⁹ ꝓpli mei ductus est ad mortē. Dabo q̄ malos ꝓ sepultura ei⁹. Quid est
ꝟ: dabo malos ꝓ sepultura ei⁹: ⁊ diuites ꝓ morte ei⁹. Dabo malos ꝓpt sepulturā ei⁹: ⁊ diuites ꝓpter mortē ei⁹. Diues ille
ab arimathia ioseph: cū dns pēderet i cruce ītrauit ad pilatū ⁊ petiit corꝓ ei⁹: obsecut⁹ est vt sepeliret: dati filii dilectes ꝓ morte ei⁹. Sepeliuit pauperē i quo diuitias requirebat. Ergo diuites ꝓpter mortē eius. Q̄s postea dixit ꝓmo factū est: q̄s ꝓmo dixit postea factū est: malos ꝓ sepultura eius. Ubi ostēdimus: Intrauerūt iudei

Matthei xxvij. et dixerūt ei. Dne audiuim⁹ q⁹ ille planus: id est ille impostor dixit discipulis suis: q⁹ resurrectur⁹ erit occisus: iube
custodiat sepulchrū: ne forte veniāt discipuli eius nocte et
auferant eū: ⁊ fiat error maior priore. Ait illis pilatus. Habetis milites: ite custodite sicut vultis. Acceperūt milites
posuerunt ibi. Mali sunt isti: ipsi sunt dati ꝓpter sepulturā
eius ad custodiendū. Sed vñ, pbam⁹ q⁹ mali sunt: Milites
innocētes erāt missi: iudex eis pcepit: venerūt ad sepulchrū
custodierūt. Audi q⁹ mali sunt. Lege euāgeliū. Postea q̄
resurrexit dns ⁊ viderūt angeli: cōterriti ⁊ osternati sunt.
Quādo dictū est alijs. Nolite timere vos: isti timore pcussi
q⁹ fide subleuati nō sunt. Et tū cū ista scirēt: venerūt ad iudeos: dixerūt illis ista oia. Dixerūt iudei. Damus vobis pecuniā. Ergo mali erāt: veritatē absc̄derūt mēdaciū vēdiderūt. Et quō mendaciū vendidert: Mō mirū: mendaciuꝫ
vendiderunt: mendaciū ceci cecis. Dicite dictū est illis: q⁹
dormientib⁹ nobis venerunt discipuli eius ⁊ subtraxerūt
illū. O vanitas vendēs vanitatē audituris vanis ⁊ creditu
ris. Sed hoc est apud iudeos: sic hī ipsa fama q̄ va
na q̄ falsa: q̄ inanis. Testimoniū martyrū nolūt audire vt
viuāt ⁊ testimoniū dormientiū audiūt vt pereant. Si dormiebāt custodes: vñ scire potuerunt q⁹ illū tulerit de sepulchro: aut q̄d vigilabas male: O male de quo nō sine causa
Esa.liij. dixit propheta. Dabo malos ꝓ sepultura ei⁹. O mali. O pessimi: aut vigilabatis ⁊ custodire debuistj: aut dormiebatis et quid sit factū nescitis. Impletū est enim q⁹ spūs sanctus p psalmistā multū añ pdixerat. Cogitauerunt pniciosum q⁹ non potuerunt stabilire. Nos ergo fres charissimi p q̄
rum salute ista oia ⁊ pdicta sunt ⁊ impleta: gratias agam⁹
diuine mie: ⁊ quantū possum⁹ totis viribꝰ laborem⁹: vt bñficia dei non nobis iudicium pariant sed profectum: vt cū
tremendus iudicij dies ⁊ tēp⁹ reddende rōnis aduenerit
q̄d nobis dns ⁊ saluator noster contulit iudicatus inte
grum inueniat iudicaturus. Eq̄d ille cū venerit reddit rus est q⁹ pmisit: sed reqsitur⁹ est q⁹ redemit: ⁊ q⁹ in pmo
aduentu ptulit: exactur⁹ est in secundo. Quis multum p
Euāgelij sctī lectionē de qua pridē charitati vre locuti sum⁹: ista q̄ modo lecta est hodierna pcēt dñm loquētē audiebāt: r discipuli r iudei. Veritatē loquentē audiebāt: r veraces et r mēdaces. Charitatem loquentem audiebant: r amici et inimici. Bonum loquentem audiebāt: et boni et mali. Illi audiebant: sed ille discernebat. Et quib⁹ sermo prodesset et profuturꝰ eēt: videbat et preuidebat. Jn illis enim q̄ tunc erant videbat: in nobis qui futuri eram⁹ preuidebat. Nos itaq̄ sic audiamus euāgeliū: quasi pſentē dñm. Nec dicamus o illi felices qui eū videre potuerunt: qz multi in eis qui viderunt r occiderūt: multi aūt in nobis qui non viderunt r credide runt. Qđ enim pciosum sonabat de ore dñi: et propter nos scriptū est et nobis seruatū est: r propter nos recitat: r ppt posteros recitabitur: r donec seculum finiatur. Sur ſz est dñs: ſz ēt ḃ est veritas dñs. Corp⁹ enī dñi i q̄ resurrexit: vno loco esse potest. Veritas ei⁹ vbiq̄ diffusa est. Dñm ergo audiam⁹: et qđ ipse donauerit de verbis ei⁹ et nos dicamus.

⌊ Mōne moyses inquit: dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legē. Quid me queritis interficere: qz nemo ex vobis facit legem. Nam si legē faceretis: in ipsius litteris xp̄z cognosceritis: r presentē nō occideretis. Et illi rescpōderunt. ⌊ Rndit enī turba. † ⌋ Rndit q̄si turba nō pertinētia ad ordinē: ſz ad pturbationē. Denīq̄ turba turbata: videte quid rescpōderit? ⌊ Demoniū habes: quis te querit † occidere? ⌋ Quasi non peius fuit dicere: demoniū habes q̄ eum occidere. Et quippe dictum est q̄ demoniū haberet: qui demōes expellebat. Quid possit aliud dicere turba turbata: videte quid rescpōderit. Turba turbata est. Ubi? A veritate. Turbā lippitudinis: turbauit claritas lucis. Oculi enim nō habentes sanitatem: non possunt ferre luminis claritatē. Dñs aūt non plane turbatur: sed in ſua veritate tranq̄llus / non reddidit malū p malo: nec maledictū p maledicto. Quib⁹ si diceret: demonium habet⁊ vos: verū ita q̄ diceret. Nō enī talia illi veritati dicerēt: nisi eos falsitas diaboli irritaret. ¶ Quid ergo rescpondit audiamus tranquille et trāsquillū bibamus. ⌊ Unū op⁹ feci: r omnes miramini. ⌋ Tāq̄ dicēs. Quid si omnia opera mea videritis? Ipsius enim opera erant que in mundo videbāt: et ipsum qui fecit omnia non videbāt. Fecit vnā rē r turbati sunt: qz saluus fecit dominē

B

† Alia lit. r dixit ei.

† Alia lit. iterficere.

sabbato. Quasi vero si ḳsḳ egrot⁹ sabbato sinceraret: ali⁹ illū sanū fecisset ḳ ille qui eos scandalizauit: qz vnū hoiem saluū fecit sabbato. Quis enim alius alios saluos fecit ḳ ipsa salus: qui illā salutē quā dedit huic homini dat et tumentis? Salus enim corporalis erat. Salus carnis ꝛ reparatur ꝛ moritur. Et cū reparatur/mors differtur nō aufertur. Tamen ffes ēt ipsa salus a dño est: per quēlibet detur. Quocūq; curánte ꝛ ministrante ipartiatur: ab illo datur a quo est omnis salus. Cui dicitur in in psalmo. Boies ꝛ tumenta saluos facies dñe: sicut multiplicasti miam tuā de⁹. Quia enim de⁹ est/multiplicat miam suā: puenit etiā ad salutē carnis humane: peruenit etiā ad salutē mutorū animaliū. Sed qui dat salutem carnis hominib⁹ iumētisq; cōmunem: nunqd nulla salus est quam seruat hominib⁹? Est certe alia que non solū cōis est hominibus et tumentis: sed nec ipsis hoib⁹ cōis est bonis et malis. Deniq; cum ibi de ista salute dixisset quā cōiter accipiunt pecora et boies, pter illā salutem quā sperare debent homines/secutus adiunxit. Filij aūt hominum sub tegmine alarum tuarū sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrēte voluptatis tue potabis eos. Quō apud te est fons vite: ꝛ in lumine tuo videbimus lumen. Hec est salus que ad bonos ptinet quos appellauit filios boiz: cū supra dixisset, Boies et tumenta saluos facies dñe. Quid enim? Illi hōmines nō erant filij hominum: vt cū dixisset homines: sequeretur ꝛ diceret. Filij aūt hominum in tegmīe alarum tuarum sperabunt? Quasi aliud erant homines: ꝛ aliud filij hominum.

C ¶ Mō tamen arbitroz sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spiritum sanctum. Homines ad primū adā: filij hominum ad christū. Forte enim homines ptinent ad primū hominem: filij aūt hominum pertinent ad filium hominis. Vnū opus feci: ꝛ oēs miramini: ꝛ continuo iungit. ⌊ Propterea moyses dedit vobis circuncisionem. ⌋ Nō fecerum est vt acciperetis circuncisionem a moyse: ⌊non qz ex moyse est sed ex patrib⁹. ⌋ Abraam ḳppe prim⁹ accepit circūcisionē a dño: ⌊ꝛ in sabbato circuncidit is. ⌋ ꝛ Cōuicit vos moyses. In lege accepistis: vt circūcidatis octauo die. Accepistis in lege: vt vacetis septimo die. Si octau⁹ dies illi⁹ ḳ nat⁹ē occurrerit ad diē septimū: dd facietis? Vacabit ⌊ vt seruetis sabbatū: an circūcidetis vt impleatis sacramentū diei octaui. Sed noui inquit quid facitis. Circunciditis hominē. Quare? Quia circūcisio pertiet ad aliquod signaculum salutis: et non debent homines sabbato vacare a salute: ergo nec mihi irascimini: qui saluū fecit totū hominez sabbato. ⌊ Si circūcisionē inquit accipit homo in sabbato vt nō soluatur lex moysi ꝛ aliquid enī p moysen in illa cōstitutione circūcisionis: saluberiter institutum est: mihi operanti salutē in sabbato quare indignamini? Forte eni illa circūcisio iḟm dñm significabat: cui isti curāti ꝛ sananti in sabbato. ⌊ Si circūcisionē inquit accipit homo in sabbato vt nō soluatur lex moysi ꝛ aliquid enī p moysen in illa cōstitutione circūcisionis: saluberiter institutum est: mihi operanti salutē in sabbato quare indignamini? Forte eni illa circūcisio iḟm dñm significabat: cui isti curāti ꝛ sananti in sabbato. Jussa est enī adhiberi octauo die circūcisio. Et ḋd est circuncisio: nisi carnis expoliatio? Significat ḡ ista circūcisio expoliationē a corde cupiditatuz carnaliū. Nō ergo sine cā data est: ꝛ in eo mēbro iussa fieri: qm̄ p illō mēbrum procreatur creatura mortaliuz: ꝛ p vnū hoiem mors sicut per vnū hominē resurrectio mortuoꝝ: ꝛ per vnū hoiez peccatum intrauit in mundum: ꝛ per peccatū mors. Jdeo quisq; cū preputio nascitur: qz omnis homo cum vitio propaginis nascitur: et non mundat de⁹ siue a vitio cū quo nascimur: siue a vitijs que male viuendo addimus: nisi p cultellum petrinū. i. dñm iesum xp̄m. Petra enim erat christ⁹. Cultellis enim petrinis circūcidebāt: et petre nomine xp̄z figurabant: et presentem non agnoscebāt: sed insuper eum occidere cupiebāt. Quare aūt octauo die: nisi quia post septimū sabbati dñs die dnico resurrexit? Ergo resurrectio xp̄i ḳ facta est tertio ḋdez die passionis sed octauo die ī diebus hebdomadis: ipsa nos circuncidit. Audi circuncisos vera petra: apostolo admonente. Que surſum sunt querite: nō que sup terrā. Circūcisio loquit. Resurrexit xp̄s abstulit vobis desideria carnalia: abstulit cōcupiscētias malas: abstulit supfluū cū quo nati eratis: ꝛ multo pcius ḳ male viuendo addideratis. Circūcisi per petrā: quare ad huc sapitis terram? Et ad extremū quia legē dedit moyses et circuncidit is hominem sabbato: intellige hoc significari op⁹ bonū quod ego feci totum hominem saluum sabbato: qz et curat⁹ est vt sanus esset in corpore: et credidit vt sanus est in anima. ⌊ Nolite iudicare † personaliter. sed rectum iudicium iudicate. ⌋ Quid est hoc? Modo qz p legē moysi circuncidit is sabbato: non irascimini moysi: et qz ego die sabbati saluū feci hominem irascimini mihi. Personaliter iudicatis: veritatē attendite. Ego non me prefero moysi/aut eñs: qui erat et ipsius moysi dñs. Sic attendite quō homines nos vnos tāḡ ambos boies. Judicate inter nos: sed verū iudiciū iudicate. Nolite me honozare: et honoratum illum damnare: sed illo intellecto me honozate. Hoc enīz eis alio loco dixit: si crederetis moysi/crederetis vtiq; et mihi. De me enī ille scripsit. Sz hoc loco noluit dicere: tāḡ se ꝛ moyse ante illos cōstitutis. Propter legē moysi circūcidit qz etiā sabbatum occurrerit: et ego sanitatum faciē darū dū et etiā nō vultis vt exhibeā p sabbatū: Quia dñs circuncisionis et dñs sabbati: salutis est auctor. Et seruilia opera ꝓhibiti estis facere sabbato: si vere itelligatis seruilia opa non peccatis. Quis enim facit peccatum: seruus est peccati. Joh. viij. Runqd seruile op⁹ est hominē sanare sabbato? Vanducatis et bibitis: vt aliquid dicā ex ammonitione dñi nostri ihu xp̄i ex verbis ei⁹. Vtiq; quare manducatis et bibitis in sabbato: nisi qz pertinet ad salutē qđ facitis? Per ꝺ oēs ditis opera salutis/non eē vllo modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personaliter iudicare: sed rectum iudicū iudicate. Attendite me quō hominē: attēdite moysen quō hominez. Si ḟm veritatem iudicetis: neq; moysen neq; me cōdēnabitis. Et veritate cognita/me cognoscetis qz ego sū veritas. Hoc vitiū fratres qđ dñs notauit hoc loco euadere in hoc seculo magni laboris est: non personaliter iudicare sed rectum iudicium retinere. Ammonuit quidē dñs iudeos: sed monuit et nos. Illos cōuincit ꝛ nos instruxit. Illos redarguit: nos exacuit. Non putemus hoc nobis non ideo dictum: qz tunc ibi non fuimus. Scriptum est/legitur cum recitaretur audituimus. Sed tanḡ iudeis dictum est diuitū⁹. Non nos ponam⁹ post nos: et quasi intueamur in quos reprehēsos: et ipsi nos factamus qđ in nobis veritas ipsa reḟendat. Judei quidē personaliter iudicabant. Sz ideo non pertinent ad nouū testm̄: ideo non habent in ꝓpio regnū celoz: ideo non iungunt sanctorum societati angelorum. Terrena ḡrebāt a dño. Terra enim ꝓmissionis/victoria ab inimicis/fecūditas parienti/multiplicatio filioꝝ abundantia fructuum: q̄ illis omnia a deo quidē vero ꝛ hoc no/tamen vt carnalibus ꝓmissa sunt. Omnia hec fecerunt illis vetus testamentum. Quid est vetus testamētū? Quasi hereditas pertinens ad hominem veterem. Nos innouati sum⁹ hō nou⁹ facti sumus: qz et ille hō nou⁹ venit. Quid tam nouū q̄ nasci de virgine? Qz ergo non erat quod in illo innouaret ꝓceptum: qz nullum habebat peccatum: nou⁹ partus est natus. In illo partus nouus: in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus. Ad quā rem innouatus? Ad desideranda celestia: ad concupiscenda sempiterna: ad patriam que surſum est/que hostem non timet desiderandā. Ubi non perdimus amicum: nō timem⁹ inimicū: vbi viuem⁹ cū bono affectu sine defectu: vbi nēo nascitur qz nemo morit vbi nemo tam ꝑficit ꝛ nēo deficit: vbi non esuritur et nō sitit⁹: sed sattietas est immortalitas et cibus veritas. Hec habentes ꝓmissa et ad nouum testamentū ptinentes et noue hereditatis facti heredes et ipsi⁹ dñi coheredes: aliā spē valde habemus. Non psonaliter iudicemus: sed rectū iudicium teneamus. Quis est qui nō iudicat personaliter? q̄ diligit equaliter. Dilectio equalis facit non acceptari personas. Nam cū homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus: tunc timendum est ne personas accipiamus. Sed qñ inter duos iudicamus: ꝛ aliqñ inter necessarios. Fit nonnūq; iudiciū inter patrem ꝛ filiū. Queritur pater de malo filio: aut ḡritur filius de duro pre. Seruasmus honorificentiā que debetur patri a filio que de ficit a filio. Non equamus filiū patri in honore iz ꝓpemus si bonam cām habet. Filium equamus patri in veritate: et sic tribuimus honozem debitum: vt non perdat equalitas meritum. Jta verbis dñi proficimus: ꝛ vt proficiamus gratia illius adiuuamur.

Dicebāt ergo quidā ex hierosolymis. Nonne hic est quem q̄runt interficere. Ecce palā loquit ꝛ nihil ei dicūt: nunqd vere cognouerunt principes quia hic est christus: sed hunc scimus vñ sit. Christus aūt cum venerit nemo scit vnde sit. Clamabat ergo iesus in templo docens ꝛ dicens: Et me scitis et vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sz est verus qui misit me quez vos nescitis: ego scio eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax: sed scio eum quia ab ipso sum: ꝛ ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hoza eius. De turba aūt multi crediderunt in eum et dicebant. Christus cum venerit nunquid plura signa faciet ḡ que hic facit. Audierūt pharisei turbā murmurantem de illo hec. Et miserūt principes et pharisei ministros vt apprehenderunt iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicū tempus vobiscum sum. Et vado ad eum qui me misit. Queritis me et non inuenietis. Et vbi ego sum vos non potestis venire. Dixerūt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentiuz itur⁹ est et docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit queretis me ꝛ non inuenietis. Et vbi sum ego vos non potestis venire.

Eminet charitas vestra pristinis sermonibus et lectū esse in euāgelio/et a nobis vt potuimus disputatum: ḳ dñs iesus iō velut occulte ascēdit ad diē festū non qz timebat ne teneret: sed vt significaret etiam in ipso die festo ḳ celebrabat a iudeis se occultari: suū esse mysteriuz. Hodierna ergo lectione apparuit potestas que putabatur timiditas. Loquebat eni palā in die festo: ita vt mirarentur turbe et dicerēt qđ audiuim⁹ cū lectio legeret. ⌊ † Nōne hic ē quē q̄rebāt interficere. Et ecce palā loqtur: ꝛ nihil illi dicunt. Nūqd vere cognouerunt principes qz hic est xp̄s? ⌋ Qui nouerant qua seuitia q̄rebant: mirabant qua potentia non tenebatur. Deinde nō plene intelligētes illi⁹ potentiā/putauerunt principū esse scientiā qō ipli cognouerant eūdē ee xp̄m. Jō pepcerunt ei: quē tantopere occidendū quesierunt. Deinde illi ipsi apud semetipsos ḋ dixerāt: nunqd cognouerunt principes quia hic est christus: fecerunt questionē/qua eis videretur ḳ non ipse esset christus. Adiungentes enim dixerunt. ⌊ Sz istū nouimus vnde sit: christ⁹ aūt cū venerit nemo scit vñ sit. ⌋ Non enim inaniter opinio nata est. Si considerem⁹ scripturas inueniem⁹ fres: quō sancte scripture dixerint de christo qm̄ ex semine dauid vocabitur. Ergo ꝓdixerunt vnde sit. Rursus si locum natiuitatis eius q̄ram⁹/tanḡ inde sit vbi nat⁹ est: nec hoc latebat iudeos propter scripturas q̄ ista ꝓdixerāt. Mā eē cum visa stella magi q̄rent adozare: venerunt ad herodem et dixerunt quid quererent et quid vellent. Ille aūt cōuocatis eis qui legem sciebāt: quesiuit ab eis vbi christ⁹ nasceretur. Illi dixerunt. Jn bethleē iude. Et testimoniū etiam ꝓphetic̄ protulerunt. Si ergo prophete ꝓdixerant et locū vnde erat ozigo carnis ei⁹: locū vbi eū pepit mater ei⁹: vnde nata est ista opinio apud iudeos quaz modo audiuimus/christ⁹ cū venerit nemo scit vnde sit: nisi qz vtrūq; predicauerāt et prenunciauerant scripture. Scōz hominē ꝓdixerunt scripture vnde esset: ḟm deū latebat impios et querebat ꝓios. Ad hoc enim ꝛ isti dixerunt: christus cum venerit nemo scit vnde sit: quia hanc illis opinionem generauerat quod per esaiam dictum est. Generationem autem eius quis enarrabit? Deniq; et ipse dominus ad vtrūq; rñdit et qz nouerant eū vnde esset/et quia non nouerant vt ad testē ꝓphetie sancte q̄ de illo ante predicta est/ꝛ ḟm humanitatem infirmitatis: ꝛ ḟm diuinitatem maiestatis. Audi te ergo verbū dñi fratres. Videte quēadmoduz ꝓfirmauit eis qđ dixerūt: christus cum venerit nemo scit vñ sit. ⌊ Clamabat ergo docens in templo iesus. Et me scitis et vnde sim scitis: ꝛ a meipso non veni sed est ver⁹ qui me misit quē vos nescitis. ⌋ Hoc est dicere ꝛ me scitis: ꝛ me nescit⁹. Hoc est dicere et vñ sim scitis: ꝛ vnde sim nescitis. Und sim scitis/iesus a nazareth: cui⁹ ēt parentes nostis. Solus enim in hac cā latebat virginis partus: cui tñ testis erat marit⁹? Ipse enīz hoc poterat fideliter indicare: qui possit maritaliter et zelare. Hoc ergo excepto virginis partu: totum nouerant in iesu qđ ad hominem pertinet. Facies ipsi⁹ nota erat: patria ipsius nota erat: genus ipsius notum erat: vbi natus est sciebat. Recte ergo dixit et me nostis: ꝛ vnde sim scitis ḟm carnem et effigiem hominis quā gerebat. Scōm aūt diuinitatem et a meipso non veni: sed ver⁹ est ḳ me misit quē vos non scitis: Sed vt eum sciatis: credite in eū quē misit et scietis. Deū enim nemo vidit vnq̄: nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris: ipse enarrabit. Et patrem non cognoscit nisi filius: ꝛ cui voluerit fili⁹ revelare. Deniq; cū dixisset: sed est verus ḳ misit me quem vos nō scitis vt ostenderet eis vnde possent scire qđ nesciebant/subiecit. ⌊ Ego scio eum. ⌋ Ergo a me queratis vt sciatis eum. Quare aūt scio eū? ⌊ † Quia ab ipso sum: et ipse me misit. ⌋ Magnifice vtrūq; mōstrauit. Ab ipso inquit sum: quia filius de patre. Et quicquid est filius: de illo est cuius est filius. Jdeo dñz iesuz dicimus de deo: patrē non dicimus deū de deo sed tm deū. Et dicimus dñm iesum lumen de lumine: patrem non dicimus lumen de lumine/sed tantum lumen. Ad hoc ḡ ptinet quod dixit: ab ipso sum. Quod aūt videtis me in carne/ipe me misit. Ubi audis ipse me misit: noli itelligere natura dissimilitudinem: sed generantis auctoritatē. ⌊ Quere bant ergo eū apprehendere et nemo misit in illum manus: quia nondū † venit hoza eius. ⌋ Hoc est qz nolebat. Quid ē enim nondum venit hoza eius. Mō enim dñs sub fato natus est. Hoc nec de te credēdum est: q̄tominus de illo per quem factus es? Si tua hoza voluntas est illius: illi⁹ hoza que est nisi voluntas sua? Non ergo hozam dixit qua cogeretur mori: sed qua dignaretur occidi. Tempus enim expectabat quo moreretur: qz et tempus expectare voluit q̄ nasceretur. De hoc apostolus loquens ait. Cū aūt venit plenitudo temporis: misit de⁹ filium suum. Jdeo multi dicūt. Quare non ante venit christus? Quibus respondend ū est quia nondum venit plenitudo tēporis: moderante illo per quē fctā sunt tēpora. Sciebat enim qñ venire deberet. Primo per multā seriem temporuꝫ ꝛ annorum predicendus fuit Non enim aliquid parum venturum fuit: diu fuerat predicādus semp tenendus. Qđ to maioz iudez veniebat: tanto ꝑ conū lōgioz series precedebat. Deniq; vbi venit plenitudo tēporis venit et ille ḳ nos liberaret a tēpore. Liberati enī a tēpore: venturi sumus ad eternitatem illam vbi nō ē tempus. Hec dicitur tbi quādo veniet hoza. Dies est enim sempitern⁹: qui nec preceditur hesterno: nec excluditur crastino. Jn hoc aūt seculo voluuntur dies: et alij transeunt/et alij veniunt/nullus manet. Et momenta ḋb⁹ loquimur inuicē se expellunt. Hec stat prima silliaba vt sanare possit secunda. Ex quo loquimur aliquātum senuimus: ꝛ sine vlla dubitatione senioz sum modo q̄ mane. Jta nihil stat nihil fixū manet in tempore. Amare ita q̄ debemus per quē fctā sunt tempora vt liberemur a tēpore ꝛ figamur in eternitate vbi iam nulla est mutabilitas tempoꝝ. Magna igitur mia dñi nr̄i iesu xp̄i/factū ee eū ꝓpter nos in tempore per quem facta sunt tempora: factū ee inter omnis: per quē facta sunt omnia: factuz esse quod fecit. Factus est enim quod fecerat Factus est enim homo qui dominem fecerat: ne periret qđ fecerat. Scōm hanc dispensationē iam venerat hoza natiuitatis: et natus erat. Sed nondum venerat hoza passiōis: ideo nondum passus erat. Deniq; vt noueritis non necessitatem sed potestatem morientis/propter nonnullos hoc ioquor: qui cum audierint nondum venit hoza ei⁹/edificant ad credēda facta eius ꝛ fiunt corda eorum fatua. Et ergo noueritis potestatem morientis: ipsam passionem recolite. Crucifixum intuimini. Dixit in ligno pēdens. Sitio. Illi hoc audito/in arundine per spongiā obtulerūt ei acetū in cruce. Accepit ꝛ ait. Perfectū est: et inclinato capite tradi

† Preter mittit hic ter. Et si dixero vs. q̄s sed scio eum.

† Alia lit. venerat.

Joh. xix.

dit spiritū. Videtis potestatē mortēdi: q hoc expectabat volens donec oia cōplerenf q de illo predicta fuerant: ante mortē futurā. Dixerat enī prophera. Dederunt in escā meā fel: et in siti mea potauerūt me aceto. Expectabat vt hec oia complerenf. Posteaq cōpleta sunt dixit: perfectū est. Et abiecessit potestate: quia non venerat necessitate. Jdeo qdā plus mirati sunt istam potestatem mortendi: q potentiaz miracula faciēntis. Ventum est enim ad crucem vt corpora deponerenf de ligno: qn sabbatum illu scebat. Et inuenti sunt latrones viuentes. Supplicū qppe crucis ideo durius erat q diutius cruciabat: et ocs cruciixi longa morte necabant. Illi aūt ne remanerent in ligno/crurib⁹ fractj coacti sunt mori: et possent inde deponi. Dñs autē inuent⁹ est mortuus: et admirati sunt omnes. Et qui cū viuum contempserunt/mortuū sic mirati sunt: vt dicerent quidā. Vere filius dei est hic. Unde est illud fratres/vbi ait queretis: ego sum: et illi retro redeūtes omnes ceciderūt. Erat ergo in illo potestas summa. Nec hora cogebatur mori/ sz hora expectabat qua oportune fieret voluntas: non qua inuite impleretur necessitas. Be turba autem multi crediderunt in eū. Humiles et pauperes saluos faciebat dñs. Principes insanebant: et ideo medicū non solū non agnoscebāt: sed etiā occidere cupiebāt. Erat quedā tu oa que suam egritudinem cito vidit: a illius medicinam sine dilatione cognoscebat. Videte quid sibi dixerit turba ipsa cōmota miraculis. Qunqd xps cū venerit plura signa † factur⁹ est? Utiq; ii duo non erunt hic est. Crediderūt ergo in eū dicentes ista. † Principes vero illi audita multitudinis fide et eo murmure quo xps glificabatur. Miserūt ministros vt apprehenderent eū. Quem apprehenderent adhuc nolentē? Quia ergo non porcant apprehendere nolentē: missi sunt vt audirent docentē. Quid docentē? Dicit ergo iesus. Adhuc modicū tēpus vobiscū sum. Ō modo vultis facere/facturi estis/sed nō modo: q adhuc modicū temp⁹ vobiscū sum. Et tunc vado ad eū q me misit. Im plere debeo dispensatione meā: a sic peruenire ad passionē meā. Queritis me et non inuenietis: et vbi sum ego: vos nō potestis venire. Sic iam resurrectionem suam predixit.

Moluerunt enim agnoscere presentē: a postea ḡsierūt cum viderent in eū multitudinē tā credentem. Magna enim signa facta sunt: etiā cū dñs resurrexit a ascendit in celum. Tūc per discipulos facta sunt magna: sed ille per illos qui et per seipm. Ipse quippe illis dixerat: sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille qui sedebat ad portā ad vocē petri surrexit/et suis pedib⁹ ambulauit vt hoīes mirarent sic eos allocutus est petrus: q non in sua potestate ista fecit: sed in virtute illi⁹ quem ipsi occiderunt. Multi cōpuncti dixerunt. Quid facturi⁹? Uiderūt eni se ingenti crimine impietatis astrictos: qñ illū occiderūt quē venerari a adorare debuerunt a hoc putabāt esse inexpiabile. Magnū eni facinus erat: cui⁹ consideratio illos faceret desperare. Sz non debebant desperare: p qb⁹ in cruce pendens dñs est dignat⁹ orare: Dixerat enim/pater ignosce illis: q nesciunt quid faciunt. Videbat quosdā suos inter multos alienos illis iam petebat veniā a quib⁹ adhuc acciptebat iniuriā. Non enim attendebat qō ab ipsis moriebatur: sz q̄ p ipis moriebat. Multū est qō illis cōcessum est: a ab ipsis et pro ipsis: vt nemo de sui peccati dimissione desperet / qñ illi veniam meruerunt qui occiderunt christū. Mortu⁹ est xps pro nobis: sed nunqd a nobis? At vo illi viderunt xpm suo scelere morientē: et crediderunt in xpm suis scelerib⁹ ignoscentē. Quouscq biberent sanguinē quē fuderant: de sua salute desperauerunt. Ergo hoc dixit. Queritis me et nō inuenietis: a vbi sum ego vos non potestis venire. Quia q̄situri illum erant post resurrectionē cōpuncti: nec dixit vbi ero: sz vbi sum. Sēp eni ibi erat xps: q fuerat rediturꝰ. Sic enim venit vt non recederet. vnde alio loco ait. Nemo ascēdit in celū/nisi q descendit de celo. filius hoīs q est in celo. Non dixit qui fuit in celo. In terra loquebatur: a in celo se eē dicebat. Sic venit vt inde non abscenderet. Sic rediit: vt nō nos derelinq̄ret. Quid miramini? De⁹ hoc facit. Homo eni sz corp⁹ in loco est/et de loco migrat. Et cū ad alīū locū venerit: in eo loco vnde venit non est. De⁹ aūt ē implet oia: a vbiq; totus est: nō scōm spacia tenetur locis. Erat tamen christus sz visibilem carnem in terra. Jdeo ait. Vbi ego sum vos non potestis venire. Nec dixit non poteritis: sed non potestis. tales enim tunc erant/qui nō possent. Ut vt sciatis nō hoc ad desperationē dictum: discipulis suis dixit tale aliqd: q ego vado vos non potestis venire: cū illis ozans dixerit/pr volo vt vbi ego sum a ipsi sint mecū. Deniq; hoc petro exposuit: a ait illi. Quo ego vado non potes me sequi modo. Seqūris aūt postea. Dixerunt ergo iudei/nō ad ipsum/sz ad semetipsos. Quo hic turꝰ est q nō inuentem⁹ eū? Numqd in dispersionē gentiū iturus est aut docturus gentes? Non enim sciebāt quid dixerūt: sed q ille voluit/prophetauerunt. Iturus enim erat dñs ad gentes: non presentia corporis sui: sed tamen pedib⁹ suis. Aut erant pedes eius? Quos pedes cōculcare volebat persequendo saulus: quādo ei caput clamabat. Saule saule quid me perseqūris? Quis est hic sermo qué dixit. Queritis me nō inuenietis: a vbi ego sum vos non potestis venire? Unde hoc dixit dñs nescierunt: a tñ aliqd qō futurū erat/nescientes pronunciauerunt. Dixit enim hoc dñs: q locū (si tamē dicendus est locꝰ). i. sinū p̄ris vnde nunq̄ discesserat unigenitus filius: non illi nouerant. Nec cogitare idonei erant vbi erat christus? vnde non recessit xps: quo redditurꝰ erat xps vbi manebat xps. Unde hoc cordi humano cogitare aut lingue explicare. Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt: et tamen ex hac occasione salutem nostrā predixerunt q iturus esset ad dispersionem gentiū: a impleturꝰ qō legebat et nō intelligebant. Populus quē non cognouī seruiuit mihi: in obauditu auris obaudiuit mihi. Illi non audierunt in qn oculis fuit: illi audierūt in quo⁊ auribus sonuit. Filius enī ecclie nature de gentib⁹: typum gerebat mulier que fluxus sanguinis patiebat: tangebat et non videbat: nesciebat et sanabatur. Figura quippe erat: qō dñs interrogauit. Quis me tetigit? Quasi ignorans ignorata sanauit. Sic fecit et gentib⁹. Non eū didicimus in carne: a meruimus carnem ei⁹ manducare/et in carne ei⁹ membra esse. Quare? Ut simus ad nos. Quos? Precones suos/discipulos suos/seruos suos/redēptos suos quos creauit: sed qn et redemit fratres suos. Totū parū dixi: mēbra sua semetipsum. Misit enim ad nos mēbra sua: et fecit nos membra sua. Tamen fm̄ ipe ciē corporis quā iudei viderunt et cōtrēpserunt: non apud nos fuit xps. Et et hoc de illo dictū erat: sicut apostolus dicit. Dico enim christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatē dei ad confirmandas promissiones patrū. Ad illos debuit ventre a quoz patrib⁹/et quorum patrib⁹ ē promissus. Jdeo et ipse sic ait. Non sum missus nisi ad oues q perierant domus israel. Sed quid dicit apostolus in scripti? Gentes aūt sup mia glorificare deū. Quid et ipse dñs? Habeo alias oues: q non sunt ex hoc ouili. Qui dixerat nō sum missus nisi ad oues que perierant domꝰ israel: quō by alias ad quas non est missus: nisi quia significauit per presentiam corporis alē non se missum exhibere nisi solis iudeis qui viderunt a occiderunt: a multi tamen inde et antea et postea crediderunt? Messis prima de cruce vētilata est: vt esset semen vnde alia messis consurgeret. Huc vero cum fama euāgelij a bono ei⁹ odore excitati/credunt fideles eius per omnes gentes: erit expectatio gentiū quando veniet q iam venit: qñ ab omnib⁹ videbitur qui tunc a quibusdam visus non est: a quibusdā visus est: qñ veniat iudicaturus qui venit iudicandus: quando veniat discreturus qui venit vt discerneretur. Non eni ab impijs christus est discretus sed cum impijs iudicatus. De illo enim dictum est: inter iniquos reputatus est. Latro eius sit: christus damnat⁹ est: accepit indulgentiam criminosus: damnat⁹ est qui omnia crimina confitentium relaxauit. Tamen et ipsa crux illa tendas: tribunal fuit. In medio enim iudice cōstitutorum latro qui credidit liberatus: alter qui insultauit damnatus est. Jam significabat quod facturus est de viuis a mortuis: alios positurus ad dexteram: alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad sinistra similis alter futuris ad dexteram iudicabatur et iudicius minsbatur.

Tractatus.xxxij.

¶ In nouissimo aūt die magno festiuitatis sue

bat iesus et clamabat dicēs. Si quis sitit veniat ad me a bibat. Qui credit i me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dixit de spiritu quē accepturi erant credētes in eū. Nōdum enim erat spiritus datus quia iesus nondum erat glorificatus.

After dissentiones et dubitationes iudeorum de domino iesu christo/inter cetera que dixit quib⁹ alij confunderenf alij docerentur. ¶ Nouissimo festiuitatis die illius/tunc enim ista agebantur: que appellabatur scenophegia: id est tabernaculorū cōstructio: de qua festiuitate iā ante meminit charitas vestra fuisse dictum: vocat dñs iesus xps a hoc non vtcūq; loquēdo se dixerim: vocat dñs iesus xps a hoc non vtcūq; loquēdo sed clamādo: vt qui sitit veniat ad eum. Si sitimus veniamus et non pedib⁹ sed affectibus: nec migrando sed amando veniamus. Qō fm interiorem hominem et qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore aliō corde. Migrat corpore: qui motu corporis mutat locū. Migrat corde: qui motu cordis mutat affectū. Si aliud amas aliud amabas nō ibi es vbi eras. Clamat ergo nobis dñs. Stabat enim et clamabat. Si qs sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut scriptum est: flumina de ventre ei⁹ fluent aque viue. Quid hoc est a qñ euāgelista exposuit: immorari nō debem⁹. Unde enim dixerit dñs: si quis sitit veniat ad me et bibat: et qui credit in me flumina de ventre eius fluent aq̄ viue: cōsequenter exposuit euangelista dicens. Hoc autez dixit de spiritu quē accepturi erant credentes in eum. Nō dum enim erat spiritus datus: q iesus nondū erat glorificatus. Est ergo sitis interior a venter interior: quia est hō interior. Et ille quidē homo interior inuisibilis: exterior autem visibilis. Sed melior interior qō exterior. Et q̄ nō vt hoc plus amatur. Constat enim plus amari hominem interiorē qō exteriorē. Si hoc ꝓstat? vnusquisq; in seipso ꝓbet. Quis enim qui male viuūt animos suos corpori addicāt viuere tamen volunt: q̄ nō est nisi anim⁹. Magisq; seipos iudicāt q regūt: qō illa q regūtur. Regūt enim animi regūt corpora. Gaudet vnusquisq; voluptate: a capit de corpore voluptatem. Sed separa animum/nihil restat in corpore q̄ gaudeat: a si de corpore gaudet/animus gaudet. Si gaudet de domo sua: de se non debet gaudere. Et si hz animus vnde delectet extrinsec⁹: sine delitijs manet intrinsecus. Omnino ꝓstat plus amare hominem aīaz suam qō corpus suum. Sz a in alio homine plus amat homo animā qō corpus. Quid enim amatur in amico: vbi est amor sincerior et castior? Quid amatur in amico: anim⁹ an corp⁹? Si fides amatur: anim⁹ amatur. Si benuolentia amat: benuolentie sedes animus est. Si hoc amas in altero q et ipe amat te/animū amas. Quia non caro sed animus amat. Jō eniz amas: quia te amat. Quere vnde te amet: et vides q̄d amas? Plus ergo amatur et non videt. Aliqd etiam volo dicere vbi magis appareat dilectioni vestre qō amet anim⁹: et quēadmodū corpori prepōatur. Illi ipsi lasciui amatores qui pulchritudine corporū delectant/a forma membrorum accendunt: tunc amant ampli⁹ qñ amant. Mā si amet a sentiet q odio habet: magis irascit qō diligit. Quare magis irascit qō diligit? Qz non ei reddit qō impendit. Si q̄ ipsi corpz amatores redamari se volūt: a hoc magis eos delectat si amentur: quales sunt amatores animoz? Et si magni sūt amatores animoz: quales sunt amatores dei: qui pulchros animos facit? Sicut enim anim⁹ facit decus in corpore: sic de⁹ in animo. Non enim facit corpori vnde ametur nisi anima. Qui cū migrauerit. cadauer horrescis. Et qn̄ cum pulchra illa mēbra dilexeris: sepelire festinas. Dec⁹ q̄ corporis animus. Dec⁹ animi de⁹. ¶ Clamat ergo deus vt veniamus a bibamus si intus sitiamus et dicit. Quia cum biberimus flumina aque viue fluent de ventre nostro. Uēter interioris hominis: conscientia cordis est. Bibito ergo isto liquore reuiuiscit purgata conscientia. Et hauriens fontē habebit. Etiā ipsa fons erit. Quid est fons/et quid ē fluuius qui manat de ventre interioris hominis? Benuolētia qua vult consulere proximo. Si enim putet quia quod bibit soli sufficere: non fluit aqua viua de ventre ei⁹ si aūt primo festinat consulere: ideo non siccat quia manat. Videbimus nunc quid sit qō bibunt qui credūt in domino. Quia vtiq; christiani sumus: et si credimus bibim⁹. Et vnusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit: et si viuit ex eo qō bibit: Non enim nos deserit fons: si non deseram⁹ fontem. Exposuit euangelista vt dixi/vnde dominus clamasset: ad qualem potum inuitasset: et quid bibentibus promisisset dicēs. Hoc autem dicebat de spiritu quē accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus: quia iesus nondū erat glorificat⁹. Quem dicit spiritū: nisi sanctum spiritum? Nam vnusquisq; homo habet in se proprium spiritum: de quo loquebar cum animū cōmendarem. Anim⁹ enim cuiusq; proprius est spiritus eius. De q̄ dicit paul⁹ apls. Quis enīz scit hominū que sunt hominis nisi spiritus q in ipso est. Deinde adiunxit. Sic et q̄ dei sūt nemo scit nisi spirit⁹ dei. Nostra nemo scit: nisi spiritus nostēr. Nō enim nou quid cogitas: aut tu quid cogito. Ipsa enim sunt propria nostra que interius cogitamus: et cogitationum vnius cuiusq; hominis ipsius spiritus testis est. Sic et que dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nos cū spiritu nostro: deus cum suo. Ita tamē vt deus cū suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis: nos aūt sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in deo. Deus autem scit i nobis: et quod ipsi nescimus in nobis. Nam infirmitatem suam petrus nesciebat quando a domino quod ter esset negatur⁹ audiebat/et eger se nesciebat: medicus egrum sciebat. Sunt ergo quedam que deus nouit in nobis: nescientibus nobis. Tamē q̄tū ad homines pertinet/nemo sic se nouit: quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur: sed spiritus eius nouit. Accepto aūt spiritu dei: discimus et quid agatur in deo. Non totum: quia non accepimus totum. De pignore multa nouim⁹. Pign⁹ enim accepimus: et huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interi in hac peregrinatione pignus nos cōsolatur: quia qui nos dignatus est oppignerare: multum paratus est dare. Si talis est arra: quid est cuius est arra? ¶ Sed quid est quod ait. Non erat spiritus datus: quia iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus. Nō enim non erat spiritus dei qui erat apud deum? Sed nondum erat in eis qui crediderant in iesum. Ita enim disposuit dominus iesus/non eis dare spiritum istum de quo loquimur nisi post resurrectionē suam: et hoc non sine causa. Et forte si quaramus/ānuet vt inueniamus. Et si pulsemus/aperiet vt intremus. Pietas pulsat non manus: q̄q̄ pulsat a manus: si ab operibus mie non cesset manus. Que igitur causa est: cur dominus iesus christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spm̄ sanctum? Quod anteq̄ dicamus vt possumus: prius querē dum est ne quem forte moueat quomodo nondum erat spiritus in hominibus sanctis: cum de ipso domino recēs nato legatur in euangelio/quod eum in spiritu sancto agnouerit symeon. Agnouit ēt anna vidua prophetissa: agnouit Joānes ipse qui eum baptizauit. Impletus spiritu sancto Zacharias multa dixit. Spiritum sanctum ipsa maria vt dominum cōciperet accepit. Multa enim indicia precedētia de spiritu sancto habemus: anteq̄ dominus glorificaretur resurrectione carnis sue. Non enim aliū spiritū etiam prophete habuerunt: qui christum venturum prenunciauerunt. Sed modus quidā futurus erat dationis huius: q̄ omnino antea non apparuerat. De ipso hic dicitur. Nuscq̄ enim legim⁹ antea congregatos homines accepto spiritu sancto: linguis omnium gentium locutos fuisse. Per resurrectionem aūt suam primum quando apparuit discipulis suis: dixit illis. Accipite spiritum sanctum. De hoc ergo dictum est. Non erat spiritus datus: quia iesus nōdum erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorū/qui flatu primū hominem quem fecit viuificauit: et de limo erexit: quo flatu animā membris dedit: significās eū se esse qui insufflauit in faciem eorum vt a luto exurgerent: a lutets operibus renunciarent. Tunc primum post resurrectionem suam dñs quam dicit euangelista glorificationem: dedit spiritum sanctum. Deinde cōmoratus cum eis quadraginta diebus: vt liber actuum apostolorum demonstrat: ipsis videntibus/a videndo deducentibus ascendit in celum. Ibi peractis decem diebus: die pēthecostes misit desuper spiritum sanctū.

Actuū. ij. Quo sicut dixi qui fuerant in vno loco congregati accepto ipleti:omniū gentiū linguis locuti sunt. Quid ego fratres quia modō q̄ baptizatur in christo et credit in christum nō loquitur omnium gentium linguis: non est credendus accepisse spiritum sanctum? Absit vt ista pfidia tentetur cor nostrū. Certi/sumus omnem hominē accipere. Sz quantū vas fidei attulerit ad fontē:tantū implet. Cum ergo et modo accipiatur:dixerit aliquis. Quare nemo loqtur linguis omnium gentium? Quia tam ipsa ecclesia linguis omniuz gentium loquitur? Antea in vna gente erat ecclesia: vbi omniū linguis loquebantur. Loquēdo linguis omnium significabat futurum:vt crescendo p gentes loqueretur linguis omnium gentiū. In hac ecclia q̄ non est:nec modo accipit spiritum sanctū. Precisus enim et diuisus ab vnitate membrorum/que vnitas linguis omnium loquitur:renunciet sibi. Non habet. Rā si habet:det signum quod tunc dabatur. Quid est det signū quod tunc dabatur? Loquatur omnib⁹ linguis. Respondet mihi. Quid enim tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane. Quis omnis lingua mea ē: id est ei⁹ corporis cuius membrū sum. Diffusa ecclesia per gentes:loquitur omnib⁹ linguis. Ecclesia corpus est christi. In hoc corpore mēbrū es. Cū ergo membrū sis eius corporis q̄ loquitur omnibus linguis:crede te loqui omnib⁹ linguis. Unitas enim membrorum charitate cōpōdat:et ipsa vnitas loquitur quomodo tunc vnus homo loquebat. Accipimus ergo et nos spiritum sanctum si amamus ecclesiā:si vnitate cōpaginamur:sic catholico nomīe et fide gaudemus. Credamus fratres:q̄tuz q̄sq̄ amat ecclesiā christi: tantum habet spiritum sanctum. Datus est enim spiritus/ sicut apostolus dicit:ad manifestationem. Quam manife-
1. Cor. xij statione?: Sicut ipse idem dicit/quia alij datur per spiritum sermo sapientie:alij sermo scientie sm eūdē spiritum: alij fides in eodē spiritu:alij donatio curationū in vno spiritu:alij operatio virtutum in eodē spiritu. Multa eni dātur ad manifestationem: sed tu forsitan eorum omnium q̄ dixi nihil habes. Si amas nō nihil habes. Si eni amas vnitatē:ēt tibi hz quisq̄s in illa habet aliq̄d. Tolle inuidiam et tuū est quod habeo. Tollā inuidiā:et meū est q̄ habes. Liuor separat:sanitas iungit. Oculus solus videt in corpore. Sed nunq̄d soli sibi oculus videt? Et manui videt/et pedi videt:et ceteris mēbris videt. Nō enim si aliquis ictus in pedē veniat:auertit se oculus inde vt non precaueat. Rursus sola manus operatur in corpore:sed nunq̄d sibi soli operatur? Et oculo opaē. Rā si ictus aliquis veniens nō est in manū:sed tm̄ in factē:nunq̄d dicit manus non moueo q̄ non tendit ad me? Sic pes ambulādo omnib⁹ mēbris militat. Mēbra cetera tacent:et lingua omnib⁹ loquitur. Habemus ergo spiritum sanctum:si amam⁹ ecclesiā. Amam⁹ aūt:si in ei⁹ cōpage et charitate constitimus. Rā ipse ap̄s cum dixisset diuersa dona dari diuersis hominib⁹ tanq̄ officia quorūq̄ membrorum:adhuc(inquit) supeminentiorē viā nobis demonstro. Et cepit loqui de charitate. Prepositum eam linguis hominum et angelorum:prepositum miraculis fidei:prepositum scientie et prophetie:prepositum etiam illam magno operi misericordie/quo sua que possidet distribuit quisq̄ pauperib⁹. Et ad extremum prepositum etiā corporis passionib⁹. His omnib⁹ tam magnis reb⁹ prepositum charitatem. Ipsam habeto et cuncta habebis. Quia sine illa nihil proderit quicquid habere potuerī. ¶ Quis vero ad spiritum sanctum pertinet charitas de qua loq̄mur. Questio enim modo in euangelio de spiritu sancto retractatur: audi apostolum dicentem. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum qui dat⁹ est nobis. Quare ḡ dominus spiritū cuius maxima beneficia sunt i nobis:q̄ charitas dei p ip̄m diffusa est in cordib⁹ nr̄is: post resurrectionem suā dare voluit? Quid significauit? Ut in resurrectione nr̄a charitas flagret/et ab amore seculi separetur vt tota currat in deū. Hic enim nascimur et morimur: hoc nō amemus. Charitate migrem⁹:charitate sursum habitem⁹ charitate illa qua diligimus deum. Nihil aliud in hac vita nr̄e pegrinationis meditemur:nisi q̄ et hic non semp erim⁹ et ibi nobis locū bene viuēdo preparabimus:vñ nunq̄ migremus. Dñs enim nr̄ ihesus postea q̄ resurrexit tā non moritur:mors illi vltra(sicut ap̄s dicit)non dñabit. Ecce q̄ amem⁹ si viuimus si in ipsum credim⁹ qui resurrexit:et dabit nobis non quod hic amant homines/qui dē non amāt aut tāto plus amant q̄to illū minus amant. Tāto aūt hoc min⁹ amāt:q̄to illū plus amant. Sed videam⁹ q̄d nobis p̄ misit. Non diuitias terrenas et tēporales:non honores et potestates in seculo isto. Videtis eni oīa hec dari et bonis malis:ne magnipēdantur a bonis. Nō ipsam postremo corporis sanitatē:non q̄ ipse illā non dat: sed q̄ vt videtis et pecorib⁹ dat:non vitam longā. Quid est enim longū q̄d aliquādo finit? Nō p magno nobis credentib⁹ p̄misit longeuitatē/aut decrepitā senectutē quā omnes optāt antequā veniat:omnes de illa cū venerit murmurant. Nō pulchritudinem corporis:quam vel corporis morbus/ vel ipsa senectus q̄ optatur/extermiat. Quit eē pulcher vult eē senex. Ista duo desideris subjnuitē cōcordare non possunt. Si senex eris pulcher nō eris. Dū senect⁹ venerit pulchritudo fugiet. Et in vno habitare no pōt: vigor pulchritudinis et gemit senectutis. Oia ḡ ista non nobis p̄misit qui dixit. Qui credit in me veniat et bibat:et flumina de vētre eius fluent aq̄ viue. Vitā eternā p̄misit vbi nihil timeamus/vbi non conturbemur:vñ nō migrem⁹: vbi nō moriamur:vbi nec decessor plāgit:nec successor speret. Qui ḡ tale ē qđ nobis p̄misit amātib⁹/et p spūssancti charitatē feruētib⁹:nō ipsius sph̄m voluit dare nisi cū eēt glificat⁹:vt i suo corpore oñderet vitas quā modo nō habem⁹:sed in resurrectione speramus.

Tractatus.xxxiij.

Ex illa ergo turba. Cum audisset hos sermones ei⁹ dicebāt. Hic est vere pphēta:alij dicebāt. Hic est christ⁹. Quidā aūt dicebāt:nūq̄d a galilea venit xp̄s? Nōne scriptura dicit:q̄z ex semine dauid et ō bethleē castello vbi erat dauid vēit xp̄s? Dissentio itaq̄ facta est in turba p̄pter eum. Quidā aūt ex ipsis volebāt ap̄hendere eum: sed nēo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et pharisēos et dixer̄t eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderūt ministri. Nunq̄ sic locutus est homo sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? nunquid ex p̄cipibus aliquis credidit in eū:aut ex pharisēis: sed turba hec que non nouit legem maledicti sunt. Dixit nichodem⁹ ad eos ille qui venit ad eū nocte:q̄ vn⁹ erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi prius audierit ab ipso:et cognouerit quid faciat? Rñderunt et dixerunt ei. Nunq̄d et tu galile⁹ es? Scrutare scripturas et vide q̄z a galilea propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq̄ in domum suā. Jesus autem perrexit in montem oliueti: et diluculo iterū venit in tēplū/et ois populus venit ad eū et sedēs docebat eos. Adducunt aūt scribe et pharisei mulierē deph̄ēsam in adulterio:et statuerunt eā in medio/et dixerūt ei. Magister. Hec mulier modo deprehensa est in adulterio: in lege autem moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tēptantes eum vt possent accusare eū. Jesus aūt inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum:erexit se et dixit eis. Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinās scribebat in terra. Audientes autem hec vnus post vnum exibant incipientes a senioribus. Et remansit iesus solus. Et mulier in medio stans

Ps. lxxxj. Ego dixi dij estis et filij excelsi omnes. Tu autem sicut homines moriemini et sicut vnus de principibus cadetis. Exurge deus iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Ps. lxxxvij. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea. Inclina aurem tuam ad precem meam. Quoniam repleta est malis anima mea: et vita mea infernum appropiauit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum non es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis et in umbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum et non egrediebar. Oculi mei languerunt prae inopia. Clamaui ad te domine tota die: expandi ad te manus meas. Numquid mortuis facies mirabilia aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi? Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam et veritatem tuam in perditione? Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua et iustitia tua in terra oblivionis? Et ego ad te domine clamaui: et mane oratio mea preueniet te. Ut quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam a me? Pauper sum ego et in laboribus meis a iuuentute mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt iræ tue: et terrores tui conturbauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circuierunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria. Ps. xcj. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam: et veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio: cum cantico in cithara. Quia delectasti me domine in factura tua: et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet: et stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum: et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum domine. Quia ecce inimici tui domine quia ecce inimici tui peribunt: et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum: et senectus mea in misericordia uberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: et insurgentium in me malignantium audiet auris mea. Ps. xcij. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinem et precinxit se. Etenim firmauit orbem terre qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos a uocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum. Ps. xciij. Deus ultionum dominus deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis. Usquequo peccatores domine: usquequo peccatores gloriabuntur. Effabuntur et loquentur iniquitatem: dicent omnes qui operantur iniquitatem. Populum tuum domine humiliauerunt: et hereditatem tuam uexauerunt. Viduam et aduenam interfecerunt: et pupillos occiderunt. Et dixerunt non uidebit dominus: neque intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet: aut qui finxit oculum non considerat? Qui corripit gentes non arguet: qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum quoniam uanæ sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine: et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam: et hereditatem suam non derelinquet. Donec iustitia conuertatur in iudicium: et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiutor meus fuit: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam. Numquid adherebit tibi sedes iniquitatis: que fingit laborem in precepto? Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et in malitia eorum disperdet eos dominus deus noster. Ps. xciv. Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus: et rex magnus super omnem terram. Quia non repellet dominus plebem suam: quia in manu eius sunt omnes fines terre. Et altitudines montium ipse conspicit. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud: et aridam fundauerunt manus eius. Venite adoremus et procidamus ante deum: ploremus coram domino qui fecit nos. Quia ipse est dominus deus noster: nos autem populus eius et oues pascue eius. Hodie si uocem eius audieritis nolite obdurare corda uestra sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto. Ubi temptauerunt patres uestri: temptauerunt me probauerunt et uiderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic: et dixi semper hi errant corde. Et ipsi non cognouerunt uias meas: quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Ps. xcv. Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius. Annuntiate de die in diem salutare eius. Narrate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium demonia: dominus autem celos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia et magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem: afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. Commoueat a facie eius omnis terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit. Etenim firmauit orbem terre qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra: commoueatur mare et plenitudo eius. Gaudebunt campi et omnia que in eis sunt: tunc exultabunt omnia ligna siluarum. A facie domini quia uenit: quia uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in iustitia: et populos in ueritate sua. Ps. xcvj. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum precedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: uidit et commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra. Annuntiauerunt celi iustitiam eius: et uiderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia et qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata est sion. Et exultauerunt filie iudee propter iudicia tua domine: quoniam tu dominus altissimus super omnem terram. Nimis exaltatus es super omnes deos tuos. Qui diligitis dominum odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum. De manu peccatoris liberabit eos: lux orta est iusto et rectis corde letitia. Letamini iusti in domino et confitemini memorie sanctificationis eius. Ps. xcvij. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius et brachium sanctum eius. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Recordatus est misericordie sue et ueritatis sue domui israel. Uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. Cantate et exultate et psallite. Psallite domino in cithara in cithara et uoce psalmi: in tubis ductilibus et uoce tube cornee. Iubilate in conspectu regis domini: moueatur mare et plenitudo eius orbis terrarum et qui habitant in eo. Flumina plaudent manu simul: montes exultabunt a conspectu domini quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate: et populos in iustitia. Ps. xcviij. Dominus regnauit irascantur populi: qui sedet super cherubin mouetur terra. Dominus in sion magnus et excelsus est super omnes populos. Confiteantur nomini tuo magno quoniam terribile et sanctum est: et honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti. Exaltate dominum deum nostrum et adorate scabellum pedum eius quia sanctum est. Moyses et aaron in sacerdotibus eius: et samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dominum et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius et precepta que dedit illis. Deus noster tu exaudiebas eos: deus propitius fuisti eis et ulciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum et adorate in monte sancto eius: quia sanctus dominus deus noster. Ps. xcix. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. Introite in conspectu eius in exultatione: scitote quoniam dominus ipse est deus. Ipse fecit nos et non ipsi nos: populus eius et oues pascue eius. Introite portas eius in confessione: atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est dominus: in eternum misericordia eius et usque in generationem et generationem ueritas eius. Ps. c. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine: psallam et intelligam in uia immaculata. Quando uenies ad me: ambulabam in innocentia cordis mei in medio domus mee. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes preuaricationes odiui. Non adhesit mihi cor peruersum: declinantem a me malignum non cognoscebam. Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam. Oculi mei ad fideles terre ut sedeant mecum: ambulans in uia immaculata hic michi ministrabat. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam: qui loquitur iniqua non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terre: ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Ps. ci. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacumque die inuocauero te uelociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut cremium arserunt. Percussus sicut fenum et aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A uoce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio. Uigilauit et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam: et potum meum cum fletu miscebam. A facie ire et indignationis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui. Tu autem domine in eternum permanes: et memoriale tuum in generationem et generationem. Tu exurgens misereberis sion: quia tempus miserendi eius quia uenit tempus. Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dominus sion: et uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium: et non sprenit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum: ut solueret filios interemptorum. Ut annuntient in sion nomen domini: et laudem eius in hierusalem. In conueniendo populos in unum: et reges ut seruiant domino. Respondit ei de uia uirtutis sue: paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationem et generationem anni tui. Initio tu domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut uestimentum ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur: tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Filii seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur. Ps. ciij. Benedic anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam: qui coronat te in misericordia et miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dominus: et iudicium omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit uias suas moysi: filiis israel uoluntates suas. Miserator et misericors dominus: patiens et multum misericors. Non in perpetuum irascetur: nec in eternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis: nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem celi a terra: confortata est misericordia eius super timentes eum. Quantum distat ortus ab occasu: longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum: misertus est dominus timentibus eum. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: recordatus est quia pulis sumus. Homo sicut fenum dies eius: tanquam flos agri sic efflorebit. Quoniam spiritus pertransibit in illo et non subsistet: et non cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem domini ab eterno et usque in eternum super timentes eum. Et iustitia illius in filios filiorum: his qui custodiunt testamentum eius. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Dominus in celo parauit sedem suam: et regnum ipsius omnium dominabitur. Benedicite domino omnes angeli eius: potentes uirtute facientes uerbum illius ad audiendam uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes eius: ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Benedicite domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Ps. ciij. Benedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es uehementer. Confessionem et decorem induisti: amictus lumine sicut uestimento. Extendens celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas uentorum. Qui facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus sicut uestimentum amictus eius: super montes stabunt aque. Ab increpatione tua fugient: a uoce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes et descendunt campi in locum quem fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur: neque conuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aque. Potabunt omnes bestie agri: exspectabunt onagri in siti sua. Super ea uolucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt uocem. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fenum iumentis: et herbam seruituti hominum. Ut educas panem de terra: et uinum letificet cor hominis. Ut exhilaret faciem in oleo: et panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi: et cedri libani quas plantauit. Illic passeres nidificabunt: domus herodii dux est eorum. Montes excelsi cerui: petra refugium herinaciis. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue. Catuli leonum rugientes ut rapiant: et querant a deo escam sibi. Ortus est sol et congregati sunt: et in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum: et ad operationem suam usque ad uesperum. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti. Impleta est terra possessione tua: hoc mare magnum et spatiosum manibus. Illic reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis. Illic naues pertransibunt: draco iste quem formasti ad illudendum ei. Omnia a te expectant: ut des escam illis in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum et deficient et in pulueres suos reuertentur. Emittes spiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem terre. Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis. Qui respicit terram et facit eam tremere: qui tangit montes et fumigant. Cantabo domino in uita mea: psallam deo meo quamdiu sum. Dulcis sit ei eloquium meum: ego uero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra et iniqui: ita ut non sint benedic anima mea domino. Ps. civ. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor querentium dominum. Querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Memores estote mirabilium eius quorum fecit: prodigia eius et iudicia oris eius. Semen abraham seruus eius: filii iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in preceptum: et israel in testamentum eternum. Dicens tibi dabo terram chanaan: funiculum hereditatis uestre. Cum essent numero breui: pauci et incolas in ea. Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum. Non dimisit homines nocere eis: et increpauit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et uocauit famem super terram: omne firmamentum panis contriuit. Misit ante illos uirum in seruum uenundatus est ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius. Donec ueniret uerbum eius: eloquium domini inflammauit eum. Misit rex et dimisit eum: princeps populorum et dimisit eum. Constituit eum dominum domus sue: et principem omnis possessionis sue. Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam docere. Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham. Et auxit populum suum nimis: et firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum ut odirent populum eius: et dolum fecerunt in seruos eius. Misit moysen seruum suum: et aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauerunt sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum. Dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit et uenit cynomia: et sciniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit uineam eorum et ficulneam eorum: et contriuit lignum finium eorum. Dixit et uenit locusta et bruchus cuius non erat numerus: et comedit omne fenum in terra eorum. Et deuorauit omnem herbam in terra eorum: et deuorauit fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat infirmus in tribubus eorum. Lętata est egyptus in profectione eorum: quia inuasit pauor eos super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt et uenit coturnix: et panem celi saturauit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina. Quoniam memor fuit uerbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia. Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes suas: et legem eius requirant. Ps. civ. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius. Cantate ei et psallite ei: narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor querentium dominum. Querite dominum et confirmamini: querite faciem eius semper. Memores estote mirabilium eius quorum fecit: prodigia eius et iudicia oris eius. Semen abraham seruus eius: filii iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in uniuersa terra iudicia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui: uerbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad abraham: et iuramenti sui ad isaac. Et statuit illud iacob in preceptum: et israel in testamentum eternum. Dicens tibi dabo terram chanaan: funiculum hereditatis uestre. Cum essent numero breui: pauci et incolas in ea. Et pertransierunt de gente in gentem: et de regno ad populum alterum. Non dimisit homines nocere eis: et increpauit pro eis reges. Nolite tangere christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Et uocauit famem super terram: omne firmamentum panis contriuit. Misit ante illos uirum in seruum uenundatus est ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiit animam eius. Donec ueniret uerbum eius: eloquium domini inflammauit eum. Misit rex et dimisit eum: princeps populorum et dimisit eum. Constituit eum dominum domus sue: et principem omnis possessionis sue. Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: et senes eius prudentiam docere. Et intrauit israel in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham. Et auxit populum suum nimis: et firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum ut odirent populum eius: et dolum fecerunt in seruos eius. Misit moysen seruum suum: et aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis uerba signorum suorum: et prodigiorum in terra cham. Misit tenebras et obscurauit: et non exacerbauerunt sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem: et occidit pisces eorum. Dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit et uenit cynomia: et sciniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit uineam eorum et ficulneam eorum: et contriuit lignum finium eorum. Dixit et uenit locusta et bruchus cuius non erat numerus: et comedit omne fenum in terra eorum. Et deuorauit omnem herbam in terra eorum: et deuorauit fructum terre eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat infirmus in tribubus eorum. Lętata est egyptus in profectione eorum: quia inuasit pauor eos super eos. Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem ut luceret eis per noctem. Petierunt et uenit coturnix: et panem celi saturauit eos. Dirupit petram et fluxerunt aque: abierunt in sicco flumina. Quoniam memor fuit uerbi sancti sui: quod habuit ad abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione: et electos suos in letitia. Et dedit illis regiones gentium: et labores populorum possederunt. Ut custodiant iustificationes suas: et legem eius requirant.

A quo te forte vānari timuisti: qr in me peccatū nō inuenisti. Nec ego te condēnabo. Quid est domine? Faues ergo peccatis? Non plane. Ita attende qđ sequitur. ⌊Gade de inceptis tam noli peccare.⌋ Ergo t dns damnauit: sed peccatum non hominem. Nam si peccatorum fautor eēt diceret/nec ego te condēnabo: vade t viue vt vis: de mea libe-
ratione esto secura: ego ōnēs peccaueris te ab oīi pena etiā gehenne t inferni terroribus liberabo. Non hoc dixit. Intendant ergo qui amant in domino mansuetudinē: t timeant veritatē. Eteni dulcis t rectus dominus. Ama
ps. xxiiij. quod dulcis est: time quod rectus est. Tanq̄ māsuetus dixit tacuit: sed tanq̄ iustus/nūquid semper tacebo? Miseri-
cors t miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde lōganimis. Adde adhuc t misericors. Sed time quod ē in nouissimo t verax. Quod eī modo sustinet peccātes: iudicatu-
rus est contēnentes. An diuitias longanimitatis t māsuetudinis eius contemnis? Ignoras qr patientia dei ad pe-
Rom. ij. nitētiam te adducit? Tu autem fm durticiam cordis tui t cor impenitens: thesaurizas tibi iram in die ire t ruelatio-
nis iusti iudicij dei: q reddet vnicuiq; fm opera sua. Mansuetus dominus/longanimis dominus/misericors domi-
nus: sed t iustus dominus/t verax dominus/largitur tibi spacium correctionis: sed tu plus amas dilationē ēmendationē. Malus fuisti heri: hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malicia peregisti: vel cras mutare. Sēper ex-
pectas: t de misericordia dei tibi plurimū polliceris. Qua si ille qui tibi per patientiam promisit indulgentiā: promiserit tibi etiam prolixiorem vitā. Unde scis qđ pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo: quando me correxero: deus mihi oīa peccata mea dimittet. Negare nō possumus: q correctis atq; conuersis indulgentiam deus promisit. Nam in quo propheta mihi legis qr promisit correcto indulgētiam. Non mihi legis qr promisit iumēta longā vitam. Et vtroq; igit homines periclitantur: t sperando t desperando. Contrarijs rebus/contrarijs affectionib⁹. Sperando qui decipitur? qui dicit. Bon⁹ est deus: misericors est deus: faciam quod mihi placet quodlibet: larē habenas cupiditatibus meis impleā desideria aīe mee. Quare hoc? Qr misericors est deus: bonus est deus: mansuetus deus: spe isti periclitant. Desperatione autem/qui cum inciderint in grauis peccata: putantes sibi non posse iā ignosci penitentibus: et statuētes se ad vānationem sine dubio destinatos: dicunt apud semetipsos. Jam vānandi sum⁹: quare non quod volumus facimus? Animo gladiatoq;/ferro destinatorum: ideo molesti sunt desperati. Jam eī qđ timeant non habent: t vehemēter timēdi sunt. Istos desperatio necat: spes illos. Inter spem t desperationē fluctuat animus. Metuēdum est ne te occidat spes: t cum multum speras de misericordia/incidas in iudiciū. Metuendū est rursus ne te occidat desperatio: t cū putas iā tibi nō ignosci que grauia cōmisisti: non agas penitentiam t incurras in iudicem sapientiā que dicit: t ego vestre perditioni ridebo. Quid ergo agit dom⁹ cum periclitantibus vtroq; morbo. Illis q spe periclitant: hoc dicit. Me tardes conuerti ad dominum: neq; differas de die in diem. Subito eī veniet ira illius: t i tempore vindicte disperdet te. Illis q
Ecci. v. Ezech. xviij. desperatione periclitant quid dicit? In quacumq; die iniquus conuersus fuerit: omnes iniquitates eī⁹ obliuiscar. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur: propositum est indulgentie portū. Propter illos q spe periclitant et dilationibus illuduntur: fecit diem mortis incertum: quādo veniat vltimus dies nescis. Ingratus es qr hodiernū habes: in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad istā mulierē: nec ego te cōdēnabo. Sed facta secura de preterito/caue futura: nec ego te condēnabo. Deleui quod commisisti observa quod precepi vt inuenias quod promisi.

Tractatus.xxxiiij.

ITerum ergo locut⁹ est eis Jesus dicēs. Ego sum lux mūdi qui sequitur me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite.

Quod modo audiuimus t intenti accepim⁹ cum sanctum euangelium legeretur: nō dubito q omnes etiam intelligere conati sumus: et quisq; nostrum de re tā magna quelecta est: p suo modulo cepit qđ potuit: t posito pane verbi: nemo est q se queratur nihil gustasse. Sed interim non dubito: qr difficile quisq; est qui totum intellexerit. Tamen etiam si est qui omnia verba domini nostri Jesu christi modo ex euāgelio recitata satis intelligat: toleret ministerium nostrum: quousq; si possumus illo adiuuante tractādo faciam⁹. vt vel oēs vel multi intelligant quod se pauci intellexisse letant: quod ait domin⁹: ⌊Ego sum lux mundi.⌋ Clarū puto esse eis qui habēt oculos: vnde huius lucis participes fiant. Qui aūt nō habent oculos nisi in sola carne: mirātur quod dictū est a domino Jesu christo. Ego sum lux mūdi. Et forte nō dicit q dicat apud semetipsum. Nunquid forte domin⁹ christus est sol iste: qui ortu t occasu peragat diem? Non eī defuerunt heretici qui ista senserūt. Manichei solem istū oculis carnis visibilem: expositum t publicum non tātum hominib⁹ sed etiam pecoribus ad videndum: christum dominum esse putauerūt. Sed catholice ecclesie recta fides improbat talem comentū: t diabolicam doctrinam esse cognoscit. Nō solū agnoscit credēdo: sed in quib⁹ potest conuincit etiā disputando. Improbem⁹ itaq; huiusmodi errorē: quem sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Non arbitremur dīm Jesum christū hunc esse solem quē videmus oriri ab oriente: occidere in occidente. Cui⁹ cursui nox succedit: cui⁹ radij nube vmbrantur: q certo de loco in locum motione cōmigrat. Nō est hoc dns christus. Non est domin⁹ christus sol factus: sed per quem sol factus est. Omnia eī per ipm facta sunt t sine ipo factum est nihil. Est ergo lux que fecit hanc lucem. Hanc amemus. hanc intelligere cupiam⁹: ipsam sitiamus: vt ad ipsam lucem aliquādo veniamus: t in illa ita viuamus: vt nunq; oīno moriamur. Ista eī lux est: de qua prophetia olim premissa ita psalmo cecinit. Domines t iumēta saluabis domine: sicut multiplicata ē misericordia tua deus. Psalmi sācti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquus sanctq; hominū dei sermo pmiserit. Homines inquit t iumenta saluos facies domine sicut multiplicata est misericordia tua de⁹. Quomodo eī deus es? t habes multiplicem mīam: peruenit eadē multiplicitas misericordie tue non solum ad hoies quos creasti ad imaginem tuam: sed etiam ad pecora que hominib⁹ subdidisti. A quo enim salus hominis: ab illo salus t pecoris. Nō erubescas hoc sentire de domino deo tuo? Immo presumas t fidas t caueas ne aliter sentias. Qui saluū facit te: ipse saluum facit equum tuū: ipse ouem tuam. Ad minima omnino veniamus: ipse gallinam tuam. Domini est salus: t ista deus saluat. Mouet te/iterrogas: miror qđ dubitas. Dedignabitur saluare: qui dignatus ē creare? Dei est salus. Angelorum hominum pecorū: domini est salus. Sicut nemo est a seipso ita nemo salu⁹ ē a seipso. Prolde verissime psalm⁹ atq; optime ait: hoies et iumenta saluos facies dne. Quare? Sicut multiplicata ē misericordia tua deus. Tu eī es deus: tu creasti: tu saluas: tu dedisti esse tu das sanum eē. Si ergo sicut multiplicata est misericordia dei/ab illo hoies t iumenta saluant: nōne homines habet aliquid aliud quod eis deus prestet creator: qđ iumentis nō pstet? Nulla ne discretio est inter animal factū ad imaginem dei: t animal subditū imagini dei? Est plane. Propter salutem istam cōmunem nobiscum animātibus muriter est quod nobis prestet deus: illis aūt non prestet. Quid est hoc? Sequere in eodem psalmo. Filij autem hoim sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Habētes modo salutem cōmunem cum pecoribus suis: filij hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Aliam habent salutē in re: alia in spe. Salus ista que in presenti est: hominib⁹ pecoribusq; cōmunis est. Sed est alia quam sperant hoies t accipiunt qui sperant/non accipiunt q desperant. Filij aūt hominū sub tegmine inquit alarū tuarum sperabunt. Qui aūt perseuerant sperant: a te proteguntur ne de spe a diabolo deiciantur: sub tegmine alarum tuarū sperabunt. Qui ergo sperabunt/qđ sperabūt nisi q pecora non habebūt? Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tue t torrēte voluptatis tue potabis eos. Quale vinū est: vñ inebriari laudabile ē? Quale nū est? Qđ nō turbat sed dirigit mētē. Qualeuīū est? Qđ facit ppetuo sanū nō inebriādo facit insanū. Inebriabunt

Unde? Ab vbertate dom⁹ tue t torrēte voluptatis tue potabis eos. Unde? Quonīā apud te est fons vite. Ipse fons vite ambulabat i terra. Ipse dicebat: q sitit venīat ad me. Ecce fons. Sed nos de lumine loqui ceperam⁹ t proposuram ex euangelio questionē de lumine tractabam⁹. Lecta est eī nobis dicente dño. Ego sum lux mundi. Unde questione quis carnaliter sapiens solem istum intelligendum putaret. Venimus inde ad psalmū. Quo psiderato: inuenimus interim dīm fontem vite. Bibe t viue. Apud te inest fons vite: ideo sub vmbraculo alarum tuarum sperabūt filij hominum/inebriari isto fonte querentes. Sed de lumine dicebamus: sequere ergo. Nam prophetā cū diceret: apud te est fons vite: secutus adiūxit t in lumine tuo videbim⁹ lumen: deū de deo: lumen de lumine. Per hoc lumen factū est solis lumen. Et lumē qđ fecit solem: sub quo fecit t nos factū est sub sole. pter nos. Factum est inq; propter nos: sub sole lumen quod fecit solē. Nolt contēnere nubem carnis. Nube tegitur/non vt obscurēt sed vt temperetur. Loquens ergo per nubem carnis lumē indeficiēs: lumen scīē tie: lumen sapiētie: ait hominibus. Ego sum lux mundi: ⌊q
† Illa lit. ambulat. sequitur me nō † ambulabit in tenebris: sed habebit lumē vite.⌋ Quomō te abstulit ab oculis carnis: t reuocauit ad oculos cordis? Non eī sufficit dicere: qui me sequitur nō ambulabit in tenebris sed habebit lumē: addidit eī vite. Sicut tibi dictū est/quomodo apud te est fons vite. Videte itaq; fratres mei: quomodo verba domini cum illi⁹ psalmi veritate concordent: t tbi lumen positū est cum fonte vitex: a dño dictū est: lumen vite. In istis autem vsibus corporalibus aliud est lumen: aliud fons. Fontē fauces gruntlumen oculi. Quando sitimus: querimus fontē. Quādo in tenebris sumus: querim⁹ lumen. Et si forte nocte sitirtiam⁹ lumen accendim⁹ vt ad fontē veniamus. Non est sic apud deum. Dō lumen est: hoc est fons. Qui tibi lucet vt videas ipe tibi manat vt bibas. Videtis ergo fratres mei: videtis si intus videtis: quale hoc lumen est: de quo domin⁹ dicit: qui me sequitur nō ambulabit in tenebris. Sequere istum solem: videamus si non ambulabis in tenebris. Ecce oriēdocebit a te. Ille cursu suo ad occidentē pgit: tibi forte ad orientē profectio est. Misi tu in contrariam partē pergas: non qua ille tendit: sequendo cum profecto errabis: p oriēte occidentē tenebis. Tu eum in terra si sequaris errabis. Tanta si eum in mari sequatur errabit. Postremo videt tibi sequendū esse solem: t tendis etiam ipse ad occidentē quo t ille tendit. Videamus cum occiderit: si non ambulabimus in tenebris. Vide quēadmodum t si noluerī eū deserere tu: ipe te deseret: seruitut⁹ sue necessitate pagēs dīc.
D Dominus aūt noster Jesus christ⁹ interim t cum per carnis nubem non omnibus apparebat: p sapientie potestatē omnia tenebat. Deus tuus vbiq; totus est. Si nō ab illo facias cū summunq; a te ipse facit occasum. Qui ergo me inquit sequit non ambulabit i tenebris: sed habebit lumē vite. Quod pmisit/futuri temporis verbo posuit. Non eī ait habet: sed habebit lumen vite. Nō ait tamen qui sequetur me: sed qui sequitur me. In eo quod facere debem⁹/plenus tempus posuit. Quod aūt pmisit faciētibus: futuri temporis verbo signauit. Qui sequitur habebit. Modo seqtur
1 Cor. v. post habebit. Modo sequitur per fidem post habebit p speciem. Sēdiu eī sumus in corpore sit apostolus: peregrinamur a dño. Per fidem eī ambulamus non per speciē. Quando per speciem? Cum habuerimus lumen vite: cum
Ps. v. ad illam visionem venerimus: quando nox ista transierit. De illo quippe die qui exorturus est dictū est. Mane astabo tibi t contēplabor. Quid est mane? Trāfacta nocte seculi huius: trāsactis erroribus tentationum: superato illo leone qui nocte rugiēs circūit quem deuozet querēs. Mane astabo tibi t videbo. Nuncvero quid putamus fratres
Psal. vi. huic tēpori cōgruere: nisi quod rursus in psalmo dicitur? Lauabo per singulas noctes lectū meū: lachrymis meis
Psalmo xxxvij. stratum meum rigabo. Per singulas noctes inqt flebo in deserto lucis ardebo. Videt dominus desiderū meum. Quomodo dicit illi alter psalmus. Ante te est oīe desiderium meum: t gemit⁹ me⁹ a te nō est absconditus. Desideras aurum: videri potest. Querens eī aurum: manifestus
Prouer. xxv. hominibus. Desideras frumentum/interrogas q ba-
beat: t cupiēs peruenire ad id quod desideras: indicas te. Desideras deum: quis videt nisi deus? A quo cī petis deū sicut panem: sicut aquam: sicut aurum: sicut argentū: sicut frumentum? A quo petis deū nisi a deo? Ipse petitur a seipso: qui promittit seipsum. Extēdat aīa cupiditatē suam: t sinu capatiore querat comprehendere: quod oculꝰ nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Desideri rari potest/ꝓcupisci potest/suspirari potest/in illud potest digne cogitari t verbis explicari nō potest. Ergo fratres mei quod dns breuiter ait. Ego sum lux mundi: qui me sequit nō ambulabit in tenebris: sed habebit lumē vite. Quibus verbis aliud est qđ tacuit: aliud qđ promisit. Faciam⁹ qđ iussit: ne ipudenti fronte cōsiderem⁹ quod promisit: ne dicat nobis in iudicio suo. Fecisti eī quod iussi: vt petas quod pmisi? Quid ergo iussisti dne deus noster? Dicet tibi. Vt sequereris me. Consilium vite petisti. Cuius vitę? nisi de qua dictum est: apud te est fōs vite. Audiuit quidā vade vende omnia que habes t da pauperibus t habebis thesaurum in celo t veni sequere me: tristis abscessit: nō est secutus. Quesiuit magistrū bonum: interpellauit doctorē t contēpsit docentem. Tristis abscessit: ligatus cupiditatibus suis. Tristis abscessit: habens grandē sarcinam auri
Luc. xv. cle super humeros suos. Laborabat/estuabat: et q ab illo sarcinam deponere voluit: non est sequendus putatus: sed deserēdus. Postea vero q dns per euangelium clamauit venite ad me oīes qui laboratis t onerati estis t ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos t discite a me qr mitis sum t humilis corde: q̄ multi fecerunt audito euangelio/qđ ex ore ipsi⁹ audito diues ille non fecit. Ergo modo faciamus: sequamur dominū: sic quamus compedes: quibus impedimur sequi. Et q̄s idone⁹ soluere tales nodos: nisi ille aduuet cui dictū est: dirupisti vincula mea? De q̄
Psal. cxv. alius psalmus dicit. Domin⁹ soluet cōpeditos: dominus eriget elisos. Et quid sequuntur soluti t erecti nisi lumen a quo audiunt/ego sum lux mūdi: qui me sequit nō ambulabit in tenebris? Qr dominus illumiat cecos. Illuminamur ergo modo fratres: habentes collyrium fidei. Precessit eī ei⁹ saliua cum terra: vnde iungeretur qui cecus est natus. Et nos de adā ceci nati sumus: illo illumināte op⁹ habem⁹. Misceuit saliuam in terra/verbum caro factū est: t habitauit in nobis. Misceuit saliuam cum terra: ideo predictū est: veritas de terra orta est. Ipse autē dixit: ego sum via veritas t vita. Veritate perfruemur cum videbim⁹ facie ad faciem: qr t hoc promittitur nobis. Nam quis auderet sperare: quod deus non dignatus esset vel polliceri vel dare? Videbim⁹ facie ad faciem: apostol⁹ dicit. Nunc scio
1 Cor. xiij ex parte/nūc in enigmate per speculū tunc autem facie ad faciem. Et Joannes apostol⁹ in epistola sua. Dilectissimi nunc filij dei sumus: t nōdum apparuit quid erimus. Scimus quia cū apparuerit/similes ei erim⁹: quomodo videbimus eum sicuti est. Hec est magna pmissio. Si amas sequere. Amo inquis. Sed qua sequor? Si dixisset tibi dns
Joh. xiiij deus tuus/ego sum veritas t vita: desiderans veritatem: concupiscens vitam: viam qua ad hec peruenire posses: profecto quereres t diceres tibi. Magna res veritas: magna res vita: si eēt quomodo illuc perueniret anima mea. Quere qua? Audi eum dicentē primo: ego sum via. Anteq̄ diceret quo: premisit qua. Ego sum inquit via. Quo via. Et veritas t vita. Primo dixit qua venias: postea dixit quo venias. Ego sum via ego sum veritas: ego sum vita. Manens apud patrē: veritas t vita. Induens se carne: factus est via. Non tibi dicit labora querendo viā: vt quenias ad veritatem t vitā. Non hoc tibi dicit. Piger surge: via ipa ad te venit: t te de somno dormientē excitauit. Si tamē excitauit: surge t ambula. Forte conaris ambulare: t non potes qr dolent pedes. Unde dolent pedes? An iubente auaricia per aspera cucurrerūt? Sed dei verbū sanauit t claudos. Ecce inde sanos habeo pedes: sed ipsam viā non video. Illuminauit t cecos. Hoc totum per fidē: q̄diu peregrinamur a domino manētes in corpore. Cum autem per ambulauerimus viam t ad ipsam patriam peruenerimus quid erit nobis letius? Quid erit nobis beatius. Qr nihil pacatius: nihil eī aduersus hominem rebellabit. Mūcvero fratres difficile sine rixa sumus. Ad concordiam qui-

dem vocati sumus: iubemur pacē habere inter nos: ad hoc conandū est oibusq; nitendum viribus: vt aliqñ perueniamus ad perfectissimā pacem. Modo aūt litigam⁹ plerūq; cū eis: quib⁹ ꝓsulēre volumus. Ille errat: tu vis ducere ad vitā. Resistit pagan⁹. Disputas cōtra errores idolo⁹ z de monstro⁹. Resistit heretic⁹. Disputas ꝫ alias doctrinas demonio⁹. Malus catholic⁹ nō vult bñ viuere. Corripis ēt interiorē fratrē tuū: tecum manet in domo et pācitas vias querit. Estuas quō illud corrigas: vt de illo bonā rationē dño ambozū reddas. Quante vndiq; rixarū necessitates: Plerūq; homo tedio affectus dicit apō semetipm. Quid mihi est pati cōtradictores: pati eos q reddūt mala pro bonis. Ego volo cōsulere: illi volunt perire. Consummo vitā meā litigādo: pacē non habeo. Inimicos isup facio quos amicos habere deberē: si benuolentiam consulentis attenderēt. Quid mihi est ista perpetī: redeā ad me: mecum ero deum meū inuocabo. Redi ad teipm: ibi inuenies rixam. Si cepisti deum sequt: ibi iuenis rixā. Quā rixam inquis
Roñ. vij. inuenio: Caro cōcupiscit aduersus spiritū: z spiritus aduersus carnē. Ecce tuipse es: ecce tu solus es: ecce tecū es: ecce aliū nullū hominem pateris. Sed vides aliam legem in mēbris tuis repugnantem legi mentis tue: z captiuantē te in lege peccati que est in mēbris tuis. Exclama ergo z a rixa interiore clama ad deū: vt tibi pacificet te. Miser ego homo: qs me liberabit de corpore mortis hui⁹? Gratia dei per Jesum christum dominū nostrum: qz qui me iquit sequitur non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite. Finita tota rixa/immortalitas consequetur q nouissima inimica destruet mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: z mortale hoc induere immortalitatē. Quo vt veniamus qz tūc erit in re: nūc sequa-
Joh. viij. mur in spe eum qui dixit. Ego sum lux mundi: q me sequit̄ non ambulabit in tenebris/sed habebit lumen vite.

Tractatus. xxxv.

Dixerūt ergo ei pharisei tu de teipso testimoniū perhibes testimoniū tuū non est verū. Respōdit Jesus z dixit eis et si ego testimonium perhibeo de meipso verum est testimonium meū quia scio vnde veni et quo vado vos autem nescitis vnde venio aut quo vado.

A

E verbis dñi nr̄i Jesu xp̄i vbi ait. Ego sum lux mūdi/qui me sequitur nō ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vite: hesterno die qui affuistis diu disputatum esse meministis. Et si adhuc velimus de illo lumine disputare diu loqui possum⁹. Nam nō possum⁹ explicare cōpendio. Itaq; fratres mei sequamur christum lumen mūdi: ne ambulem⁹ in tenebris. Tenebre metuende sunt morū: nō oculorum. Et si oculoꝝ non exteriorum sed interiorū. Unde discernitur nō albū z nigrum sed iustum z iniustū. Cum hec ergo dixisset domin⁹ noster
†Textus hz dixerūt ḡ ei pharisei. Jesus christus. † ⌊ Rūderūt iudei Tu de teipso testimonium ‡ dicis: testimonium tuum nō est verū. ⌋ Anteq; veniret dñs noster Jesus christ⁹: multas ante se lucernas ꝓphetias accēdit z misit. De his etiā erat Joannes baptista: cui tam magnū ip̄m lumen quod est dominus christus
‡Alia lit. perhibes. perhibuit testimonium: quale nulli hominum. Ait em. Inter natis mulierū: nō surrexit maior Joanne baptista. Hic tamen quo nemo erat maior in natis mulierum: dicit de dño
Joban. j. Jesu xp̄o. Ego quidē baptizo vos in aqua. Qui autem venit fortior me est: cui⁹ nō sum dignus calciamentū soluere. Videte quēadmodū se lucerna diei submittat. Lucerna
Joh. v. vero ipsum Joannem fuisse dñs ipse testatur. Ille erat inquit lucerna ardens z lucens: z vos voluistis ad horā exultare in lumine eius. Quando aūt dixerunt iudei dño: dic nobis in qua potestate ista facis: sciens dominus qz Joannem baptistā ꝓ magno habebāt z q⁹ ipse quē ꝓ magno habebāt/ eis de domino testimoniū perhibuisset respōdit eis. Interrogabo z ego vos vnū sermonē dicite mihi. Baptismū Joannis vnde est de celo an ex hominib⁹? Turbati illi intra semetipsos cogitabant qz si dicerēt ab homini-
bus: lapidari possent a turba: que Joannē ꝓphetā esse credebant. Si dicerent de celo: respōderet eis. Ille quē cōfi-
temini de celo habuisse prophetiam mihi testimoniū phibuit: z ab illo auditis i qua ego ista factā potestate. Elidebant ergo quodlibet horū respondissent in laqueos se casuros: et dixerunt. Nescimus. Et domin⁹ eis. Nec ego dico vobis: in qua potestate ista facio. Non vobis dico qđ sciō: Mat. xxi.
qz non vultis fateri qđ scitis. Justissime vtiq; repulit: confusi abscesserūt. Et impletū est quod in psalmo per ꝓphetam dicit de⁹ pater: paraui lucernā christo meo: id est ipm̄ ꝓ. cxxxi.
Joannem. Inimicos eius induā confusione: super ipsum autē efflorebit sāctificatio mea. Habebat ergo dñs Jesus christus testimoniū prophetarum ante se premissorum: proconum iudicem precedētium. Habebat testimoniū a Joanne: sed ipse maius testimonium erat qđ sibi perhibebat. Illi autem infirmis oculis lucernas querebant: q; dū ferre non poterant. Nā Joannes idēipse apostolus cui⁹ euāgelium in manibus habem⁹: in ipsius euangelij fut capite ait de Joāne. Erat homo missus a deo: cui nomē erat Jo- Joban. j.
annes. Hic venit vt testimoniū phiberet de lumine vt omnes crederent per eū. Non erat ille lumē: sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Erat lumen verū: qđ illuminat omnem hominē venientem in hunc mūdum. Si omnem: ergo z Joannē. Unde dicit z ipse Joannes. Nos omnes de ple- Ephe. iij.
nitudine ei⁹ accepim⁹. Discernite ergo ista vt ꝓficiat mēs vestra in fide christi. Ne semper infantes sitis vbera ḡrentes z a cibo solido resiliētes. Debetis apud matrem ictām ecclesiā xp̄i nutriri z ablactari: z ad escas solidiores accedere mente nō ventre. Hoc ergo discerni te: aliud esse lumē quod illumiatur: aliud quod illuminat. Nā z oculi nostri lumina dicuntur: z vnusquisq; ita iurat tangēs oculos super lumina sua: sic viuāt lumina mea. Ultima iuratio est. Que lumia si lumina sunt: desit lumē in cubiculo tuo clauso/pateant z luceāt tibi. Non vtiq; possunt. Quomodo ergo ista in facie que habemus z lumina nuncupam⁹ z quando sana sunt z quando patent/indigēt extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato z nō illato/ sana sunt/apta sūt: nec tamen vident: sic mens nostra que est oculus animemū veritatis lumine radiet z ab illo qui illuminat nec illuminat mirabiliter illustret: nec ad sapientiā nec ad iustitiam peterit peruenire. Ipsa est em̄ vita nostra iuste viuere. Cum modo aūt non offendit in via: cui non lucet lumen? Ac per hoc in tali via videre opus est: in tali via videre magnū z. Nam thobias in facie oculos clausos habebat/ z filius patri magnū dabat: pater filio viā precipiendo monstrabat. Respōderūt ergo iudei. Tu de te testimoniū dicis. Testimonium tuum non est verū. Videam⁹ quid audiāt: audiamus z nos: sed non sicut illi. Illi contēnentes: nos credentes. Illi occidere christū volentes: nos per christum viuere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mētesq; nostras: et audiamus quid respōderit dño iudeis.
⌊ Respondit iesus z dixit eis. Et si ego † de me testimoniū perhibeo verum est testimoniū meum. Qz scio vnde veni † Mss. de me.
z quo vado ⌋ Lumen z alta demonstrat z spiritum. Accendis lucernam (verbi gratia) vt queras tunicam: z ꝓstat tibi ardens lucerna vt inuenias tunicam. Quid accēdis lucernam: vt videas ardentem lucernā? Lucerna quippe ardens/idonea est z alia q̄ tenebris operiebantur nudare: z seipsam tuis oculis demōstrare. Sic z domin⁹ christus/ z inter fideles suos z inimicos iudeos/ tanq; inter lucernā z tenebras distinguebat: tāq; inter illos quos radio fidei perfundebat/ z illos quoꝝ clausos oculos circūfundebat. Nā etiam sol iste: z videntis faciem illustrat z ceci. Ambo pariter stantes z facie ad solem habentes illustrantur in carne sed non ambo illuminant in acie. Videt ille: sed illeno videt. Ambobus sol presens est: sed ꝓsente sole vnus abest. Sic z sapientia dei verbum dei dño Jesus christ⁹ vbiq; ꝓsens est: quia vbiq; est veritas: vbiq; est sapientia. Intelligit qs in oriente iustitiā: intelligit ali⁹ in occidēte iustitia. Nunqd alia est iustitia quā ille intelligit: alia quā ille? Sed paratī sunt corpore: z in vno habent acies mentiū suarum. Quā video iustitiam hic constitui? si iustitia est: ipsam videt iustus nescio quot mānsionibus a me carne seiūctus. Et ī illi⁹ iustitie luce ꝓfūct⁹. Ergo testimoniū sibi ꝓhibet ille. Se aperit sanos oculos: z sibi ipa testis ēt cognoscat lux. Sq̄d agim⁹ de infidelib⁹? Nunqd illis nō est pi-

sens z illis: sed quibus eam videant: oculos non habēt; corJohn. j. dis. Audi de illis ex euāgelio ipso prolatam sententiā. Et lux lucet in tenebris: z tenebre eā non cōprehenderunt. Ergo ait dñs et verum ait. Et si ego de me testimoniū perhibeo: verum est testimonium meū. Qz scio vnde veni et quo vado. Patrem volebat intelligi: patri gloriā dabat filius. Equalis glorificat eum a quo est missus: cōtū debet homo glorificare eū a quo est creatus? Scio em̄ vnde veni z quo
D vado. Iste qui in presentia vobis loquit̄/ habet qđ non deseruit: sed tamen venit. Non em̄ venīdo inde discessit: aut recēdo nos reliquit. Quid miramini? Deꝰ est: non potest hoc fieri/sed ab hoie/nō potest hoc fieri/ab ipso sole. Quādo pergit ad occidentē/deserit orientē: z donec oriatur⁹ redeat ad orientem/nō est in oriente. Dñs aūt noster Jesus christus z venit z ibi est: z redijt z hic est. Audi ip̄m euāgeJoh. j. liū alio loco dicētē: z si potes cape: si nō potes crede. Deū inquit nemo vidit vnq; nisi vnigenit⁹ filiꝰ q est in sinu patris/ipse enarrauit. Non dixit fuit in sinu patris: quasi recēdo deseruerit sinū patris. Sic loqbatur: z ibi se eē dicebat. Qui z hinc discessur⁹ qđ dixit? Ecce ego vobiscū sum
Matth. vltimo. oibus diebꝰ vsq; ad cōsumationē seculi. Ergo verū ē testimoniū luminis siue se ostdat siue alia. Qz sine lumie nō potes videre lumē: z sine lumine non potes videre quodlibet aliud qđ non est lumen: Si idoneum est lumē ad demō strāda ea que non sunt lumina: nunquid in se deficit. Nunquid se nō aperit sine q̄ alia patere nō possunt? Locut⁹ est ꝓpheta verū: sed vnde haberet nisi de fonte hauriret? Locutus est Joannes verū: sed vnde locutus est/ipsum interroga. Nos inquit de plenitudine ei⁹ accepimus. Ergo ido neus est dñs noster Jesus xp̄s: q̄ sibi phibebat testimoniū. Sed plane fratres mei: in nocte huius seculi audiamus z ꝓphetiam intente. Modo enim ad fragilitatē nostram nocturnasq; cordis nostri intimas tenebras: humilis voluit venire domin⁹ noster. Homo venit contēnēdus et donandus: venit negandus z ꝓfitend⁹. Contēnendus z negandus a iudeis: honorādus et confitēdus a nobis. Judicādus iniuste: iudicaturus iuste. Talis ergo venit vt oporteret et lucernā testimoniū perhibere. Aliquid opꝰ erat vt Joannes tanq; lucerna phiberet testimoniū dei: si dies ip̄e ab infirmitate nostra posset videri? Sed non poteramus.
E Infirmus fact⁹ est infirmis: per infirmitatem sanauit infirmitatem. Per mortalē carnē carnis abstulit mortē. De corpore suo collyrium fecit luminibus nostris. Qz ergo dominus venit z in nocte seculi adhuc sumus: oportet vt z ꝓphetias audiamus. Nam de prophetis conuincimus contradicētes paganos. Quid est christus dicit pagan⁹? Cui respondemus. Quem prenunciauerunt prophete. Et ille. Qui prophete? Recitamus E saiam/Danielē/Hieremiā/ alios sanctos prophetas: dicimus ḡlonge ante illū venerint ḡto tempore aduētum eius precesserint. Hoc ergo respondem⁹. Preuenerunt eū ꝓphete: predixerūt eū esse venturum. Respondet aliquis eorum. Qui prophete? Nos recitam⁹: q nobis quotidie recitantur. Et ille. Qui sunt hi ꝓphete? Nos respōdemus. Qui z predixerūt ea: q̄ fieri videmus. Et ille. Nos inqt vobis ista finxistis. Dixistis ea fieri: et quasi ventura q̄ predicta sunt essent: in libris quibus voluistis ꝓscripsistis. Sic ꝓtra inimicos paganos: occurrit nobis aliorū testimoniū inimicorum. Proferimus contra iudeos: z respōdemus. Nempe z vos z illi/ fidei nostre estis inimici: ideo sparsi sunt p gentes vt alios ex aljs
Eph. iij. ḡuincamus inimicis. Codex E Isaie ꝓferatur a iudeis: videam⁹ si non ibi lego. Sicut ouis ad immolādum ductus ē: et sicut agnus coram tondēte fuit sine voce: sic nō aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatū est. Liuore eius sanati sumus. Omnes vt oues errauimus: z ipse tradit⁹ ē
Isai. xxi. ꝓ peccatis nostris. Ecce lucerna vna. Alia ꝓferatur. Psalmus aperiat: et iam inde ꝓdicta passio xp̄i recitetur. Fode runt manus meas et pedes meos: dinumerauerūt omnia ossa mea. Ipsi vero cōsiderauerunt me: diuiserunt oia vestimenta mea: et super vestimentum meum miserunt sortem. Apud te laus mea: in ecclesia magna cōfitebor tibi. Cōme morabunt z cōuertent̄ ad dominū vniuersi fines terre. Et adorabunt in cōspectu eius vniuerse patrie gentium: quia domini est regnum z ipse dominabit gentium. Erubescat vnus inimicus: q̄ codicē ministrabat alius inimic⁹. Sed ecce de codicibus prolatis/ab vno inimico alterum vicit: z ipse qui mihi codicē ꝓtulit nō relinquatur. Ab illo ꝓferatur: vnde et ipse vincatur. Lego alium prophetam: z inuenio dominū loquentem ad iudeos. Non est mihi voluntas Malac. j.
in vobis dicit dominus/ nec acciptā sacrificiū de manib⁹ vestris: quomodo ab ortu solis vsq; ad occasum sacrificiū mundū offert nomini meo. Non venis iudee ad sacrificiū mundū: Conuinco te imundum. Ecce z lucerne perhibet testimoniū dicī ꝓpter infirmitatem nostram: q̄ dicī claritatē tolerare z videre nō possumus. Nam z nobis̄ christiani: in comparatione quidem infidelium lux tam sum⁹. Unde dicit apostol⁹. Fuistis enim aliq̄n tenebre nunc aūt lux in domio: sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit. Nox ꝓcessit dies autem appropinquabit: abijciamus ergo opera tenebrarū et induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Tamen q̄ in comparatione illius lucis ad quā F
venturi sumus/adhuc nox est etiam dies in quo sum⁹: audi ꝑetrū apostolū. Delatam dicit dño christo vocē de magnifica potestate. Tu es filiꝰ meus dilect⁹: in quo bñ com- Mat. xiij.
placui. Hanc vocē inqt nos de celo audiuimus delatam: cū essemus cū illo in mōte sancto. Sed q̄ nos nō bī fuim⁹ z istam vocem de celo tunc non audiuimus: sit ad nos ipe petrus. Et habemus certiorem propheticum sermonem. ij. Pet. j.
Preuidens enim dominus Jesus christ⁹ impios quosdā futuros qui miraculis eius calūniarentur magicis artib⁹ ea tribuēdo: prophetas ante ꝓmisit. Nunqd enim si magerat et magicis artibus fecit vt coleretur: et mortuus magus erat anteq; nat⁹? Prophetas audi o bō mortue z vermescendo calūniose. Prophetas audi/lege/ audi q̄ ante dñm venerunt. Habemus (inqt apostolus ꝑetr⁹) certiorem propheticū sermonem cui benefacitis attēdētes sicut lucerne i obscuro loco: donec dies lucescat et lucifer oriat in cordibus vestris. Quādo ergo domin⁹ Jesus christus venerit: z sicut dicit apostol⁹ etiā Paulus: illuminauerit occulta tenebrarū z manifestauerit cogitatiōes cordis vt laus sit vnicuiq; a deo: tūc presente tali die lucerne nō erūt necessarie. Nō legetur nobis prophetia: non aperiet̄ codex apostoli: non requiretur testimoniū Joannis: nō ipso indi gebimus euāgelio. Ergo oēs scripture tollēt̄ de medio que nobis in huius seculi nocte tanq; lucerne accēdebant ne in tenebris remaneremus. Ablatis omnibus sublatis/ne quasi nobis luceant indigentibus/ z ipsis hominib⁹ dei q̄ quos hec ministrata sunt/ nobiscū lumē illud verū clarum q̄ videntibus: remotis ergo his adiumētis qđ videbim⁹? Unde pascetur mens nostra? Unde obtutus ille letabit? vnde erit illud gaudiū: quod nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit? Quid videbimus? Obsecro vos amate mecū: currite credēdo mecum: patriam supernā desiderem⁹: superne patrie suspiremus: peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tūc videbim⁹? dicat nūc euāgelium. In principio erat verbū: z verbum erat apud deū Joh. j.
z deus erat verbū. Unde tibi ros insp̄sus est ad fontem venies: vnde radius p obliqua z p anfractuosa tibi ad cor tenebrosum missus est/ nudam ipsam lucē videbis: cui vidende ferendeq; mundaris. Dilectissimi qđ z hesterno cōmemorauī: Joannes ipse dicit. Filij dei sum⁹: et nondum apparuit quid erim⁹. Scimus q̄ cum apparuerit similes ei erim⁹: quomodo videbim⁹ eū sicuti est. Sentio vestros
Sapiē. j. affect⁹ attolli mecū in superna: sed corpus qđ corrūpit̄ aggrauat aiam: z deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantē. Depositurus sum z ego codicem istum: discessuri estis z vos quisq; ad sua. Bene nobis fuit in luce ꝓmuni bene gauisi sumus: bene exultauim⁹: sed cū ab inuicem recedimus/ab illo non recedamus.

Tractatus. xxxvj.

Vos ꝓm carnē iudicatis ego nō iudico quēq; et si iudico ego iudiciū meum verū est quia solus non sum/ sed ego et qui misit me pater: et in lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimoniū perhibeo de meipso et testimonium perhibet de me

qui misit me pater.

A IN quattuor euãgelijs vel potiꝰ quattuor libris vnius euangelij: sanctus Joannes apostolus nõ immerito ſm intelligẽtiam spiritualẽ aquile cõparatus: altiꝰ multoq; sublimius alijs tribꝰ erexit predicationem suã/ & in eius erectiõe etiã corda nostra erigi voluit. Nam ceteri tres euangeliste tanq; cũ homine dño in terra ambulabant: de diuinitate eiꝰ pauca dixerunt. istum aũt quasi pigueritꝫ in terra ambulare: sicut ipso exordio sui sermõis intonuit: erexit se non solũ sup terram & super omnem ambitum aeris & celi: sed super oẽm etiam exercitum angelorum: omnemq; constitutionẽ inuisibiliũ potestatũ: & peruenit ad eũ per quẽ facta sunt omnia/ dicẽdo.

Joh. j. In principio erat verbum: & verbum erat apud deũ: & deꝰ erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Oẽia per ipsum facta sunt: & sine ipso factũ est. Huic tante sublimitati principij: etiã cetera cõgrua ꝓdicauit: & de dñi diuinitate quomodo nullꝰ alius est locutꝰ. Hoc ructabat: qõ biberat. Non em̃ sine causa de illo in isto euãgelio narratur: qz et in cõuiuio super pectus dñi discumbebat. De illo ergo pectore in secreto bibebat. Sed qõ in secreto bibit/ in manifesto eructauit. Vt peruenirent ad oẽs gentes nõ solũ incarnatio filij deiꝰ: passio & resurrectio: sed etiã qõ erat ante incarnationem: vnicus patri: verbũ patris: coeternus generãti: equalis ei a quo missus est: sed in ipsa missione minor factꝰ quo maior esset pater. Quicqd ergo humiliter positum auditꝫ de dño Jesu xpo: suscipite carnis dispensationem. Cogitate qualis factꝰ est ꝓpter nos nõ qualis erat vt faceret nos. Quicquid autem sublime & supra oẽs creaturas excellit atq; diuinũ & patri equale atq; coeternũ de illo audieritis in euangelio poni vel legeritis: scitote vos hoc legere qõ ad formã dei pertinet nõ quod ad formã serui. Qz si istã regulam tenueritis qui capere potestis: non aũt omnes capere potestis sed oẽs credere debetis. Si ergo hãc regulam tenueritis aduersus calumnias tenebrarũ hereticarũq; tãq; in lumine ambulãtes securi pugnabitꝫ. Non em̃ defuerũt q; sola euangelica testimonia legendo sectarent̃ que de humilitate xpi posita sunt: q; aduersus ea testimonia q; de diuinitate eiꝰ locuta sunt surdi fuerunt. Jdeo surdi vt male verbosi. Itẽ quidã illa sola attẽdentes q; de dñi sublimitate dicta sunt. etiam ipsi miam eius qua homo factus est ꝓpter nos & si legerunt non crediderũt: & ab hoibus inducts atq; falsa esse putauerunt: contendentes deum tantummodo fuisse dominũ nostrum christum: non etiam hoiem. Alij sic: alij sic: vtriq; i errore. Catholica aũt fides ex vtroq; verum tenens qõ tenet: & predicãs quod credit: et deum xp̃m intellexit: & hoiem credidit. Vtrũq; em̃ scriptũ est: & vtrũq; verum est. Si deum tãtum dixeris christum: medicinã negas qua sanatus es. Si hominẽ tantum dixeris christum: potentiã negas qua creatꝰ es. Vtrũq; igit̃ tene aia fidelis & cor catholicũ/ vtrũq; tene: vtrũq; crede: vtrũq; fideliter confitere. Et deus xps est: et homo christus. Qualis deus christus: equalis patri: vnus cum patre. Qualis hõ xps: De virgine natus trahens de hoie mortalitatẽ: nõ trahẽs iniquitatem. Ysti ergo iudet videbãt hoiem: nec intelligebant nec credebãt deũ. Atq; inter cetera auditis iam quẽ admodum ei dixerunt. Tu de teipso testimoniũ dicis: testimonium tuũ non est verũ. Auditis etiã quid ille respõderit: cum hesterno die lectũ esset: & ꝓ nostris viribꝰ disputatum. Hodie verba eiꝰ hec locuta sunt: [vos ſm carnẽ iudicatis.] Jdeo inq̃t mihi dicitis: tu de te testimoniũ dicis: testimoniũ tuum nõ est verũ: qz ſm carnem iudicatis qz deũ non intelligitis: & hominem videtis: & hominem persequẽdo/ deũ latentẽ offenditis: ergo ſm carnẽ iudicatis. Jdeo vobis arrogans videor: qz ego testimoniũ perhibeo. Omnis em̃ homo qñ de se perhibere vult testimoniũ laudabile: arrogans & superbus videtur. Jdeo scriptum est. Non te laudet os tuum: sed laudet te os proximi tui. Sed hoc homini dictũ est: infirmi em̃ sumus & apud infirmos loquimur: verũ dicere & mentiri possumus: & si verũ dicere debemus & mentiri tñ possumus cum volumus. Lux mẽtiri nõ potest. Absit vt in lucis diuine splendore: tenebre mẽdacij reperiantur. Loquebatur ille tanq; lux: loquebatur tanq; veritas: sed lux in tenebris lucebat & tenebre eam non comprehenderunt. Jdeo ſm carnem iudicabãt. Vos inq̃t ſm carnem iudicatis: ego nõ iudico quẽq;.] Non ergo iudicat quemq; domin⁹ Jesus christus: Nõne ipe est quẽ confitemur resurrexisse tertia die: ascẽdisse in celum: ibi sedere ad dexteram patris: inde esse vẽturũ ad iudicãdos vivos & mortuos: Nõne ipa est fides nostra de qua dicit apostolus: corde creditur ad iustitiã: ore aut̃ confessio fit ad salutem: Ergo quando ista confitemur: contra dominũ loquimur: Nos dicimus venturũ iudicem viuorũ et mortuorũ: ipse aũt dicit/ ego non iudico quemq;: id est modo: sicut dicit alio loco: ego nõ veni vt iudicem mundũ sed vt saluum faciam mundũ: non iudicium suũ negando sed differẽdo. Aut certe qz dixerat: vos ſm carnem iudicatis: ita subtulit: ego non iudico quẽq; vt subaudias/ ſm carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quã tenem⁹ & annũciamus de dilecte christo scrupulus dubitatiõis in corde remaneat. Venit christus sed primo saluare postea iudicare: eos iudicãdo in penã q; saluari noluerũt: eos perducendo ad vitã qui credendo salutẽ non respuerunt. Prima ergo dispensatio domini nostri Jesu xpi medicinalis est nõ iudicialis. Nã si primo venisset iudicaturus: neminẽ inuenisset cui data iusticie redderet. Qz ergo vidit oẽs peccatores & oino neminem esse immunẽ a morte peccati: prius erat eis̃ mia proroganda: & post exercendũ iudicium. Qz de illo cãtauerat psalmus. Misericordiã & iudicium cantabo tibi dñe. Nam em̃ iudicium ait & misericordiã. Nam si primo esset iudicio nulla esset misericordia. Sed ꝑmo misericordia: postea iudicium. Que est primo misericordia: Creator hois/ homo esse dignat⁹ est: factus est qõ fecerat: ne periret qõ fecerat. Quid huic misericordie addi põt: Et tñ addidit. Parũ fuit ei hoiem fieri: sed etiam ab hoibus reprobari. Parum fuit reprobari/ & exhonorari. Parũ erat exhonorari/ et occidi. Sed hoc parum est/ morte crucis: Nam & cui? obedientiam vsq; ad mortem factã cõmendaret apostolus ꝓpter illi fuit dicere: factus obediens vsq; ad mortẽ: mors autem qualemcũq; mortẽ: sed addidit/ mortem aut̃ crucis. Illa morte peius nihil fuit: inter oia genera mortiũ. Denig; vbi dolores acerrimi exagitant: cruciatus vocat/ a cruce nola tus. Pendentes em̃ in ligno crucifixi: clauis ad lignũ perdibus manibusq; cõfigi: producta morte necabantur. Nõ em̃ crucifigi hoc erat occidi/ sed diu viuebat in cruce. Nã qz longior vita eligebatur sed quia mors ipsa grauedebatur: ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis: parti dicimus crucifigi dignatꝰ est: vsq; ad mortem crucis obediens factꝰ. Elegit extremum et pessimum genꝰ mortiũ: omnem fuerat ablaturus mortẽ. De morte pessima: occidit omnem mortem. Pessima em̃ erat non intelligentibus deis: nam a dño electa erat. Ipsam em̃ crucem suam signũ habiturus erat: ipsam crucem de dyabolo superato tanq; tropheum in frontib⁹ fidelium positurꝰ: vt diceret apostolus. Mihi aut̃ absit gloriari: nisi in cruce domini nri Jesu christi: per quẽ mihi mũdus crucifixus est et ego mũdo. Nihil erat tunc i carne intollerabili⁹: nihil est nũc in fronte gloriosius. Quid seruat fideli suo: qui talẽ honorẽ odit in supplicio suo: Deniq; modo in penis reoꝝ non est apud romanos. Ubi em̃ dñi crux honorata est: putatũ est qõ et reꝰ honorarẽt si crucifigeretur. Qui ergo ideo venit neminem iudicauit: & mala passus est. Pertulit iniustum iudiciũ vt ageret iustum. Sed in eo quod pertulit iniustũ: misericordie fuit. Deniq; ita humilis factꝰ est: vt perueniret ad crucem: distulit quidem potentiã: sed publicauit misericordiã. Unde distulit potentiã: Quia de cruce noluit descendere: q; potuit de sepulchro resurgere. Unde publicauit misericordiam: Qz pendens in cruce dixit. Pater ignosce illis: qz ne sciunt quid faciunt. Siue ergo ꝓpter hoc quia non venerat iudicare mundum/ sed saluare mũdum/ dixit: ergo non quemq; iudico: siue quẽadmodum cõmemorauit quomodo dixerat/ vos ſm carnẽ iudicatis: addidit: ergo nõ iudico quemq;: vt intelligamus xp̃m non ſm carnem iudicare sicut ab hoibus iudicatus est. Nam vt agnoscatis iam & iudicem christũ: audite quod sequitur. [Et si iudico ego iudicium meũ verum est.] Ecce babes & iudicẽ. Sed agnosce saluatorem: ne fẽtas iudicem. Quare autem dixit iudicium suum verum esse: [Qz solus inquit non sum sed ego & qui misit me pater.] Dixi vobis fratres: qz iohannes iste euãgelista sanctus multum alte volat. Vix est eum mente comprehendere. Mysterium aũt altius volantis: opus est vt cõmemorem charitati vestre. Et apud ezechielem prophetã in apocalipsi ipsius iohannis cuius est hoc euangelium cõmemoratur animal quadrupes habẽs quattuor ꝓfundas: hominis: vituli: leonis: aqle. Qui ante nos scriptura sanctaꝝ mysteria tractauerũt: plerisq; in hoc animali: vel potiꝰ in his aialibus quattuor euãgelistas intellexerũt. Leonẽ pro rege positũ: quomodo videtur leo rex esse quodãmodo bestiarũ ꝓpter potentiã & terribilem fortitudinẽ. Hec persona tributa est matthẽo: qz in generationib⁹ dñi/ regum serie ꝓsecutus est: quẽadmodum esset domin⁹ per stirpem regiã de semie dauid regis. Lucas aũt quomodo cepit a sacerdotio zacharie sacerdotis/ factẽs mentionem patris iohannis baptiste: vitulo deputatus est qz magna victima vitulus erat in sacrificijs sacerdotũ. Marco homo ꝓpter meritũ assignatus est: qz neq; de regia potestate aliq̃d dixit: neq; de sacerdotali cepit: sed tantum ab hoie christo exorsus est. Et omnes ꝓpe de terrenis: id est de his q; in terra gessit domin⁹ noster Jesus christus nõ recesserũt. De diuinitate eiꝰ perpauca locuti sunt tãq; in terra cũ illo ambulantes. Restat aquila ipse est iohannes sublimiũ ꝓdicatorũ: & lucis interne atq; eterne firis oculis contẽplator. Dicunt eni & pulli aquilarũ a parẽtibꝰ sic probari: patris scilicet vngue suspẽdi & radijs solis opponi: qui firme cõtẽplatus fuerit filius agnoscit. Si acie palpitauerit: tãq; adulterinꝰ ab vngue dimittit. Jam ergo videte q; sublimia loqui debuit: qui est aquile cõparatus. Et tñ etiã nos humiliter repetẽs: infirmi & vix vllius momenti inter homines: audemus tractare ista & ista exponere. Et putamus nos aut ea posse cũ cogitamus aut capi dũ dicim⁹. Quare ista dixi? Forte ei post hec verba quisq; mihi iuste dicat: pone ergo codicẽ. quod excedit mensurã tuam: q̃d sumis in manũ tuã/ quid ei cõmittis linguã tuã? Ad hoc respondeo. Multi heretici abundãt: & ad hoc eos deus abundare ꝑmisit ne simplicte nutriamur: & in bruta infantia remaneam⁹. Qz em̃ nõ intellexerũt quomodo ꝓmendarẽt diuinitas christi sapuerũt sicut voluerunt. Non aut̃ recte sapiendo: fidelibus catholicis questiones molestissimas intulerunt. Cepe runt exagitare & fluctuare corda fidelium. Jam tunc necessitas facta est spiritualib⁹ viris q; aliquid ſm diuinitatẽ dñi nostri Jesu christi nõ solũ legerant in euangelio: sed etiã intellexerant: vt contra arma diaboli christi arma proferrẽt: & de christi diuinitate aduersus falsos fallacesq; doctores quantũ possent viribus apertissima cõflictatiõe pugnarẽt: ne cum ipsi tacerẽt: alij pertrent. Quicumq; em̃ senserũt dominum nostrum tesum christum aut diuerse substantie esse q; pater est: aut tantũ esse christum solũ vt ipse sit pater/ ipse sit filius/ ipse sit spiritussanctus: quicũq; etiam sentire voluerunt hominẽ fuisse solũ: nõ deum factum hominem: aut ita deum vt in sua diuinitate mutabilẽ: aut ita deum vt nõ hominem: a fide naufragauerunt & de portu ecclesie processerunt: ne inquietudine sua naues secũ positas frãgerẽt. Que res coegit vt etiã nos minimi & quantũ ad nos pertinet prorsus indigni/ ꝙtum aũt ad illius misericordiã in ali quo dispensatorũ eius numero constituti: non vobis tacemus qõ aut intelligatis mecũq; gaudeatis: aut si ita intelligere nondũ valetis: credẽdo securi in portu maneatis. Dicã ergo capiat q; potest: credat q; non potest. Tamẽ dicam qõ ali domin⁹: vos ſm carnem iudicatis ego non iudico quẽ q; aut modo aut ſm carnẽ. Sed & si ego iudico: iudicium meũ verum est. Quare iudiciũ meum verũ est? Quia solus nõ sum inquit: sed ego & qui misit me pater. Quid ergo domine tesu? Si solus esses falsum esset iudiciũ tuum: & ideo verum iudicas quia solus nõ es: sed tu & qui te misit pater. Quid respõsurus sum: ipse respondeat. Verũ est inquit iudicium meum. Quare? qz solus nõ sum: sed ego & qui misit me pater mecũ est. Si tecũ est: quomodo te misit? Et temisit: & tecum est. Jta ne & missus nõ recessisti: ita ne & ad nos venisti: & ibi mansisti? Quomodo istud creditur: quomodo capitur? Ad hec duo respõdeo. Quomodo capit: recte dicis. Quomodo credit: nõ recte dicis. Immo ideo bene creditur: qz non cito capitur. Nam si cito caperetur: nõ opus erat vt crederet qz videretur. Jdeo credis quia nõ capis. Sed credẽdo sis idoneus vt capias. Nam si nõ credis: nũq; capies: qz minus idoneus remanebis. Fides ergo mundat te: vt intellect⁹ impleat te. Verũ est inq̃t iudiciũ meũ: qz solus non sum: sed ego & qui misit me pater. Ergo domine deꝰ noster Jesu christe: missio tua: incarnatio tua est. Sic video: sic intelligo. Postremo sic credo: ne arrogãtie sit videre tu: vt intelligo. Prorsus & hẽ est dñs noster Jesus christꝰ Immo hic erat ſm carnẽ: modo hic est ſm diuinitatẽ: & cũ patre erat & a patre nõ recesserat. Quod ergo dicit missus venisse ad nos: incarnatio ipsius cõmendatur: qz pater nõ est incarnatꝰ. Nam sabelliani dicti sunt quidam heretici qui vocantur et patripassiani: qui dicunt ipsum patrẽ passum fuisse. Noli tu catholice. Si em̃ fuer⁹ patripassianus: non eris sanus. Ergo intellige missionẽ filij nominatã/ in carnationẽ filij. Patrem autem incarnatũ esse nõ credas. Sed & a filio incarnato patrẽ recessisse nõ credas. Ille carnem portabat: ille aũt cum filio erat. Si i celo pater: in terra fili⁹: quomodo pater cũ filio erat? Qz et pater & filiꝰ vbi q; erant. Non em̃ in celo sic est deus: vt non sit in terra. Audi illũ qui volebat fugere iudicũ dei: & nõ inueniebat qua. Quo ibo inquit a spiritu tuo: & a facie tua q̃ fugiã: Si ascẽdero in celum tu ibi es. De terra erat questio: audi quod sequitur. Si descẽdero in infernũ ades. Si ergo & in infernũ dicitur q; assit: quid rerũ remanet vbi non sit? Qz em̃ dei est apud prophetam. Celũ & terrã ego impleo. Ubi q; ergo est: qui nullo claudit loco. Noli ab illo auerti & recũ est. Si vis ad eũ peruenire: noli piger esse amare. Non em̃ pedib⁹ sed affectibus curris: vno loco manẽs venis/ si credis & dilegis. Ergo vbi q; est. Si vbi q; est: quomõ cum filio nõ est. Ita ne cũ filio nõ est: qui si credis & tecum est? Unde ergo verum est iudiciũ eius: nisi qz ver⁹ est filius? Hoc em̃ dixit Et si iudico verũ est iudiciũ meum: qz solus non sum: sed ego & qui misit me pater. Tãq; diceret. Verum est iudiciũ meum: qz filius dei sum. Unde probas: qz filius dei es? Qz solus non sum: sed ego et qui misit me pater. Erubesce sabelliane. Audis filium: audis patrem. Pater pater est. Filius filius est. Non dixit ego sum pater & ego ipse sum filiꝰ sed solus non sum inquit. Quare solus non es? Quia mecũ est pater. Ego sum: & qui me misit pater. Audis ego sum et qui me misit. Ne perdas personam: distingue psonae/ distingue intelligentiam noli separare perfidia: ne iterũ quasi fugiens caribdim in scillã incurras. Horabat em̃ te gurges impietatis sabellianorũ: vt diceres ipsum esse prem qui est filiꝰ. Modo didicisti/ solus nõ sum: sed ego et qui misit me pater. Agnoscis quia pater pater est: & filius filiꝰ est. Bene agnoscis: sed noli dicere: pater maior est: filiꝰ minor est. Noli dicere pater aurum est: filius argentũ est. Una substãtia est: vna diuinitas: vna coeternitas: pfecta equalitas: dissimilitudo nulla. Nam si tantũmodo alterum crediderit̃ eũ xp̃m: non eum qui pater est: et in aliquo tamen distantẽ ſm naturã eẽ putaueris: a caribdi q̃dẽ euasisti: ſz in scilleis scopulis naufragasti. In medio nauiga: vtrũq; piculosum latus euita. Pater pater est: filiꝰ filiꝰ est. Jam dic⁹ pater pater est: filius filiꝰ est: bene periculũ absorbẽtis gurgitis euasisti. Quid vis ire in alterã partẽ: vt dicas aliud est pater: filius aliud? Alius est recte dicis: aliud non recte. Aliꝰ em̃ filius: qz non est ipse qui pater: & alius pater qz non est ipse qui filius. Non tñ aliud sed hoc ipsum est & pater et filius. Quid est hoc ipsum est? Unus deus est. Audisti qz nõ sum solus: ſz ego & qui misit me pater. Audi quomodo credas patrem & filiũ. Audi ipsum filiũ: ego & pater vnum sum⁹. Non dixit pater ego sum: aut ego & pater vnũ est. Sed cũ dicit: ego & pater vnum sum⁹: vtrũq; audi/ & vnum et sumus: & a caribdi & a scilla liberaberis. In duob⁹ istis verbis q̃ dixit vnũ: liberat te ab ario: quod dixit sum⁹: liberat te a sabellio. Si vnum: non ergo diuersum. Si sum⁹: ergo & pater & filius. Sumus em̃ non diceret de vno: sed vnum non diceret de diuersis. Ergo ideo verum est inquit iudiciũ meũ breuiter vt audias: qz filius dei sum. Sed sic tibi psuadeo inquit qz filius dei sum vt intelligas quia mecũ est pater. Nõ sic sũ filiꝰ: vt ipm deseruerim. Nõ ita hic sum vt cũ ipo non sim: non its ibi ille est vt mecũ nõ sit. Formam serui ac-

Psalmo. cxxxviij.

Hieremi. xxiij.

Joh. x.

Prouer. xxvij.

cept:sed formā dei non amisi. Solus ergo inqt nō sum:sed
ego ⁊ qui misit me pater. Dixerat de iudicio:de testimonio
vult dicere.⁊ In lege inqt vestra scriptū est:qz duorum ho
minum testimoniū verū est. Ego sum qui testimoniū per:
hibeo de metipso:⁊ testimonium perhibet de me ꝙ misit me
pater.⁊ Exposuit illis ⁊ legē:si ingrati non essent. Magna
em q̄stio est fatres mei: et valde mihi videtur in mysterio
res esse constituta:vbi deus dixit: in ore duorū vel triū te:
stium stabit omne verbū. Veritas querit per duos testes:
Ita plane:sic se habet humani generis cōsuetudo. Sed tñ
Dañ. xiij. fieri potest:vt ⁊ duo mentiant. Susanna casta duob⁹ falsis
Wa. xxvj testibus vrgebatur. Munqd qz duo erant: ideo falsi testes
non erant:De duob⁹ dicim⁹ aut de trib⁹:vniuersus popu:
lus mentitus est contra xp̄m. Si ergo popul⁹ constans ex
magna hoim multitudine/falsus testis inuent⁹ est:qūo ac:
cipiendum est/in ore duorum vel trium testiū stabit omne
verbū:nisi qz hoc modo per mysteriū trinitas cōmendata
est. In qua est ꝑpetua stabilitas veritatis:Quis habere bo
nā causam:habeto duos vel tres testes: patrē ⁊ filiū ⁊ spi:
ritū sanctū. Denicz qñ susanna casta femina fidelisq̄ con:
tunx/duob⁹ falsis testibus vrgebat:trinitas illi in cōscien:
tia atq̄ occulto suffragabat. Illa trinitas de occultovnū
testem danielē excitauit:⁊ duos cōuicit. Ergo q̄ lege ve:
stra scriptum est duorum hominū testimoniū verū esse: ac:
cipite nostrum testimoniū ne sentiatis iudiciū. Ego enim
inqt nō iudico quēq̄:sed testimoniū perhibeo de me. Dif:
fero iudicium:non differo testimoniū. Eligam⁹ nobis fra:
tres contra linguas hoim:contra infirmas suspitiones ge
neris humani/deū iudicem:deū testem. Non em̄ dedigna:
tur testis esse qui iudex est:aut promouet cū sit iudex:quō
qui testis est:ipse iudex erit. Quare ipe testis:Qz non que
rit alium vnde cognoscat qui sit. Quare ipe iudex:Qz ipe
habet potestatē mortificandi ⁊ viuificandi:dānandi ⁊ ab:
soluendi:in gehennā precipitandi ⁊ in celos leuādi:diabo
lo cōiungendi ⁊ cū angelis coronādi. Cū ergo ipse habeat
hanc potestatem:iudex est. Qz vero vt te cognoscat non q̄:
rit aliū testem.qui tūc iudicabit te modo videt te. Non est
vnde illū fallaq:cū ceperit iudicare. Non em̄ adhibes ti
bi aliquos falsos testes:q̄ iudicem illū posset circūuenire.
Quando ceperit iudicare de⁹: hoc tibi dicet. Qñ contem:
nebas ego videbam:⁊ quando nō credebas/sententiā meā
non frustrabā: differebā nō auferebā. Noluisti audire qđ
precepi:senties qđ predixi. Si aūt audisses que precepi/nō
mala senties que predixi:sed bona percipies q̄ promisi. Re
aliquem sane moueat qđ ait:verū est iudiciū meū qz solus
Joh.v. nō sum sed ego ⁊ qui misit me pater:cū alibi dixerit: pater
non iudicat quēq̄:sed omne iudicium dedit filio. Jam in
eisdem verbis euangelij disputauimus ⁊ nūc admonem⁹
non hoc ideo dictū qz pater non erit cū filio iudicante:sed
quomodo bonis ⁊ malis in iudicio solus filius apparebit
in ea forma in qua passus est ⁊ resurrexit ⁊ ascēdit in celū.
Actuū.j. Discipulis q̄ppe tunc aspicientib⁹ ascendentē vox angelica
sonuit sic veniet qđadmodū vidistis eū euntē in celū:
id est in forma hois in qua iudicat⁹ est iudicabit:vt etiam
Joh. xix. illud prophetic ū impleat:videbunt in quē pupugerūt. Cū
vero eūtibus tustis in vitam eternā videbim⁹ eū sicuti est:
non erit illud iudiciū vtiorum ⁊ mortuorū: sed premiū tā:
tummodo viuorū. Item ne moueat qđ ait:in lege vra scrī:
ptum est: qz duorū hoim testimonium verum est. Et ideo
quisq̄ existimet nō fuisse illam legem dei: quia nō dictū est
in lege dei:sciat ita dictū esse in lege vestra: tanq̄ diceret q̄
vobis est data. A quo nisi a deo:Sicut dicimus:panez no:
strum quotidianum:⁊ tū dicimus:da nobis hodie.

Tractatus.xxxvij.

Dicebāt ergo eiVbi nā est pater tu⁹. Respōdit
Iesus neq̄ me scitis: neq̄ patrē meū. Si me sciretis
forsitā ⁊ patrē meū sciretis. Hec verba locut⁹ est
Iesus in gazophilatio docēs in tēplo ⁊ nemo ap=
prehēdit eū qz necdū venerat hora eius.

Quod in sancto euangelio breuiter dictū:non bre
uiter oportet exponi vt qđ audiūt intelligāt. Ver
ba ei pauca dominus dixit sed magna sunt. Non nume:
ro estimanda sed pōdere:nec ideo contēnenda quia pauca
sed ideo querēda qz magna. Qui affuistis hesterno die au
distis: vt potuimus disputauim⁹ ex eo qđ ait dñs: vos fm
carnem iudicatis:ego non iudico quemq̄. Sed ⁊ instudico
ego iudiciū meum verū est:qz solus non sum: sed ego ⁊ qui
misit me pater. In lege vestra scriptū est: qz duorum hoim
testimoniū verum est. Ego sum q̄ testimoniū perhibeo de
me:⁊ testimoniū perhibet q̄ me misit pater. Ex his verbis
hesterno vt dixi die/redditus est sermo aurib⁹ ⁊ mentibus
vestris. Hec cū dominus dixisset:illi qui audierāt:vos fm
carnem iudicatis:manifestauerunt quod audierāt. Reſpō
derunt em̄ dño loquēti de deo patre suo ⁊ dixerūt. ⁊ Vbi
est pater tuus:⁊ Patrē xp̄i carnaliter acceperūt:qz verba
christi fm carnem iudicauerūt. Erat autem qui loquebat
in aperto caro:in occulto verbum.hō manifestus:deus oc:
cultus. Videbant indumentū:⁊ contēnebant indutū. Cō
tēnebant:qz nesciebāt. Nesciebāt:qz nō videbant. Non vi
debant qz ceci erāt. Ceci erant:qz nō credebant. Videam⁹
ergo:⁊ ad hec dñs quid respōdit. Ubi est inquiunt pa:
ter tuus:audium⁹ enī te dicere:solus non sum:sed ego ⁊ q̄
me misit pater. Nos solū te videm⁹:patrē tuum tecū nō vi:
demus. Quō te dicis solū nō esse:sed cū patre tuo esse: Aut
ostende nobis tecum esse patrē tuum.⁊ Et dñs.⁊ Munqd ⁊ Philippe
me videtis:vt patrem ostendam vobis:Hoc enī sequitur: Pascha
hoc suis verbis ipse respōdit:quorum verborum expositio Judeo.
nem nos ante premisimus. Videte enī quid dixerit.⁊ Nec
me scitis:neq̄ patrem meum. Si me scirētis: forsitan ⁊ pa
trem meum sciretis.⁊ Dicitis ergo vbi est pater tuus:quasi
tam me sciatis:quasi totum hoc sim qō videtis. Ergo quia
me non nostis: ideo vobis patrē meū nō ostendo. Me dīs:
pe hominē putatis:ideo patrem meum hoiem queritis: q
fm carnem iudicatis. Qz ergo fm quod videtis aliud sum
⁊ aliud fm qō nō videtis:patrē autē meum loquor: occul:
occultū:prius est vt me noueritis: tunc ⁊ patrē meū scietis
Si enī me sciretis:⁊ patrē meum forsitan sciretis. Ille qui B
omnia scit qñ dixit forsitan:nō dubitat sed increpat. Item
de enī quomodo increpatiue dicatur ipsum forsitan:qđ vi
detur esse verbū dubitationis. Sed dubitatiōis verbū est
qñ dicitur ab homine:ideo dubitante qz nesciēte. Cum ve
ro dicitur a deo verbū dubitationis:cū deum nihil vtiq; la
teat:illa dubitatiōe arguit:ifidelitas nō opinat diuinitas.
Homines ei de his rebus quas certas habent aliqñ incre
patiue dubitant:id est verbū dubitatiōis ponunt:cum eos
de non dubitent. Velut si indigneris seruo tuo ⁊ dicas.
Tēnis me:considera:forsitan dñs tuus sum. Hinc ⁊ apostō
lus ad quosdā contēptores suos loquēs ait. Puto autem ⁊Cant.
qz ⁊ ego spiritū dei habeo. Qui dicit puto:dubitare videt.
Sed ille increpabat nō dubitabat. Et ipse dñs christ⁹ alio
loco increpās infidelitatē futurā generis humani:cum ve
nerit inquit filius hois putas inueniet fidē in terra? Jam Lucē
quantū existimo itellexistis quomodo sit positū fortitan
quis verborū appēsor ⁊ sillabarū examinator velut latine
loqui sciēs/reprehēdat verbū quod dixit dei verbum ⁊ re
prehendēdo dei verbum:non eloquēs sed mut⁹ remanet.
Quis em̄ sic loquit quō loquit verbū qđ erat in principio
apd deū? Volt verba ista cōsiderare:⁊ ex his verbis affec Mar.
tis illud verbū metiri velle qđ de⁹ est. Audis em̄ verbum ⁊
contēnis. Audi deū ⁊ time. In principio erat verbū. Cū re Jouni.
uocas ad vsū sermocinationis tue:⁊ dicis apud te. Quid ē
verbū? Quid magnū est verbū? Sonat ⁊ transit. Verbum
to aere aurē percutit:postea non erit. Audi ad huc. Verbū
erat apud deū. Manebat:nō sonādo trāsibat. Ad huc fortis
cotēnis: De⁹ erat verbū. Apud te ipsum obō cū est in cor
de tuo verbū:aliud est q̄ son⁹. Sed verbū quod est apud te
vt transeat ad me:sonū quasi vehiculū querit. Assumit se
sonū imponit se quodāmodo in vehiculū: transcurrit aere
venit ad me nō recedit a te. Sonus aūt vt veniret ad me re
cessit a te:nec perstitit apud me. Verbū ei qđ erat in cor
de tuo:nūqd sono pretereūte preterijt. Quod cogitabas dixi
sti? Sed vt ad me perueniret qđ apud te latebat:sillabas
sonuisti Son⁹ sillabarū perduxit ad aurē meā cogitatio
nem tuā. Per aurē meā descēdit in cor meū cogitatio tua
sonus medi⁹ transuolauit. Verbū vero illud qđ assumpsit
sonū: anteqū sonares erat apud te:qz sonuisti/ est apud me

⁊ non recessit a te. Hoc attēde quisq̄s es examinator sonor
Verbū dei cōtemnis:quia verbum hominis non cōprehē:
dis. Scit ꝙ oia per quē facta sunt oia:⁊ tamen dubitando
increpat. Si me scirētis:forsitan ⁊ patrē meū scirētis. In:
crepat infideles. Nam talem sententiam dixit discipulis
suis. Sed ibi nō est verbū dubitationis/quia nō fuit causa
increpāde ifidelitatis. Nam quomodo dixit iudeis: si me
scirētis forsitan ⁊ patrē meū sciretis:dixit ⁊ discipulis suis
quādo eum philippus interrogauit imo postulauit et ait/
dīe ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Quare diceret ⁊
ipe. Tā nouim⁹/ apparuisti nobis/ videmus te/ digna:
tus es eligere nos:secuti sum⁹ te/mirabilia tua vidimus/
verba salutis audium⁹ ꝓcepta susc ipim⁹/ promissa speramus
multū nobis cōferre presentia tua ipse dignatus es. Sed
tū cū te nouerimus qz patrē nondū nouim⁹:inflammamur
desiderio illius videndi quē nondū nouimus. Ac per ħ qz
te nouim⁹ sed non nobis sufficit donec ⁊ patrē nouerim⁹
ostende nobis patrē ⁊ sufficit nobis. Et dñs: vt scirent nō
se nosse quod se putabāt tam nosse:tāto tpe vobiscum sum:
Joh.xiiij. ⁊ me nescitis? Philippe qui me videt/videt ⁊ patrē meum
Munqd habet ista sententia verū dubitatiōis? Munqd di:
cit:qui me videt forsitan videt et patrē. Quare? Qz fidelis
audiebat non fidei persecutor:ideo non erat dñs increpa:
tor sed doctor. Qui me videt videt et patrē meū. Et hic si
me scirētis ⁊ patrē sciretis. Tollam⁹ verbū quo norata est in
fidelitas audientiū:⁊ ipsa sententia est. Jā hesterno die cō
mēdauim⁹ charitatē vestrē:⁊ diximus sententias ioannis
euangeliste quibus nobis narrat quod a dño didicit: nec
discutiendas fuisse si fieri posset:nisi hereticorum cōmēta
cōpellerent. Breuiter ergo hesterno die insinuauim⁹ chari
tati vestre esse hereticos qui vocant patripassiani vl' a suo
auctore sabelliani. Hi dicunt ipm esse patrē qui est filiⁿ:no
mina diuersa vnam vero esse personā. Cū vult pater est in:
quiunt/cum vult filius:tamen vnus est. Iterum sunt alij
hereticiq̄ vocant arriani. Cōfitent quidē vnicum patris
filiū dīm nr̄m iesum xp̄m. Illum patrē filij:istum filiū pa:
tris. Eum qui pater est non esse filium:eū qui filius est non
esse patrem. Cōfitentur generationē sed negāt equalitatē.
Hoc id est catholica fides veniens de doctrina apostolo:
rum:plantata in nobis/per seriem successoris accepta/sa:
ua ad posteros trāsmittenda:inter vtroq; id ē iter vtrūq;
errore tenui veritatē. In errore sabellianorū vn⁹ est solus
ipse pater qui filius. In errore arrianorū altus est qdē pa:
ter alⁱ filiⁿ:sed ipse filiⁿ non solum alius sed etiā aliud est.
Tu in medio qd? Exclusisti sabellianū:exclude ⁊ arrianū
Pater pater est/filiⁿ filiⁿ est/alius non aliⁿ. Quia ego ⁊ pa
ter inquit vnū sumus. Sicut etiā hesterno die ex tum potui
cōmendaui. Cum audit sumus:absc edat confusus sabel:
lianus. Cū audit vnū:absc edat confusus arrianus. Guber
net catholicus inter vtrūq; fidei sue nauigium:qūo iam ca
sendū est in vtroq; naufragiū. Dic ergo tu quod dicit eua
gelia:ego et pater vnū sum⁹. Non ergo diuersum quia vnū
tion vnus qz sumus. Paulo ante dixit:iudiciū meum verū
est:qz solus nō sū sed ego ⁊ qui misit me pater. Tanq̄ dice:
ret. Ideo iudiciū meū est verū/qz filius dei sum:qz verum
loquor:qz ipse xp̄itas ego sum. Isti carnaliter intelligētes
dixerunt. Ubi est pater tu⁹? Modo audi arriane:neq; me
scitis neq; patrē meū. Quia si me sciretis forsitan et patrē
meum sciretis. Quid est si me sciretis ⁊ patrem meum sci:
retis:nisi ego et pater vnū sum⁹? Quādo vides aliquē ali:
cui similem :intendat charitas vestra/quotidiana locutio
est:non sit vobis arduū quod esse aduertitis vsitatū. Quā
do ergo vides aliquē alicui simile ⁊ nosti tu cui similis
sit admiras dicis. Quomodo iste homo similis est illi ho:
mini? Hoc nō diceres:nisi duo essent. Dic ille qui eū igno:
rat cui tu istū similē dicis. Ita ne inqt similis est. Et tu ad
eū. Quid enī? Tu illū nō nosti? At ille. Nō noui inqt. Jā
tu vt illū quē nescit ei notū facias:ex presente quē cernit re
spondes et dicis. Hunc vidisti:illū vidisti. Nōvtiq; quia ħ
dixisti:vnū esse asseuerasti ⁊ duos negasti:sed propter simi
litudinem tale dedisti responsum. Jstū nosti ⁊ illum no:
me inqt sciretis ⁊ patrē meū sciretis. Non qz pater est filiⁿ
sed quia patri similis est filiⁿ. Erubescat arrianⁿ. Gratias
dño qz ipse arrianⁿ recessit ab errore sabelliano:⁊ nō est pa
tripassianus. Nō dicit ipsum patrē indutum carne venisse
ad homines/ipsum eē passum/ipsum resurrexisse/⁊ quodā
modo ad se ascendisse. Hoc non dicit. Agnoscit mecū pīez
patrē esse:⁊ filiū filiū esse. Sed o frater cuasisti illō naufra
giū:quare tendis in alterū? Si pater pater est:filiⁿ filiⁿ est.
Quare dicis simile:quare diuersum:quare aliā substātiā
Si dissimilis esset:nūquid diceret discipulis suis: qui me Joh.xiiij
videt videt ⁊ patrē? Nūqd diceret iudeis:si me scīretis et
patrē meū scīretis? Unde hoc verū esset:nisi ⁊ illud verum
ego et pater vnū sum⁹? ⁊ Hec xp̄a locut⁹ est in gazophilatio E
docēs in templo.⁊ Magna fiducia sine timore. Non enim
paterer ꝙ nollet:qui nec nasceret si nollet. Denicz quod se:
quitur:⁊ nēo apprehēdit eum:qz nōdū venerat hora ei⁹.⁊
Hoc itē nōnulli cū audiūt / sub fato fuisse dīm christum
credunt et dicunt. Ecce xp̄us habebat fatū. Si ei cor tuum
non esset fatuū:non crederes fatū. Si fatū sicut nōnulli in
tellexerunt/a fando dictū est:id est a loquēdo:verbum dei
quomodo habet fatum:qñ in ipso xp̄o oia sunt q̄ dicta sūt
Non em̄ aliquid de⁹ cōstituit:qđ ante nesciuit. In xp̄o ip: Joh.j.
sius erat quod factum est. Mundus factus est:⁊ factus est
⁊ ibi erat. Quomodo ⁊ factus est ⁊ ibi erat. Quia domus
quā edificat instructor prius in arte erat. Et ibi meli⁹ erat
sine/vetustate/sine ruina. Tamē vt ostendat artē/fabricat
domum ⁊ ꝓcessit quodāmō domus ex domo. Et si domus
ruat:ars manet. Ita apud dei xp̄m erant oia q̄ cōdita sūt.
Quia oia in sapientia fecit de⁹:⁊ cūcta nota fecit. Nō ei qz
fecit didicit:sed quia nouerat fecit. Nobis qz facta sunt no
ta sunt. Illi nisi nota essent facta non essēt. Precessit ergo
xp̄m. Et qđ ante xp̄m dei? Nihil oīno. Nā si esset aliquid
ante nō dictū esset:in ꝓncipio erat verbū:sed in principio Joh.j.
factū est verbū. Denicz de mundo quid ait moyses? In pn
cipio fecit deus celum et terram. Fecit quod non erat. Si
ergo fecit qđ nō erat:ante quid erat? In principio erat ver Gen.j.
bū. Et vnde celum ⁊ terra? Oia per ipsum facta sunt. Tu
ergo ponis xp̄m sub fato. Ubi sunt fata? In celo inquis:in
ordine et conuersatiōib⁹ syderū. Quomodo ergo fatū hz
ꝙ quē factū est celū et sydera:cū tua volūtas si recte sapies
trāscēdat ⁊ sydera? Anqz nosti xp̄i carnē fuisse sub celo:iō
putas ⁊ potestatem christi subditam celo? Audi stulte:nō:
dum venerat hora eius. Non quia cogeretur mori/sz quia
dignaretur occidi. Mouerat enim ipe quando deberet mo
ri. Intēdit omnia que predicta sunt de illo:⁊ expectabat
finiri oia q̄ ꝓdicta sunt ante eius passionē futura:vt cū im
pleta essent:tūc veniret passio dispositionis ordine:non fa:
tali necessitate. Denicz audite vt ꝓbetis. Inter cetera que F
de illo ꝓphetata sunt scriptū est et ħ. Dederūt in escā meā
fel:et in siti mea potauerūt me aceto. Quō facta sint/i euā
gelio nouimus. Prius dederunt fel:accepit:gustauit ⁊ de
spuit. Postea in cruce pendens:vt omnia predicta cōple:
rentur ait. Sitio. Acceperūt spongiā aceto plenā:in arūdi
ne ligauerūt ⁊ admouerūt pēdenti. Accepit ille ⁊ ait. Per Joh. xix.
fectū est. Quid est pfectū est? Impleta sunt oia q̄ ante pas
sionem meā fuerant ꝓphetata. Ergo adhuc qđ hic facio?
Denicz posteaq̄ dixit pfectū est:inclinato capite tradidit
spiritum. Munqd illi latrones iuxta confixi/quādo volue
runt expirauerūt? Tenebant vinculis carnis:qz nō erant
creatores carnis. Clauis confixi/diu cruciabantur:qz in:
firmitati nō dominabant. Dominus autem quādo voluit
carnem in vtero virginali accepit. Quādo voluit ad homi
nes ꝓcessit:q̄diu voluit iter homines vixit:q̄diu voluit
a carne discessit. Hoc est potestatis non necessitatis. Hāc
ergo horam ille expectabat non fatalē sed oportunā et vo:
luntariam:vt prius omnia complerētur que ante passionē
ipsius ꝓpleri oportebat. Nam quomodo sub fati necessita
te positus erat:qui alio loco dixit:potestatē habeo ponēdi Joh.x.
animā meā:⁊ potestatē habeo iterū sumendi eam? Nemo
tollet eam a me:sed egoipse pono eam a me:⁊ iterum sumo
eam. Ostendit hanc potestatem quando eum iudei quere:
bant. Quē queritis inquit? Et illi iesum. Et ille. Ego sū
Qua voce audita:redierunt retro et ceciderunt. Dicit ali
quis. Si hec in illo potestas erat:quare cum iudei insulta
rēt pēdēti et dicerēt/si filiⁿ dei est descēdat de cruce/nō de
scēdit:vt eis suā potestatē descendēdo monstraret? Quia

patiētiam docebat:ideo potentiā differebat. Si enim cō:motus ad eorū verba descenderet:victus consiliorum do:loze putaretur. Pro:sus non descendit:fixus permānsit:qñ voluit abscessurus. Mā quid ei magnū fuit de cruce descē:dere:qui potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus er:go nos quibus hoc ministratū est/potentiā dñi nostri iesu xpi occultām tunc manifestā fuisse in iudicio:de quo di:cētū est. Pōs manifest⁹ veniet:de⁹ noster ⁊ non silebit. Quid Pōs.xlix. est manifest⁹ veniet? Qz venit occultus veniet manifestus de⁹ noster:hoc est xpus:⁊ non silebit. Quid est non silebit? Quia primo siluit. Ubi siluit? Qñ iudicat? ē. Ut etiā boc impleretur:qđ ⁊ prophetа prędixerat. Sicut ouis ad īmo landum ductus est:⁊ sicut agnus coram tondente se sine voce:sic non aperuit os suū. Sic ḡ pati nollet/ nō pateret. Si non pateretur:sanguis ille nō funderetur. Si sanguis ille nō funderetur:mūdus non redimeretur. Agam⁹ itaq; gr̄as ⁊ pt̄āti diuinitatis:⁊ miserationi infirmitatis eius ⁊ de occulta potētia quā iudei nō nouerāt vnde illis modo dictū est: neq; me nostis neq; patrē meū:⁊ de carne susce:pta quā iudei nō nouerāt et ei⁹ patriā sciebāt. Unde illis alio loco dixit:⁊ me scitis ⁊ vnde sim sitis. Utrūq; noueri:mus in christo:⁊ vnde equalis est patri:⁊ vnde illo maio:r ē Joh.xiiij pater. Illud verbum est/illud caro/illud deus est/illō ho:mo. Sed vnus christus de⁹ et homo.

Tractatus.xxxviij.

Dixit ergo iterū eis iesus. Ego vado:⁊ quere:tis me:⁊ in pctō vr̄o moriemini? Quo ego vado vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Num quid interficiet semetipsum: quia dicit quo ego vado vos non potestis venire? Et dicebat eis: vos deorsum estis ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis:ego non sū de hoc mundo. Dixi ergo vobis:qz moriemini in peccatis vestris. Si em̄ nō crediderit:is qz ego sum:moriemini in peccato vestro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dixit ei iesus. Principiū:qui et loquor vobis.

A Lectio sancti euangelij que precessit hodie:nā ita concluſa erat:qz locut⁹ est docēe in gazophilatio dñs qđ voluit ⁊ q̄ audistis:⁊ nemo apprehēdit eū: quia nōdū venerat hora ei⁹. Hinc disputatū est dñico die:quod ipse donare dignat⁹ est. Intimauim⁹ cha:ritati vestre quare dictū sit:nōdū venit hora eius:ne positū xp̄s sub aliqua necessitate fatali: vlla impietas auderet im probe suspicari. Nōdū em̄ venerat hora qua ex ordine suo ꝑm ea que prędicta sunt de illo: nō mori cogeret⁹ inuitus ſz occideret parat⁹. Modo aūt de ipsa passione sua que posi:ta erat nō in ei⁹ necessitate sed potestate. ⌊ † Locut⁹ est iu: † Textus hz dixit ḡ eis iterū ihesus. deis dicens. Ego vado. ⌊ Christo em̄ dño mos profectio fuit/illo vnde venerat:⁊ vnde nō discesserat. Ego ingt ⌊ va:do ⁊ q̄rit⁹ me ⌊ nō desiderio ſz odio. Mā illū postea q̄ abscef sit ab oculis hominū inquisierūt:et q̄ oderāt ⁊ q̄ amabant Illi pſequēdo:illi hr̄e cupiēdo. In psalmis ait ipse dñs p Pōs.xlj. prophetā. Periit fuga a me:⁊ nō est q̄ requiret animā meā Psalm. Et iterū ait alio psalmo. Cōfundant̄ et reuereant̄ requirē xxxix. tes animā meā. Culpauit q̄ nō requirerent:vānauit requē:tes. Bonū est em̄ querere animā christi:sed quō eā quesie:rūt discipuli. Et malū est querere animā christi:ſz quō eā iudei q̄sierūt. Illi em̄ vt haberēt:illi vt perderent. Denicq; isti qz sic querebāt more malo/corde puerso/qđ secut⁹ ad iunxit:Queritis me:⁊ ne putetis qz bene me queritis: ⌊ in peccato vestro moriemini? ⌊ Hoc est xp̄m male querere:in peccato suo mori. ⌊ Hoc est illum odisse: per quem posset so:lum saluus esse. Cū em̄ hoīes quoq; spes in deo est/ non de:beant mala reddere nec pro malis reddebāt illi mala pro bonis. Pronunciauit ergo illis dñs dixitq; inīam presci⁹ qđ ī suo pctō morerenť. Deinde adiūxit. ⌊ Quo ego vado: vos nō potestis venire. ⌊ Hoc ⁊ dñs discipulis suis alio lo Joh.xiij. co dixit nec tñ eis dixit:in pctō vr̄o moriemini. Quid aūt dixit? Ubi ⁊ ipse. Quo ego vado:vos non potestis venire. Nō abstulit spem:sed prędixit dilationē. Qñ ei ꝑ discipul⁹ dñs loquebat:tūc nō poterāt venire quo ille ibat:sed post:

ea venturi erant. Isti aūt nūq̄ qđ⁹ ꝑscius dixit:in peccato vr̄o moriemini. His auditis ꝓbis quō solēt carnes cogitā tes:⁊ ꝑm carnē iudicātes:⁊ totū carnaliter audientes atq; sapientes dixerūt. ⌊ Nūq̄d interficiet semetipsum:qz dixit q̄ ego vado vos nō potestis venire. ⌊ Stulta verba ⁊ oīno in sipiētie plena. Quid em̄:nō poterāt illo venire quo ille pe:xisset:si interficeret semetipz. Nūq̄d ipse nō erāt moriturꝰ Quid est ḡ nūq̄d interficiet semetipm qz dixit:quo ego vā dovos nō potestis venire. Si de morte hominis diceretꝰ homo nō morit̄ur? Ergo quo ego vado dixit:nō cum itur ad mortem:sed quo ibat ipse post mortem. Illi itaq; nō in:telligentes:ista responderunt. Et dns ad eos qui terrā sa: piebant qđ ait:⌊ Et dicebat eis. Vos deorsum estis:ideo terrā sapitis:qz sicut serpentes terrā māducatis. Quid est terrā māducat⁹? Terrenis pascimini/terrenis delectami:ni:terrenis inhiatis:sursum corda nō habetis. Vos decor:sum estis. ⌊ Ego de supnis sum:vos de mundo ꝑ estis:ego nō sum de ꝑ mūdo. ⌊ Quō em̄ erat de mūdo:per quē factus est mūd⁹? Dēs de mūdo post mūdū:qz pri⁹ mūd⁹ et sic bo:mo de mūdo. Pri⁹ aūt xpus/deinde mūd⁹. Quō ante mū:dū xp̄s:ante xp̄m nihil? Quia in ꝓncipio erat ꝙ oīa ꝑ ipz facta sunt. Si ergo erat ille de supnis:de q̄bus supnis? De aere? Absit. Ibi ⁊ aues volitāt. De celo quod videm⁹? Et hoc absit. Ibi et stelle ⁊ sol ⁊ luna circumeūt. De angē:lis? neq; hoc intelligatis. Per illū ⁊ angeli facti sūt ꝑ quē oīa facta sunt. De quibus ergo supnis xp̄s? Ab ipso patre Nihil illo deo supi⁹ qui verbū genuit eq̄le sibi coeternum sibi:vnigenitū sine tpe:ꝑ quā cōderet tpa. Sic ergo accipe xp̄m de supnis/vt excedas cogitatione tua omne quod fa ctum est:vniuersam oīno creaturā/omne corp⁹ omnē con:ditū spm:omnē rem q̄uomodo mutabilem. Totum exce:dē. Sicut excessit ioannes:vt cōtingeret in principio erat ꝓbū:⁊ verbū erat apud deū:⁊ deus erat verbum. Ego ḡ in:quit de supnis sum. Vos de hoc mūdo estis:ego non sum de hoc mūdo. ⌊ Dixi ergo vobis:quia moriemini ī pcctis vestris. ⌊ Expositi nobis fratres quid itelligi voluerit vos de hoc mundo estis:qz peccatores erant:qz iniq erant: qz infideles erant:qz terrena sapiebant. Nam quid vobis videt de sanctis apostolis? Etū intererat inter iudeos ⁊ apostolos? q̄tum inter tenebras ⁊ lucem? q̄tū inter fidē ⁊ infidelitatē? q̄tum inter pietatem ⁊ impietatē? q̄tum inter spem ⁊ desperationē? q̄tū inter charitatē et cupiditatem. Multū ḡ intererat. Quid ergo qz tm̄ intererat apostoli de mundo nō erāt? Si cogites quō nati sint ⁊ vnde veneriņt: qz oēs ex adā venerant:de hoc mundo erant. Sz dā eis ait ipse dns? Ego vos de hoc mūdo elegi. Qui ergo de mūdo erant/facti sunt nō de mūdo:et pertinere ceperunt ad eū ꝙ quē fact⁹ est mūd⁹. Isti aūt remāserūt eē de mūdo: qđ⁹ di:ctū ē:moriemini in peccat⁹ vestris. Nēo ḡ dicat fratres de hoc mundo nō sum Quisquis es homo:de hoc mundo es. Sed venit ad te qui fecit mundū:⁊ liberauit te de hoc mū:do. Si delectat te mūdus:semp vis esse immūd⁹. Si aūt tam non te delectat hic mūdus:tam tu es mundus. Uerū tamē si ꝑ aliquā infirmitatē adhuc te delectat mūdus:de:bitet in te qui mūdat⁹ ⁊ eris mūdus:si aūt fueris mundus nō remanebis in mūdo:nec audies qđ audierūt iudei mo riemini in peccatis vestris. Omnes em̄ cū pctō nati sum⁹. Dēs viuēdo ad id qđ nati eram⁹:addidimus: magis de mundo facti sumus q̄ tunc quādo de parēt⁹ nostris na ti sumus. Et vbi essem⁹? Si ille non veniret:qui nos habebat oīno peccatum vt solueret omne pctm̄? In qđ iudei quia nō credebāt merito audierūt:moriemini in peccatis vr̄is. Quia non habere pctm̄ nullo modo potuistis qui cū pec cato nati estis. Sed tamē si in me inquit crediderit is cum peccato quidē nati estis:sed in peccato vestro mouturi nō estis. Tota ergo infelicitas iudeorū ipsa erat: nō peccatū habere sed in peccat⁹ mori. Hoc est qđ debet fugere omnis christianus. Propter hoc ad baptismū curritur:ppter ḡ egritudinem vel aliunde periclitantur sibi desiderant sib uenire:ppter hoc etiā fugens paruulus a matre pijs mat bus ad ecclesiā ferr̄:ne sine baptismo exeat⁊ in peccato ꝙ nutus est moriatur. Infelicissima ꝑditio misera fons illoꝝ qui de ore veridico audierūt:in peccatis vestris moriemi: ni. Qñ tñ hoc eis cōtingat exponit. ⌊ Si enī non crediderit

tudo translata est? Sic enim dicitur vitis per similitudinē non per proprietatem: quēadmodum dicitur ouis: agnus: leo: petra: lapis angularis ⁊ cetera huiusmodi que magis ipsa sunt vera: ex quibus dicuntur iste similitudines non proprietates. Sed cum dicit/ego sum vitis vera: ab illa se vtiq; discernit cui dicitur. Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliene? Nam quo pacto est vitis vera que expectata est vt faceret vuam fecit sūt spinas? Ego sum in quit vitis vera: ⌊⁊ pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omnem qui fert fructum purgabit eum: vt fructum plus afferat.⌋ Nunquid vnum sunt agricola ⁊ vitis. Secundum hoc ergo vitis christus: ſm quod ait: pater maior me est. Secundum autem id quod ait: ego ⁊ pater vnum sumus et ipse agricola est: nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium: sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum. Nam neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Sed vtiq; deus est christus quia deus erat verbum. Unde ipse ⁊ pater vnum sunt: et ſi verbum caro factum est quod non erat manet quod erat. Deniq; cum de patre tāq̄ de agricola dixisset/ quod infructuosos palmites tollat/fructuosos aūt purget vt plus afferant fructum: continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens: ⌊iam vos (inquit) mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.⌋ Ecce ⁊ ipse mundator est palmitum/quod est agricole non vitis officium: qui etiam palmites operarios suos fecit. Nam ⁊ si non dant incrementum impediunt tamen aliquod adiumentum. Sed non de suo: quia sine me inquit nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitentes. Quid autem est apollo? Quid autem paulus? Ministri per quos credidistis et vnicuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui: apollo rigauit. Et hoc ergo sicut vnicuiq; dominus dedit. Non itaq; de suo. Jam vero quod sequitur: sed deus incrementum dedit/ non per illos sed per seipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatem: excedit angelicam sublimitatem/nec omnino pertinet nisi ad agricolam trinitatem. Jam vos mūdi estis: mūdi scilicet atq; mandandi. Neq; enim nisi mundi essent: fructum ferre potuissēt. Et tamē omnem qui fert fructū: purgat agricola: vt fructum plus afferat. Fert fructum q̄ mūdus est: atq; vt plus afferat purgatur adhuc. Quis em̄ est in hac vita sic mundus: vt non sit magis magisq; mundandus? Ubi si dixerimus quia peccatum nō habemus: nosip sos seducimus/⁊ veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra: fidelis est ⁊ iustus qui dimittet nobis peccata ⁊ mundet nos ab omni iniquitate. Mundet itaq; mundos hoc est fructuosos: vt tanto sint fructuosiores quanto fuerint mundiores. Jam vos mundi estis: propter verbū quod locutus sum vobis. Quare non ait: mundi estis propter baptismum quo loti estis: sed ait: propter verbum quod locutus sum vobis: nisi quia et in aqua verbum mundat. Detrahe verbum: ⁊ quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum: etiam ipsum tanq̄ visibile verbum. Nam et hoc vtiq; dixerat: quando pedes discipulis. Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus. Unde ista tanta virtus aque vt corpus tangat et cor abluat: nisi faciente verbo? Non quia dicitur: sed quia creditur. Nam ⁊ in ipso verbo: aliud est sonus transiens: aliud virtus manēs. Hoc est verbum fidei quod predicamus ait apostolus: quia si confessus fueris in ore tuo: quia dominus est iesus: ⁊ crediderīs in corde tuo quia deus illū suscitauit a mortuis: salu⁹ eris. Corde enim creditur ad iusticiam: ore aūt confessio fit ad salutē. Unde in actibus apostolorum legimus. Fide mundans corda eoꝝ. Et in epistola sua beat⁹ petrus: sic ⁊ vos inquit baptisma saluos facit non carnis depositio sordiū: sed conscientie bone interrogatio/hoc est verbū fidei quod predicamus: quo sine dubio vt mundare possit cōsecratur et baptismus. Christus quippe nobiscum vitis: cum patre agricola: dilexit ecclesiam: ⁊ seipsum tradidit pro ea. Lege apostolum ⁊ vide quid adiungat: vt eā sanctificaret inquit mundans eā lauacro aque in verbo. Mundatio igitur neq; fluxoꝝ labili tribueretur elemento: nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in ecclesia dei: vt

Esaie.liij
Joh.j.
Apoca.v.
Ephe.ij.
j.Cor.j.
Esaie.v.
Joh.xiiij
Joh.ix.
j.Cor.iij.
Johan.x.
Johan.j.
Deu.vi.
Joh.xiij.
Roñ.x.
Actu.xv.
j.Pet.iij.
Ephe.v.

per ipsum credentem/offerentem/benedicentem/tingentẽ etiam tantillum mundet infantem: q̃uis nondum valentẽ corde credere ad iustitiam: ⁊ ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum: de quo dñs ait. Jam vos mundi estis: propter verbum quod locutus sum vobis.

Tractatus.lxxxj.

¶ Manete in me ⁊ ego i vobis: sicut palmes nõ potest ferre fructum a semetipso nisi mãserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis vos palmites q̃ manet in me ⁊ ego in eo. Hic fert fructum multum quia sine me nihil potestis facere: si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet: ⁊ colligent eum ⁊ in ignẽ mittent ⁊ ardet. si manseritis in me ⁊ verba mea in vobis manserint quodcumq; volueritis petetis et fiet vobis.

A Vitem se dixit eẽ Jesus ⁊ discipulos suos palmites: ⁊ agricolam patrem. Unde iam pridẽ sicut potuimus disputatum est. In hac autẽ lectione cũ adhuc de seipso qui est vitis ⁊ de suis palmitibus/hoc est discipulis loqueretur: [manete (inquit) in me et ego i vobis.] Nõ eo modo illi in ipso/sicut ipse i illis. Utrũq; autem ꝓdest nõ ipsi sed illis. Ita quippe in vite sunt palmites: vt viti nõ conferãt: sed inde accipiant vnde viuãt. Ita vero vitis est in palmitib⁹: vt vitale alimẽtum subministret eis nõ sumat ab eis. Ac ꝑ hoc ⁊ manentẽ in se habere christum ⁊ manere in christo: discipulis prodest vtrũq; non christo. Nam preciso palmite/potest de viua radice alius pullulare. Qui aũt precisus est: sine radice nõ põt viuere. Deniq; adiungit ⁊ dicit. [Sicut palmes non põt ferre fructũ a semetipso nisi mãserit in vite: sic nec vos nisi in me mãseritis.] Magna gratie commendatio fratres mei: corda ĩstruit humilium: ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respõdeant: qui ignorantes dei iustitiã ⁊ suam
Rom.x. volentes cõstituere/iustitie dei nõ sunt subiecti. Ecce cui
ij.Thi.iij respondeant sibi placentes: ⁊ ad bona opera facienda deũ sibi necessarium nõ putantes. Nonne huic resistunt veritati/homines mente corrupti: reprobi circa fidem/qui respõdent ⁊ loquuntur iniquitatẽ dicẽtes: A deo habemus qđ homines sumus: a nobisipsis aũt quod iusti sumus. Quid dicitis quid vosipsos decipitis non assertores sed precipitatores liberi arbitrij: ex alto elationis: per inania presumptionis in profunda submersi: Nẽpe vox vestra est: qđ homo ex semetipso facit iustitiam/hoc est altum elationis vestre: sed veritas contradicit ⁊ dicit. Palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso: nisi mãserit in vite. Ite nunc per abrupta ⁊ nõ habentes vbi figamini: ventosa loquacitate iactamini. Hec sunt inania p̃sumptionis vestre. Sed q̃d vos sequatur videte: ⁊ si est in vobis vllus sensus horrete. Qui enim a semetipso se fructum existimat ferre: in vite non est. Qui in vite non est: in christo non est. Qui in christo nõ est
B christianus nõ est. Hec sunt profunda submersionis vestre etiam atq; etiam cõsiderate: quid adhuc veritas adiũgat et dicat. [Ego sum (inquit) vitis: vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego i eo: hic fert fructum multum/quia sine me: nihil potestis facere.] Ne quisq; putaret saltẽ paruum aliquem fructum posse a semetipso palmitem ferre: cum dixisset/hic fert fructum multum/non ait qꝛ sine me parum potestis facere: sed nihil potestis facere. Siue ergo parũ siue multũ: sine illo fieri non potest: sine quo nihil fieri potest: qꝛ ⁊ si parum attulerit palmes: cum purgat agricola vt pl⁹ afferat. Tamen nisi in vite manserit ⁊ vixerit de radice: q̃tũlibet fructũ a semetipso non potest ferre. Quis autẽ christus vitis non esset nisi homo esset: tñ istam gratiam palmitibus nõ preberet nisi etiam deus esset. Uerum qꝛ ita sine ista gratia non potest viui vt et mors in potestate sit liberi arbitrij: [si quis in me (inquit) nõ mãserit/mittetur foras sicut palmes ⁊ arescet/⁊ colligent eum et in ignem mittẽt ⁊ ardet.] Ligna itaq; vitis tanto sunt contemptibiliora si in vite nõ manserint: q̃to gloriosiora si manserint. Deniq; sicut de his etiam per ezechielem prophetam dominus dicit/precisa nullis agricolarum vsibus ꝓsunt: nullis fabrilib⁹ operib⁹ deputantur. Unum de duob⁹ palmiti congruit: aut vitis/aut ignis. Ezech.xv. Si in vite nõ est: in igne erit: vt ergo in igne nõ sit: in vite sit. [Si mãseritis in me (inquit) ⁊ verba mea in vobis mãserint quodcũq; volueritis petetis et fiet vobis.] Manendo quippe in christo q̃d velle possunt: nisi quod conuenit christo: Quid velle possunt manẽdo in saluatore: nisi quod nõ alienũ est a salute: Aliud quippe volumus quia sumus in christo: ⁊ aliud volumus qꝛ sumus adhuc in hoc seculo. De mansione nãq; hui⁹ seculi nobis aliquando subrepit/vt hoc petam⁹ quod nobis non expedire nescimus. Sed absit vt fiat nobis si manemus in christo q̃ non facit quãdo petimus/nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum verba ei⁹ in nobis manent quodcũq; voluerimus petim⁹ ⁊ fiet nobis: qꝛ si petimus ⁊ non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo: nec quod habent verba ei⁹ que manent in nobis: sed quod habet infirmitas ⁊ cupiditas carnis q̃ non est in eo: ⁊ in qua non manẽt verba ei⁹. Nam vtiq; ad verba ei⁹ pertinet oratio illa quã docuit: vbi dicim⁹. Pater noster qui es in celis. Mat.vj. Ab hui⁹ orationis verbis ⁊ sensibus non recedamus petitionibus nostris: ⁊ quicquid petierimus fiet nobis. Tunc eñ dicenda sunt verba eius in nobis manere/quando facimus que precepit et diligim⁹ que promisit. Quando autem verba eius manent in memoria nec inueniuntur in vita: nõ computatur palmes in vite: qꝛ vitam non attrahit a radice. Ad hãc differẽtiam valet quod scriptum est. Et memoria retinẽtib⁹ mandata eius/vt faciant ea. Psal.ciij. Multi eñ memoria retinẽt ⁊ contemnunt vel etiã derident ⁊ oppugnant ea. In his verba christi non manent: qꝛ tangunt ⁊ quodammodo non coherent. Et ideo illis nõ erunt in beneficium: sed in testimonium: ⁊ quia sic insunt eis vt non maneant in eis: ad hoc tenentur ab eis vt iudicentur ex eis.

Tractatus.lxxxij.

¶ In hoc clarificatus est pater meus vt fructũ plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea. Sicut et ego patris mei precepta seruaui ⁊ maneo in eius dilectione.

B Magis magisq; saluator gratiã qua saluamur discipulis loquẽdo cõmendans: [in hoc (inq̃t) clarificatus est pater meus vt fructũ plurimum afferatis ⁊ efficiamini mei discipuli.] Siue glorificatus siue clarificatus dicatur: ex vno greco verbo vtrũq; translatũ est: qđ est δοξαλογέω. Doxa eñ q̃ grece dicitur latine gloria est. Quod ideo ꝯmemorãdũ existimaui: quia dicit apostolus. Si abraam ex operib⁹ iustificatus est: habet gloriã sed nõ ad deum. Ro.iiij. Hoc est ad deum gloria qua glorificatur non homo sed de⁹/si non ex operib⁹ sed ex fide iustificatur: vt ex deo illi sit quod etiam bene operatur: q̃m palmes sicut iam superius dixi: non potest ferre fructum a semetipso. Si eñ in hoc clarificat⁹ est deus pater vt fructũ plurimum afferamus ⁊ efficiamur christi discipuli: nõ hoc glorie nostre tribuamus tanq̃ ex nobisipsis habeamus: ei⁹ est eñ hec gratia: ⁊ ideo in hoc non nostra sed eius est gloria. Unde ⁊ alibi cum dixisset: sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videãt opera vestra bona: Mat.v. ne a semetipsis putarent esse bona opera sua: mox addidit: ⁊ glorificẽt patrem vestrum qui in celis est. In hoc enim glorificatur pater vt fructum plurimũ afferamus et efficiamur christi discipuli. A quo efficimur/nisi ab illo cuius misericordia preuenit nos: Ephe.ij. Ipsius eñ figmentum sumus: creati in christo Jesu i operib⁹ bonis. [Sicut dilexit me pater (inq̃t) ⁊ ego dilexi vos: manete in dilectione mea.] Ecce vñ sunt nobis opera bona. Nam vnde nobis essent: nisi qꝛ fides per dilectionem operatur: Gala.v. Unde autẽ diligeremus nisi prius diligeremur: Apertissime hoc in epistola sua idem iste euãgelista dixit. j.Joh.iiij. Nos diligamus deum: quoniã ipse prior dilexit nos. Quod autem ait/sicut dilexit me pater et ego dilexi vos: non equalitatem nature ostendit nostre ⁊ sue sicut est patris ⁊ ipsius: sed gratiam qua mediator dei ⁊ hominum
j.Thi.ij est homo christus Jesus. Mediator quippe mõstratur cũ dicit: sicut dilexit me pater: ⁊ ego dilexi vos. Nam pr̃ vtiq; diligit ⁊ nos sed in ipso: qꝛ in hoc glorificatur pater vt fructum afferamus in vite/hoc est in filio: ⁊ efficiamur ei⁹ discipuli. Manete inquit in dilectiõe mea. Quomodo manebim⁹: Audi quid sequitur. [Si precepta mea (inquit) seruaueritis: manebitis in dilectiõe mea.] Dilectio facit p̃cepta
B seruare: an precepta seruata faciunt dilectionem: Sed q̃s ambigat: q̃ dilectio precedit: Unde eni precepta seruet nõ habet/qui non diligit. Quod ergo ait: si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea/ostẽdit nõ vnde dilectio generetur sed vnde monstretur. Tanq̃ diceret. Nolite vos putare manere in dilectione mea: si nõ seruaueritis p̃cepta mea. Si ei seruaueritis manebitis/hoc est. Hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis: si p̃cepta mea seruaueritis. Nemo se fallat dicẽdo quod eũ diligat: si ei⁹ p̃cepta non seruat. Nam intantũ eum diligimus: inq̃tum eius precepta seruamus. Inq̃tum autem minus seruam⁹ minus diligimus. Quis qđ ait: manete in dilectione mea non apparet quã dixerit dilectionem: vtrum qua eũ diligimus an qua ipse diligit nos. Sed ex verbo superiore dinoscitur. Dixerat quippe: ⁊ ego dilexi vos/cui verbo continuo subiunxit: manete i dilectiõe mea. Illa ẽ qua dilexit nos. Quid est ergo manete in dilectione mea/nisi manete i gratia mea: Et quid est si p̃cepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: nisi ex hoc scietis q̃ in dilectiõe mea qua vos diligo manebitis si precepta mea seruabitis: Non ergo vt nos diligat prius ei⁹ p̃cepta seruamus: sed nisi nos diligat precepta ei⁹ seruare non possumus. Hec est gratia que humilib⁹ patet: superbos latet. Sed q̃d illud est quod adiũgit: [sicut ⁊ ego patris mei precepta seruaui ⁊ maneo in eius dilectione:] Utiq; etiã hic hanc dilectionẽ patris intelligi voluit: qua eum diligit pater. Ita quippe dixerat sicut dilexit me pr̃ ⁊ ego dilexi vos/atq; his v̾bis illa subiunxit: manete in dilectiõe mea: illa ꝓculdubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de patre: maneo in ei⁹ dilectiõe: illa scilicet accipienda est: qua dilexit eum pater. Sed nũquid ⁊ hic gratia intelligenda est qua pater diligit filiũ: sicut etiã gratia est qua nos diligit fili⁹ cum simus nos filij gratia non natura: vnigenitus autẽ natura nõ gratia: An hoc etiam in ipso filio ad hominẽ referẽdum est: Ita sane. Nam dicendo: sicut dilexit me pater/⁊ ego dilexi vos: gratiam mediatoris ostendit. Mediator autẽ dei ⁊ hominum non inq̃tũ de⁹ sed inq̃tum homo est christus Jesus. Et ꝑ
Luce.ij. fecto s̃m id quod homo est de illo legitur: ⁊ Jes⁹ ꝓficiebat sapientia ⁊ etate ⁊ gratia apud deum ⁊ homines. Scđm hoc igitur recte possum⁹ dicere q̃ cum ad naturam dei nõ pertineat natura humana ad personam tamen vnigeniti filij dei per gratiam pertinet humana natura: ⁊ tantam gratiã vt nulla sit maior: nulla prorsus equalis. Nec enim illam susceptionem hominis vlla merita precesserũt: sed ab illa susceptione merita ei⁹ cuncta ceperunt. Manet ergo filius in dilectione qua eũ dilexit pater: ⁊ ideo seruat p̃cepta ei⁹. Quid est eñ ⁊ ille homo: nisi q̃ deus susceptor est ei⁹: De⁹ eñ erat verbum vnigenitus gignenti coeternus sed vt mediator daretur nobis: per ineffabilem gratiam verbum caro factum est ⁊ habitauit in nobis.

Tractatus.lxxxiij.

¶ Hec locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit et gaudium vestrum impleatur hoc est preceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.

A Audistis charissimi dominũ dicẽtem discipulis suis. [Hec locutus sum vobis/vt gaudium meũ in vobis sit: ⁊ gaudiũ vestrũ impleatur.] Quod est gaudium christi in nobis/nisi quo dignatur gaudere de nobis: Et quod est gaudiũ nostrum quod dicit i-
Joh.xiij. plendũ: nisi eius habere consortiũ: Propter quod Petro dixerat. Si non lauero te: non habebis partẽ mecum. Gau-
Ephe.j. dium ergo ei⁹ in nobis: gratia est quã prestitit nobis: ⁊ ipse est gaudiũ nostrum. Sed de hac ille etiã ex eternitate gaudebat: quando nos elegit ante cõstitutionem mundi. Nec recte possumus dicere q̃ gaudium eius plenum non erat. Non eñ deus imperfecte aliq̃n gaudebat: sed illud ei⁹ gaudium in nobis non erat: qꝛ nec nos in quib⁹ esse posset iam eramus: nec q̃n esse cepimus cum illo esse cepimus. In ipso autem semper erat: qui nos suos futuros certissima sue prescientie veritate gaudebat. Proinde gaudium tam ipse ꝑfectum de nobis habebat/quando nos presciendo ⁊ predestinando gaudebat. Nec eñ vllus in illo eius gaudio motus esse poterat/ne forte non fieret: quod se facturũ esse presciebat. Sed nec cum id facere cepit quod se facturũ esse presciuit/gaudium eius quo beatus est creuit: alioq̃n beatior fact⁹ est: quia nos fecit. Absit hoc fratres: dei beatitudo qꝛ nec minor fuerat sine nobis: nec fit maior ex nobis. Gaudium igitur eius de salute nostra: quod in illo semper fuit cum presciuit ⁊ p̃destinauit nos: cepit esse in nobis q̃n vocauit nos/et hoc gaudium merito nostrum dicim⁹: quo ⁊ nos beati futuri sumus. Sed hoc gaudium nostrum crescit ⁊ proficit: ⁊ ad suam perfectionem perseuerãdo pertendit. Ergo inchoatur in fide renascẽtium/implebitur in p̃mio resurgentium. Ecce vnde dictum existimo. Hec locutus sum vobis/vt gaudium meum in vobis sit: ⁊ gaudium vestrum impleatur. In vobis sit meũ: impleatur vestrum. Semper eñ erat meum plenum/⁊ anteq̃ vocaremini: cum vocandi a me presciremini. Sed fit ⁊ in vobis cum hoc efficiamini quod presciui de vobis: impleatur autem vestrũ qꝛ beati eritis quod nondum estis/sicut creati estis qui nõdum fuistis. [Hoc est inquit p̃ceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.] B
Siue dicatur p̃ceptum siue mãdatum: ex vno verbo greco vtrũq; interpretatur quod est ἐντολή. Jam vero istam sentẽtiam ⁊ ante dixerat: de qua me vobis vt potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim s̃.tracta.
sic ait. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem lxv.
sicut dilexi vos/vt et vos diligatis inuicem. Huius itaq; mãdati repetitio commendatio est: nisi q̃ ibi mãdatum inquit nouum do vobis/hic autem/hoc est inquit mandatũ meũ. Ibi tanq̃ nõ fuerit ante tale mandatũ: hic tanq̃ non sit aliud eius mandatũ. Sed ibi dictum est nouum: ne i vetustate nostra perseueremus: hic dictum est meum/ne contemnendũ putaremus. Qꝛ autem hic ita dixit/hoc est mãdatum meum/velut nõ sit aliud/quid putam⁹ fratres mei. Nunquid nam solum eius de ista dilectione mãdatum est: qua diligimus inuicẽ: Nonne est ⁊ aliud maius: vt diligamus deum: Aut vero de sola nobis dilectione mãdauit: vt alia non requiram⁹: Tria tamen cõmendat apostolus dicens. Manẽt aũt fides/spes/charitas/tria hec: maior aũt j.Cor.xiij
hoꝝ charitas. Et si in charitate hoc est in dilectione cõcluduntur duo illa p̃cepta: maior tñ dicta est eẽ sola. De fide igr̃ nobis q̃ multa mãdata sunt: q̃ multa de spe: Quis potest cuncta colligere: Quis enumerãdo sufficere: Sed intuea-
mur quod ait idem apostolus/plenitudo legis charitas. Rom.xiij
Ubi ergo charitas est: q̃d est quod possit deesse: Ubi autẽ iij.sen.di.
non est/quid est quod possit prodesse: Demon credit nec di- xxxvj.c.j.
ligit: nemo diligit qui nõ credit. Frustra quidem sed tñ po- Jacobi.j.
test sperare veniam qui non diligit: nemo aũt potest desperare qui diligit. Itaq; vbi dilectio est/ibi necessario fides ⁊ spes: ⁊ vbi dilectio ꝓximi: ibi necessario dilectio dei. Qui eñ non diligit deũ quomodo diligit proximũ tanq̃ seipm
quando quidem non diligit ⁊ seipsum: Est quippe impi⁹ Ps.x.
⁊ iniquus. Qui autem diligit iniquitatẽ: non plane diligit sed odit animam suam. Hoc ergo preceptũ domini teneamus vt nos i̾uicem diligamus/⁊ quicquid aliud precepit faciamus: q̃m quicquid est aliud hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione: qua se inuicem diligunt homines: sicut homines. Nam vt discerneretur/adiunctum esse: sicut dilexi vos. Ut quid eñ diligit nos xp̃s: nisi vt regnare possimus cum christo: Ad hoc ergo et nos inuicem diligamus vt dilectionem nostram discernamus a ceteris: qui non ad hoc se inuicem diligunt quia nec diligunt. Qui autem se propter habendum deum diligunt: ipsi se diligunt. Ergo vt se diligant: deũ diligant. Non est hec dilectio in omnibus hominibus. Pauci se propterea diligunt/vt sit deus omnia in omnibus.

Tractatus.lxxxiiij.

¶ Maiorem hac dilectionẽ nemo habet vt ani-

mam suam ponat quis pro amicis suis.

A

In dilectionē dilectionis qua nos inuicē diligere debemus fratres charissimi: definiuit dns dicēs. Maiorē hac dilectionē nemo habet: q̄ vt aīam suā ponat q̄s p amicis suis. ⁊ Ut ergo supertus diceret: hoc est mandatū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos: quib⁹ verbis addidit q̄ nunc audistis: maiorē hac dilectionē nemo habet: q̄ vt aiam suā ponat quis pro amicis suis: sit ex hoc cōsequēs q̄ idem ipse euangelista Joānes in epistola sua dicit: vt quēadmodū christus p nobis aiam suam posuit: sic ⁊ nos debemus pro fratrib⁹ animas ponere: diligentes vtiq; inuicē sicut ipse dilexit nos: qui p nobis aiam suam posuit. Mimirū hoc est q̄ legitur in prouerbijs salomonis. Si sederis cenare ad mensam potētis: considerās intellige q̄ apponunt tibi ⁊ sic mitte manū tuā sciens q̄ talia oportet te preparare. Nam q̄ mensa est potētis: nisi vnde sumitur corpus et sanguis ei⁹ qui aīmā suā posuit p nobis? Et quid est ad eā sedere: nisi humiliter accedere? Et quid est cōsiderare ⁊ intelligere q̄ apponuntur tibi: nisi digne tantā gratiā cogitare? Et q̄d est sic mittere manū vt scias q̄ talia te oportet preparare: nisi q̄ iam dixi: q̄ sicut pro nobis aiam suam posuit: sic ⁊ nos debemus animas p fratribus ponere? Sic em̄ ait apostol⁹ Petrus. Christus p nobis passus est relinquēs nobis exemplū: vt sequamur vestigia ei⁹. Hoc est talia pparare. Hoc sti martyres arsēti dilectione fecerūt quoz si non inaniter memorias celebram⁹ atq; in cōuiuio quo ⁊ ipsi saturati sunt ad mensam dni accedimus: oportet vt quemadmodum ipsi ⁊ nos talia preparemus. Ideo quippe ad ipsam mēsam non sic eos cōmemoram⁹: quemadmodū alios q̄in pace requiescūt vt etiā p eis ozem⁹: sed magis vt ozēt ipsi p nobis vt eoz vestigijs adhereamus: q̄ impleuerunt ipsi charitatē qua dns dixit nō posse esse maiorē. Talia em̄ suis fratrib⁹ exhibuerunt: qualia de dni mensa pariter acceperunt. Ne q̄ hoc ita dictū est: quasi propterea dño christo pares esse possim⁹: si p illo vsq; ad sanguinē martyriū durerim⁹. Illi potestatē habuit ponendi aiam suam/⁊ iterū sumēdi eā: nos autē nec quantū volumus viuimus: ⁊ morimur etiā si nolum⁹. Ille mortēs mox in se occidit mortē: nos ei⁹ morte liberamur a morte. Illi⁹ caro non vidit corruptionē: nostra post corruptionē in fine seculi: p illū induetur incorruptione. Ille nobis nō indiguit vt nos saluos faceret: nos si ne illo nihil possum⁹ facere. Ille se nobis palmitib⁹ pbuit vitē: nos habere pter illū nō possum⁹ vitā. Postremo et si fratres pro fratrib⁹ moriant: tñ in fraternoz̄ peccatorū remissionē nulli⁹ sanguis martyris fundit: quod fecit ille p nobis. Neq; in hoc quid imitaremur/ sed q̄d gratularemur cōtulit nobis. Quatenus ergo martyres p fratribus sanguinē suū fuderūt: hacten⁹ talia exhibuerūt: qualia de mensa dominica peceperunt. In ceteris eorum q̄ dixi q̄ius nec omnia que dicere potui: martyr christi longe impar est christo. Quod si quisq; se non dico potērie christi sed innocentie cōparabit: nō dicā ⁊ aliena se putando sanare sed suum saltem nullū habere peccatum: etiam sic audiōr est q̄ ratio salutis exposcit: multū est ad illū non capit tñ. Q̄ ⁊ bene quidē ista prouerbioz̄ sententia commonet: que continuo subiūgit atq; dicit. Q̄ si auidior es: noli cōcupiscere cibos eius. Satius est em̄ vt nihil inde sumas: q̄ vt tibi plus q̄ oportet assumas. Hec em̄ inquit vitā habent fallacem: hoc est hypocrisim. Dicendo enī se sine peccato esse: iustum nō potest exhibere sed fingere. Ideo dictū est. Hec ei habent vitam fallacem. Unus est solus: q̄ et carnē hois habere: ⁊ peccatū potuit nō habere. Merito q̄ sequr nobis precipitur: ⁊ tali verbo atq; prouerbio humana infirmitas conuenitur eiq; dicitur. Noli extēdere te cū sis pauper cōtra diuitem. Viues em̄ qui nec hereditario nec propio vnq; debito obnoxi⁹? ⁊ ipse iust⁹ est: ⁊ alios iustificat christ⁹. Noli cōtra cum te extēdere: intantū pauper vt remissionis peccatoz̄ um appareas quotidianus in oratione mēdicus. Tuo aūt consilio inquit abstine te: vñ nisi a presumptione fallaci? Ille quippe q̄ nō tantum est homo sed etiam de⁹: ideo nusq; reus. Si enim direxeris oculum tuum ad illum nusq; parebit. Oculum tuū: oculū videlicet humanū: quo cernis humana/ si direxeris ad illū nusq; parebit: quia videri non potest/ quēadmodū videre tu putes. Parauit ei sibi pennas sicut aquile et vadit in domū ppositi sui. vnde ad nos vtiq; venit/ nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem sicut ⁊ christ⁹ dilexit nos: ⁊t tradidit semetipsum p nobis. Maiorē q̄ppe hac dilectionē nemo h⁊: vt aiam suā ponat q̄s p amicis suis. Eumq; sic imitemur pia obediētia: vt ei nos ꝑparare nulla ꝑsumam⁹ audacia.

Joh.iij.

Prouer. xiij.

Joh.xv.

Luce.vj.

Mat.xxv

Joh.iij. Rō.viij. Rom.xj.

Pet.iij.

Mat.xxv

Joh.viij.

Tractatus.lxxxv.

Vos amici mei estis. si feceritis que precipio vobis iam non dico vos seruos q̄ seruus nescit quid faciat dominus eius.

B

Cum dns Jesus cōmendasset charitatem quam exhibuit nobis moziendo p nobis atq; dixisset: maiorem hac dilectionem nemo habet vt animā suam ponat quis p amicis suis: ⁊ vos inq̄t ⁊ amici mei estis/ si feceritis que ego ꝑcipio vobis. ⁊ Magna dignatio cum seru⁹ bon⁹ esse non possit/ nisi precepta domini sui fecerit. Hinc amicos suos voluit intelligi: vñ serui boni possunt probari. Sed vt dixi ista dignatio est: vt dns q̄s nouit seruos suos/ dignetur dicere amicos suos. Nam vt sciatis ad seruorum officium pertinere ꝑcepta domini sui facere: alio loco seruos vtiq; obiurgat dicēs. Quid aūt vocatis me domine domine: ⁊ nō facitis que dico? Cum ergo dicitis inquit domine: iussa facīēdo quid dicatis ostēdite. Nōne seruo obedienti ipe dictu⁹ est? Euge serue bone: q̄ in paucis fuisti fidelis/ supra multa te ꝑstituā: intra i gaudium domini tui. Potest igitur esse seruus ⁊ amicus: q̄ seruus est bonus. Sed quod sequit attēdamus. ⁊ Jam nō dicam vos seruos: q̄ seruus nescit quid faciat domin⁹ ei⁹. ⁊ Quomodo ergo intellecturi sumus ⁊ seruū et amicum esse seruum bonum: cū dicat iam nō dicā vos seruos/ q̄ seruus nescit quid faciat dns eius? Ita nomen cōstituit amicit: vt auferat serui/ non vt in vno vtrūq; maneat: sed vt alterum altero decidēte succedat. Quid est hoc? Ita ne cū ꝑcepta domini fecerim⁹ serui non erim⁹. Ita ne tunc serui non erimus quando boni serui fuerimus. Et quis cōtradicere potest veritati que ait: iam nō dicā vos seruos? Et cur hoc dixerit docet. Quia seruus inquit nescit: quid faciat domin⁹ eius. Nūquid nam seruo bono ⁊ probato dns eius nō etiā secreta sua cōmittit? Quid est ergo quod ait: seruus nescit quid faciat dns eius? Verum esto: nescit quid faciat. Nam quid nescit etiam q̄d ꝑcipiat? Nam ⁊ si hoc nescit: quomodo seruit? Aut quomodo seru⁹ est: q̄ nō seruit? Et tñ dns loquitur. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ ego precipio vobis. Jam non dicā vos seruos. O rem mirabilē: cum seruire non possum⁹ nisi precepta domini fecerimus: quomodo precepta faciendo serui non erimus? Si seruus nō ero precepta faciendo: ⁊ nisi precepta fecero seruire nō potero ergo seruēdo seru⁹ nō ero? Intelligam⁹ fratres intelligam⁹ ⁊ hoc in nobis dns faciat vt intelligamus: faciat etiam vt intellecta faciam⁹. Hoc aūt si scim⁹/ profecto scimus q̄ facit dns: q̄ nosipsos tales non facit nisi dominus: ⁊ per hoc ad eius amicitiā pertinem⁹. Sicut em̄ duo sunt timores q̄ faciūt duo genera timentiū: sic due sūt seruitutes: q̄ faciūt duo genera seruiētiū. Est timor q̄ ꝑfecta charitas foras mittit: ⁊ est alius timor casṫ⁹ pmanēs in seculū seculi. Illi timorē q̄ nō est in charitate: attēdebat ap⁹us cum dicebat. Non em̄ accepistis spiritū seruitutis: iterū in timore. Illi aūt timorē castum attēdebat: cū dicebat. Noli altū sapere: sed time. In illo timore quē foras charitas mittit: ei⁹ est seruit⁹ simul foras cū ipo timore mittēda. Utrūq; ei⁹ dixit apostolus: hoc est seruitutē ⁊ timorē dicēdo. Non em̄ accepistis spiritū seruitutis iterū in timore. Ad hāc ꝑfectē seruum pertinentē intuebat ⁊ dns dicēs. Jā non dicā vos seruos: q̄ seruus nescit q̄d faciat dns ei⁹. Non vtiq; ille seruus pertinēs ad timorē castū: cui dicit: euge serue bone ⁊ intra in gaudiū dni tui. Sed ille seru⁹ pertinens ad timorē foras a charitate mittēdū: ō q̄ alibi dicit. Seru⁹ nō manet i domo in eternū filius aūt manet i eternū. Q̄m itaq; dedit nobis potestatē filios dei fieri vt nō serui ⁊ filij sim⁹/ at miro q̄dā ⁊ ineffabili sed tñ vero modo serui non serui esse possumus: serui scilicet timore casto: ad quē pertinet seruus intrās in gaudium domini sui: non serui autem timorē foras mittē-

Joh.xvj. Jacob.iij. Rō.viij. Joh.iij. Mat.xxv

Tractatus.lxxxvj. Capitulū.xv. Fo.ccxv.

do: ad quem pertinet seruus nō manēs in domo in eternū. Ut autem tales serui non serui simus: dnm facere scimus. Hoc aūt seruus ille nescit: qui nescit quid faciat dominus eius. Et cum aliquid boni facit sic extollitur quasi hoc ipe faciat non dominus eius: ⁊ in se nō in domino gloriatur cū seipse deceperit: q̄ sic gloriatur quasi non acceperit. Nos autē charissimi vt amici domini esse possimus: quid noster dominus faciat sciam⁹. Non solum enim homines: verum etiā iustos ipse facit nos ⁊ non ipsi nos. Et vt hoc sciamus quis nisi ipse facit? Non em̄ spiritum huius mundi accepimus sed spiritū qui ex deo est: vt sciam⁹ que a deo donata sunt nobis. Ab ipo quicquid boni est/ donat vt sciatur. Ergo q̄ ⁊ hoc bonum est ab ipso vtiq; donat vt sciatur a quo bonū omne donetur: vt omnino de omnibus bonis qui gloriatur in domino gloriet̄ur. Quod vero sequitur. ⁊ vos aūt dixi amicos: q̄ omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis ⁊ ita est profundum: vt nullo modo sit isto sermone coartandum: sed in alium differendum.

1 Cor.j.

1 Cor.ij.

Tractatus.lxxxvj.

Vos autem dixi amicos quia omnia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos: ⁊ posui vos vt eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat: vt quodcumq; petieritis patrē in nomine meo det vobis.

A

Merito queritur quomodo accipiendū sit: q̄d ait dominus. ⁊ Vos autem dixi amicos: q̄ oīa quecūq; audiui a patre meo: nota feci vobis. ⁊ Quis autē audeat affirmare vel credere vllum hoīm scire omnia quecūq; a patre audiuit vnigenitus filius: quādo nec hoc quidē ⁊ſq; capit quomodo a patre audiat vllū verbum: cum ipe sit patris vnicum verbū? Quid est q̄d alīo post in hoc ipso tñ sermone: quem post cenam ante passionem ad discipulos habuit: multa inquit habeo vobis dicere sed nō potestⁿ illa portare modo? Quo igit pacto intellecturi sum⁹ oīa eum nota fecisse discipulis: quecūq; audiuit a patre: cum propterea quedam multa nō dicat: q̄ scit eos modo portare non posse? Sed nimirum q̄d facturus est fecisse se dicit: qui ea que futura sunt fecit. Sicut em̄ dicit per prophetam: foderunt manus meas ⁊ pedes: nec ait. fossuri sunt velut ꝑterita dicens: et ea tñ futura predicens. Ita ⁊ hoc loco ait: omnia se nota fecisse discipulis q̄ se nouit nota esse facturū in illa plenitudine scīētie de qua dicit apostolus. Cum aūt venerit quod perfectum est: quod ex parte est euacuabit. Ibi quippe dicit nūc scio ex parte: tūc autem cognoscam sicut ⁊ cognitus sum et nūc per speculū in enigmate: tūc autem facie ad faciem. Nam ⁊ ipe apostolus saluos nos dicit esse factos per lauacrū regenerationis qui tamē alio loco: spe inquit salui facti sumus. Spes aūt que videtur nō est spes. Quod em̄ videt quis: quid sperat. Si autem quod non videm⁹ speramus: per patientiam exspectamus. Unde etiam ei⁹ coapostol⁹ Petrus: in quē modo inquit non videntes creditis: quem cū videritis exultabitis gaudio ienarrabili ⁊ honorato ꝑcipiētes mercedē fidei salutem animarū vestrarū. Si ergo nunc tempus est fidei: salus autem animarū merces fidei. Quis dubitet in fide que per dilectionē operatur: peragendum diē vltimū atq; in fine diei recipiendā esse mercedem: non solū redemptionem corporis nostri de qua dicit apostolus Paul⁹: verum etiam salutem animarū nostrarū: de qua dicit apostolus petr⁹? Utriusq; ei rei felicitas: isto tpe atq; in ista mortalitate in spe potius habetur: q̄ in re tenetur. Verum hoc interest: q̄ exterior noster homo: id est corpus adhuc corrūpit interior autem: id est anima iam renouat̄ de die in diē. Itaq; sicut immortalitatem carnis ⁊ salutem animarū futurā expectam⁹ q̄ius iā pignore accepto salui facti esse dicamur: ita omnium noticiam quecūq; vnigenitus audiuit a patre futuram sperare debem⁹: q̄ius hoc iam se fecisse dixerit christus. ⁊ Nō vos me elegistis ⁊ inq̄t: ⁊ sed ego vos elegi. ⁊ Hec est illa ineffabilis gratia. Quid em̄ eramus quādo christū nondum elegeramus: ⁊ ideo non diligebamus? Nam qui cum nō eligit: q uomodo diligit? Nunq̄d iam in nobis erat quod in psalmo canit: elegi abiectus esse in domo domini: magis q̄ habitare in tabernaculis pcōz̄um? Non vtiq;. Quid ergo eram⁹: nisi iniqui ⁊ pditi? Neq; em̄ iam credideram⁹ in eum: vt eligeret nos. Nam si iā credētes elegit: electos elegit. Cur ergo diceret: nō vos me elegistis: nisi q̄ misericordia ei⁹ preuenit nos. Hic certe vacat vana illoz̄ ratiocinatio/ qui prescientiā dei defendunt cōtra gratiam dei: ⁊ ideo dicunt nos electos ante mūdi constitutionē/ q̄ prescibit nos deus futuros bonos: nō seipm nos facturū bonos. Nō hoc dicit qui dicit. Nō vos me elegistis: q̄m si propterea nos elegisset q̄ bonos futuros esse nos prescierat: simul etiam prescisset q̄ cum nos fuissem⁹ prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni: nisi forte dicendus est bonus qui non eligit bonum. Quid ergo eligit in non bonis? Non em̄ electi sunt quia boni fuerunt: qui boni non essent nisi electi essent. Alioquin gratia iā nō est gratia: si prescisse contēdimus merita. Hec quippe electio gratia est: de qua dicit apostolus. Sic ergo ⁊ in hoc tē pore reliq̄e per electionem gratie dei salue facte sunt. Unde subiungit. Si aūt gratia: iam non ex operibus: alioquī gratia iam nō est gra. Audi ingrate: ingrate audi. Nō vos me elegistis: sed ego elegi vos. Nō est vt dicas ideo electⁿ sum: q̄ iam credebam. Si enim credebas in eum: iam elegeras tūm. Sed audi. Non vos me elegistis. Nō est vt dicas: anteq̄ crederem iam bona operabar: ideo electⁿ sum. Quid em̄ est boni operis ante fidem: cum dicat apostolus: omne quod non est ex fide peccatū est? Quid ergo dicturi sumus audiendo non vos me elegistis: nisi q̄ mali eram⁹ et electi sumus: vt boni per gratiam nos eligentis essem⁹? Non est em̄ gratia: si preceserunt merita. Est aūt gratia. Hec igitur nō inuenit: sed efficit merita. Et videte charissimi: quemadmodum non eligat bonos: sed quod elegit faciat bonos. Ego inquit elegi vos. ⁊ posui vos: vt eatis et fructū afferatis: ⁊ fructus vester maneat. ⁊ Nōne iste est fructus de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo ⁊ posuit vt eamus ⁊ fructum afferamus. Nullum itaq; fructum vnde nos elegit habebam⁹. Ut eatis inquit ⁊ fructum afferatis. Imus vt afferamus ⁊ ipse est vis qua imus: in qua nos posuit vt eamus. Proinde in omnib⁹ misericordia eius preuenit nos. Et fructus inquit vester maneat: ⁊ vt quodcūq; petieritis patrē in nomine meo det vobis. ⁊ Maneat ergo dilectio: ipsa est em̄ fruct⁹ noster. Que dilectio nunc est in desiderio nondum in saturitate: et ipso desiderio quodcumq; petierimus in nomīe vnigeniti filij dat nobis pater. Quod autem accipere saluandis non expedit nobis: non exist imemus nos petere in nomine saluatoris: sed hoc petimus in nomine saluatoris: quod pertinet ad rationem salutis.

Pō.lxxxj

Pō.lvij

Ephe.j.

Rom.xj.

Pō.xlviij.

Tractatus.lxxxvij.

Hec mādo vobis vt diligatis inuicem: si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo fuisset is mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo nō estis sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus.

A

In lectione euangelica q̄ hanc antecedit: dixerat dns. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos et posui vos vt eatis ⁊ fructum afferatis ⁊ fructus vester maneat: vt quodcūq; petieritis patrem in nōie meo vet vobis. De quibus verbis iam nos q̄d dns dedit: disseruisse meministis. Hic aūt dicit sequenti. scilicet lectione quā modo cum recitarek audistis. ⁊ Hec mādo vobis: vt diligatis inuicē. ⁊ Ac per hoc itelligere debem⁹ hūc esse fructū nostrū de quo ait: ego vos elegi vt eatis ⁊ fructū afferatis: et fructus vester maneat. Et q̄d adiunxit: vt q̄cūq; petieritis patrem in nōie meo det vobis. Tunc itaq; dabit nobis si diligamus inuicē: cum hoc ipm ipse dederit nobis qui nos elegit non habentes fructum: q̄ non eū nos elegeramus: ⁊ posuit nos vt fructū afferam⁹? hoc est inuicē diligam⁹. Quem fructū sine illo afferre non possum⁹: sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Charitas q̄ est fructus nostr: quā definit apostolus: de corde puro ⁊ cōscien-

Joh.xvj. Joh.xv. Mat.xxv Joh.viij.

Pō.xxj.

1 Cor.xiij

Tit.iij.

Rō.viij.

1 Pet.j.

Gal.v.

Pō.lxxxiij.

Joh.xv.

Mat.xxv

Joh.viij.

S. tractā. lxxxj.

j. Thim.j.

tia bona ⁊ fide nō ficta. Hac diligim⁹ inuicem: hac diligi-
mus deum. Neq; em̄ vera dilectione diligeremus inuicem
nisi diligentes deum. Diligit em̄ vnusquisq; proximū tāq;
Wat.xxij ipsum: si diligit deū. Nam si nō diligit deū/ non diligit se
ipsum. In his ei/ duobus preceptis charitatis: tota lex pen
det ⁊ prophete. Hic est fruct⁹ noster. De fructu itaq; nobis
mandans: hec mādo inquit vobis vt diligatis inuicē. Vñ
Gal.v. ⁊ apostolus paulus: cum contra opera carnis cōmendare
fructum spiritus vellet: a capite hoc posuit. Fruct⁹ inquit
spūs charitas est. Ac deinde cetera tanq; ex isto capite ex-
orta ⁊ religata cōtexuit: que sunt gaudiū/ pax/ longanimi-
tas/ benignitas/ bonitas/ fides/ mansuetudo/ cōtinētia/ ca
stitas. Qui autem bene gaudet: qui bonū non diligit vnde
gaudet? Quis pacē veram nisi cū illo potest habere quem
veraciter diligit. Quis est longanimis i bono opere pseue
ranter manendo: nisi ferueat diligendo? Quis est benign⁹
nisi diligat cui opitulat? Quis bonus: nisi diligēdo efficia
tur? Quis saluberiter fidelis: nisi ea fide que per dilectionē
Gal.v. operatur? Quis vtiliter māsuetus: cui nō dilectio modere
tur? Quis ab eo ptinet vnde turpetur: nisi diligat vnde ho
nestatur? Merito itaq; magister bon⁹ dilectionem sic sepe
cōmendat tanq; sola precipienda sit: sine qua nō possūt .p.
desse cetera bona: ⁊ que nō potest habert sine ceteris bonis
quibus homo efficitur bon⁹. Pro hac autē dilectione: pa-
tienter debem⁹ etiam mūdi odia sustinere. Necesse est em̄
B vt nos oderit: quos cernit nolle qđ diligit. Sed plurimum
nos de seipo domin⁹ consolatur: qui cum dixisset: hec man-
do vobis vt diligatis inuicem: adiecit atq; ait. ⌊Si mūd⁹
vos odit: scitote qm̄ me priorem vobis odio habuit. ⌋ Cur
ergo se mēbrum supra verticē extollit? Recusas esse in cor
pore: si nō vis oditū mūdi sustinere cum capite. ⌊Si de mū-
do⌋ inquit ⌊esset⁹: mundus quod suū erat diligeret. ⌋ Mnt-
uer se vtiq; hoc dicit ecclesie quā plerūq; etiā ipsam mūdi
ij.Cor.v. nomine appellat: sicut est illud. De⁹ erat in christo: mundū
Joh. iij. reconcilians sibi. Tremq; illud. Nō venit fil⁹ hominis vt
iudicet mundū: sed vt saluetur mūdus per ipm. Et in epi-
j. Joh.iij. stola sua Joannes ait. Aduocatū habem⁹ ad patrē Jesum
christum iustum: ⁊ ipe propitiatio est peccatorum nostro⁹
non tantum nostrorum sed etiam totius mūdi. Tot⁹ ergo
mūdus ecclesia est: ⁊ totus mūdus odit ecclām. Mūdus
igitur odit mundū: inimicus reconciliatū: dānatus salua-
tum: inquinatus mundatū. Sed iste mundus quem de⁹ in
christo reconciliat sibi ⁊ qui per christum saluatur/ ⁊ cui p
christum pctm̄ omne donatur: de mūdo electus est inimi-
co: dānato: cōtaminato. Ex eadē quippe massa que tota in
adam perijt: fiunt vasa misericordie: in quibus est mūdus
Rom.ix. pertinens ad reconciliationē: quam mundus odit ex eadē
massa pertinēs ad vasa ire: que perfecta sunt ad pditionē.
Deniq; cū dixisset: Si de mundo essetis: mūdus quod suum
erat diligeret: continuo subiecit. ⌊Quia vero de mūdo nō
estis sed ego elegi vos de mūdo: .pterea odit vos mūd⁹. ⌋
Ergo ⁊ ipsi inde erāt: vnde vt nō essent: electi sunt inde nō
meritis suis quorum nulla bona p̄esserant opera: non na-
tura que tota fuerat per liberum arbitriū in ipa radice vi-
ciata. Sed gratuita hoc est vera gratia. Qui em̄ de mūdo
Rom.xj. mundū elegit: fecit quod eligeret non inuenit: qz reliquit p
electionem gratie salue facte sunt. Si autem gratia inquit
iam nō ex operibus. Alioqui gratia: iam nō est gratia. Si
autē querak quomodo se diligat mundus perditionis: qui
odit mundū redēptionis: diligit se vtiq; falsa dilectiōe nō
Psal.x. vera. Proide falso se diligit: ⁊ vere odit. Qui enim diligit
iniquitatē odit animam suam. Sed diligere se dicitur. qm̄
iniquitatē qua iniquus est diligit: ⁊ rursus odisse se dicit:
qm̄ quod ei nocet hoc diligit. Odit ergo i se naturam: dili-
git vitium. Odit quod fact⁹ est per dei bonitatem: diligit
quod in eo factum est per liberā voluntatē. Vnde nos quo
q; illum diligere ⁊ prohibemur si recte intelligim⁹ ⁊ iube-
mur/ prohibemur. scilicz vbi nobis dicitur/ nolite diligere
Joh.ij. mūdum: iubemur autem vbi nobis dicitur: diligite inimi-
Luce. vj. cos vestros. Ipsi sunt mūdus q̄ nos odit. Ergo ⁊ prohibe-
mur diligere in illo quod ipse diligit i seipso: ⁊ iubemur di-
ligere in illo qō ipse odit i seipo: dei scz opificiū et diuersas
bonitatis sue consolationes. Vitiū quippe in illo diligere
.phibemur: iubemur q; diligere naturā: cū ipse in se diligat
vitium/ oderitq; naturā: vt nos eum et diligamus ⁊ oderi-
mus recte/ cum se ipse diligat oderitq; peruerse.

Tractatus.lxxxviij.

CDemētote sermonis mei: quem ego dixi vo-
bis non est seruus maior domino suo si me perse-
cuti sunt: ⁊ vos persequētur. Si sermonem meū
seruauerunt: ⁊ vestrum seruabunt. Sed hec om-
nia facient vobis propter nomen meum quia ne
sciunt eum qui misit me.

Exhortans dñs seruos suos ad mundi odia per
ferenda patienter: nullum eis malus ⁊ melius q̄
de seipso proponit exemplū: quoniam sicut dicit
apostolus petr⁹. Christus .p nobis passus est re
linquens nobis exemplū vt sequamur vestigia ei⁹. Quod
vtiq; si facim⁹ ipso adiuuāte facimus qui dixit: sine me ni-
hil potestis facere. Deniq; iam dixerat: si odit vos mūdus
scitote q; me priorē vobis odio habuit/ ⁊ nunc in eo qō am
distis cū legeretur euangeliū. ⌊Mementote⌋ inquit ⌊sermo-
nis mei quem ego dixi vobis. Non est seruus maior domi-
no suo. Si me persecuti sunt: ⁊ vos persequentur. Si mo-
nem meum seruauerūt: ⁊ vestrum seruabūt. ⌋ Dicendo aūt
non est seruus maior domino suo. Nonne cuidēter ostēdit
quēadmodū intelligere debeam⁹ qō superius dixerat: iam
non dico vos seruos. Ecce em̄ eos seruos dicit. Nunquid
est aliud: non est seru⁹ maior dño suo: si me persecuti sunt ⁊
vos persequent⁹? Manifestum est igitur illum seruum/ qui
nō manet in domo in eternum: illum pertinētē ad timorē
quem foras charitas mittit/ esse intelligendū vbi dictū est
iam non dico vos seruos. Hic autē vbi dicitur: non est ser-
uus maior domino suo: si me persecuti sunt ⁊ vos persequē
tur/ illum significari seruum pertinētem ad timorē castū q̄
permanet i seculum seculi. Hic em̄ seruus est auditurus.
Euge serue bone: intra i gaudiū domini tui. ⌊Sed hec⌋ in-
quit ⌊omnia facient vobis propter nomē meum: qz nesciūt
eum qui misit me. ⌋ Que omia facient nisi que dixit? Odio
habebunt scilicet ⁊ persequētur sermone meo: contemnent:
qm̄ si sermonem non seruarent eorum nec tū odissent eos
neq; persequerētur: vel etiam si odissent nec tū persequerē-
tur: non omnia facerent. Hec autem omnia facient vobis
propter nomen meum: quid est aliud dicere q̄ me in vobis
odio habebunt: me in vobis persequentur: ⁊ sermonem ve-
strum quia meus est ideo non seruabunt? Hec em̄ omnia fa
cient vobis propter nomen meum: nō vestrum sed meum?
Tanto igitur miseriores qui propter hoc nomē ista faciūt
q̄to beatiores qui propter hoc nomē ista patiūtur: sicut ip
se alio loco dicit. Beati qui persecutionem patiunt̄ propter
iustitiam. Hoc est em̄ propter me vel propter nomen meū:
qz sicut apostolus docet. Fact⁹ est sapientia a deo et iusti-
tia ⁊ sanctificatio et redemptio: vt quēadmodū scriptum
est: qui gloriatur in domio gloriet. Faciūt quippe ista ma-
li malis sed non propter iustitiam: ⁊ ideo miseri vtiq; q̄
faciunt ⁊ qui patiunt. Faciunt ⁊ mali bonis: vbi ⁊ si nō fa-
ciunt isti propter iustitiam/ tamen illi propter iustitiā pa-
tiuntur. Sed dicit aliquis. Si mali quādo persequunt̄ bo
nos propter nomen xpi/ propter iustitiā boni patiunt̄ pro
fecto propter iustitiā hoc eis mali faciunt. Quod si ita est:
ergo ⁊ quando boni malos propter iustitiam persequunt̄:
.ppter iustitiam etiam mali patiuntur. Si em̄ possunt ma-
li persecutionem facere bonis propter nomē christi: cur nō
possunt mali persecutionem pati a bonis .ppter nomē ppe
Et quid est propter nomen christi: nisi propter iustitiam?
Nam si non propter quod boni faciūt propter hoc mali pa
tiuntur qz faciunt boni propter iustitiam: patiūtur mali p
pter iiustitiam. Nec mali ergo propter hoc possunt facere
propter qō boni patiunt: qz faciūt mali propter iniustitia
patiuntur boni propter iustitiam. Quomō ergo erit verū
hec omnia facient vobis propter nomen meum: cū illi non
propter nomen xpi faciant: id est nō .ppter iustitiam sed .p
pter iniquitatē suā. Hec questio ita soluit. Si eo modo in
telligam⁹ dictū/ hec omnia facient vobis .ppter nomē meū:
vt totū referatur ad iustos: tanq; dictum sit/ hec omnia pa
tiemini ab eis propter nomē meū: vt hoc sit facient vobis

quod est patiemini ab eis. Si aūt .ppter nomen meū sic ac
cipitur: tanq; diceret: .ppter nomē meū quod in vobis ode
runt: ita pōt accipi ⁊ .ppter iustitiā quā in vobis oderunt.
Ac per hoc ⁊ boni cū persecutionē faciunt malis: possit re-
cte dici ⁊ .ppter iustitiam facere quā diligendo psequūtur
malos/ ⁊ .ppter iniquitatē quā oderunt in ipis malis. Ita
ergo ⁊ ipi mali possunt dici pati ⁊ .ppter iniquitatē que in
illis punitur: et .ppter iustitiā que in eorū pena exercetur.
Item queri potest si etiā mali faciunt psecutionem malis
sicut impij reges ⁊ iudices cū essent persecutores pior⁹ vti
q; ⁊ homicidas ⁊ adulteros ⁊ quoscq; maleficos q̄s contra
leges publicas fecisse cognoscerent puniebāt: quomodo in
telligendū est qō ait dñs: si de mundo essetis: mundus qō
suum erat diligeret? Neq; em̄ quos punit diligit mūdus a
quo videmus supradicta scelerum genera plerūq; puniri:
nisi qz mundus est in eis a quibus talia scelera vel puniūt
vel patiunt: ⁊ mundus est in eis a q̄b⁹ talia scelera diligun
tur. Mundus itaq; ille qui intelligitur in malis atq; ipsis
et odit qđ suum est/ ex ea parte hoīm qua sceleratis nocet/
⁊ diligit quod suū est ex ea parte hominū qua eisdem ipsis
sceleratis fauet. Ergo hec oīa facient vobis .ppter nomen
meum vel ita dictū est propter quod vos patimini: vel ita
.ppter quod ipsi faciunt: qz ⁊ hoc in vobis dū psequūtur
oderunt. Et addidit: ⌊qz nesciunt eum qui misit me. ⌋ Hoc
Et in eam sciēttiam dictū intelligendū est: de qua ⁊ alibi scri-
ptum est. Scire autem te sensus est cōsummatus. Hac q̄p-
Gal.vj. scientia qua sciunt patrē a quo missus est xp̄s nullo mō
cos persequuntur quos colligit christus: quia ⁊ ipsi cū eis
colliguntur a christo.

Tractatus.lxxxix.

CSi non venissem ⁊ locutus fuissem eis pecca-
tum non haberent. Nunc aūt excusationē nō ha-
bent de pctō suo. Qui me odit ⁊ patrē meū odit.

Superi⁹ dixerat dñs ad discipulos suos. Si me
persecuti sunt ⁊ vos persequētur. Si sermonem
meum seruauerunt: ⁊ vestrū seruabunt. Sed hec
oia facient vobis .ppter nomē meū: qz nesciunt
eum qui misit me. De quibus aūt hoc dixerit si queramus:
inuenimus eum ad hec verba venisse ab eo qō dixerat. Si
mundus vos odit: scitote qz me priorē vobis odio habuit.
Nunc vero qō addidit. ⌊Si non venissem ⁊ locut⁹ eis fuis
sem peccatū nō haberent: ⌋ iudeos ostendit expressius. De
bis ergo ⁊ illa dicebat. Nā hoc indicat verbor⁹ ipsa conte-
xio. De his ergo dicit. Si non venissem ⁊ locut⁹ eis fuissem
pctm̄ nō haberēt/ de q̄b⁹ dicebat. Si me p̄secuti sunt ⁊ vos
persequent. Si sermonem meū seruauerunt: ⁊ vestrū serua
būt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meū: qz
nesciunt eum qui misit me. His em̄ verbis: ⁊ ista subiūgit.
Si non venissem ⁊ locut⁹ eis fuissem/ peccatū nō haberent.
Judei ergo p̄secuti sunt xp̄m: quod euidentissime idicat
euāgelium. Judeis locutus est christus: nō aliis gentib⁹.
In eis ergo voluit intelligi mundū qui odit christum ⁊ di
scipulos eius: immo vero non eos solos/ sed hos quoq; ad
eundē mundū pertinere monstrauit. Quid est ergo/ si non
venissem ⁊ locutus eis fuissem/ peccatū nō haberēt? Nun-
quid sine peccato erant iudei/ anteq; christ⁹ ad eos in car-
ne venisset? Quis hoc vel stultissim⁹ dixerit? Sed magnū
quoddam peccatū nō omne peccatū/ quasi sub generali no
mine vult intelligi. Hoc est em̄ peccatū quo tenent cuncta
peccata/ quod vnusquisq; si non habeat dimittuntur ei cū-
cta peccata. Hoc est aūt/ qz non crediderūt in christum/ q̄
propterea venit vt credak in eum. Hoc peccatum si non ve
nisset/ non vtiq; haberent. Aduentus quippe eius quantū
credentibus salutaris/ tantū non credentibus exitialis fa
ctus est: tanq; ⁊ ipe caput ⁊ ꝓnceps apostolor⁹ qō de se ipsi
dicerunt exiterit/ quibusdā quidē odor vite in vitam: qui
busdam odor mortis in mortē. Sed quod adiūxit atq; ait.
⌊Nunc aūt excusationem nō habēt de peccato suo. ⌋ potest
mouere querentes/ vtrū hi ad quos non venit xp̄s nec lo-
cutus est eis: habeant excusationem de peccato suo. Si em̄
non habēt/ cur hic dictū est propterea istos non habere/ qz
venit ⁊ locutus est eis? Si aūt habent: vtrum ad hoc ha-
beant vt a penis alienent: an vt mitius puniant? Ad hec in
quisita pro meo captu/ dño donante respondeo/ habere il-
los excusationē non de omni peccato suo/ sed de hoc pctō
duntur non ideo fit q̄ ea ferre nō possunt:sed vt ab eis tanto ardentius concupiscātur:quanto eis honorabilius occultantur. Quapropter charissimi non a nobis expectetis audire/que tunc noluit dñs discipulis dicere/quia nondū poterant illa portare:sed potius in charitate ꝓficite:q̄ difRom.v. funditur in cordib⁹ vestris p spiritū sanctū qui dat⁊ est nobis:vt spiritu feruentes:t spiritualia diligentes:spirituale lucē/spirituale q̄ vocē quā carnales homies ferre non possunt/non aliquo signo corporalibus oculis apparēte/ nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente sed interiore conspectu t auditu nosse possitis. Nō enim diligitur q̄ penitus ignoratur:sed cum diligitur quod ex quātulacūq̄ parte cognoscitur:ipsa efficitur dilectione vt melius t plenius cognoscatur. Si ergo in charitate ꝓficiatis quā diffundit in cordibus spiritussanctus:docebit vos omnem veritatem:vel sicut alij codices habent:deducet vos in omni veritate. Unde dictum⁊ est. Deduc me domine in via tua t pſ.lxxxv ambulabo in veritate tua. Sic fiat vt non a doctoribus exterioribus illa discatis que noluit dño tunc dicere:ſz sitis omnes docibiles dei:vt ea ipsa q̄ p lectiones atq̄ ꝓmones extrinsecus adhibitos didicistis t credidistis de natura dei non corporea:nec loco aliquo inclusa:nec per finita spacia locorum/quasi mole distenta:sed vbiq̄ tota et perfecta t infinita:sine nitoribus colorum:sine figuris liniamentorum:sine notis litterarum:sine serie syllabarum ipsa mente conspicere valeatis. Ecce dixi aliquid quod forte inde sit/t tamen accepistis:t non solum ferre nō potuistis:verū etiam libēter audistis. Sed si ille magister interior:qui cū adhuc discipulis exteri⁹ loquerer ait. Adhuc multa habeo vobis dicere:sed non potestis portare modo: vellet nobis id quod de incorporea dei natura dixi:intrinsecus ita dicere:sicut sanctis angelis dicit qui semper vident faciē patris:nōdum ea portare possemus. Proinde quod ait. ⁊ Docebit vos omnem veritatem:⁊ vel deducet vos in omni veri B tate:non arbitror in hac vita in cuiusq̄ mēte posse comperi. Quis enim viuens in hoc corpore quod corrumpitur et aggrauat animā:possit omnē cognoscere veritatem/ cum dicat apostolus ex parte scimus. Sed quia per spiritū sanj.Cor.xiij ctum fit. Unde nunc pignus accepimus:vt ad ipsam q̄q̄ plenitudinem veniamus:de qua idem dicit apostol⁹. Tūc autem facie ad faciem:t nunc scio ex parte:tunc autem cognoscam sicut t cognitus sum:non quod in hac tantum vita sed totum quod vsq̄ ad illam perfectionem futurū est/ nobis dominus promisit per charitatem spiritus dicens Docebit vos omnem veritatem:vel deducet vos in omni veritate. Que cum ita sint: dilectissimi moneo vos in charitate christi vt seductores caueatis impuros t obscene turpitudinis sectas. De quibus ait apostolus. Que autez Ephe.v. occulte fiunt ab ipsis:turpe est t dicere:ne cum horrendas immundicias docere ceperit:quas humane aures qualescūq̄ sint portare non possunt: dicant ipsa esse que domin⁹ ait:adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo:et per spiritum sanctum asserāt fieri:vt possint illa immunda t nefanda portari. Alia sunt mala que portare non potest q̄liscūq̄ pudor human⁹:t alia sunt bona q̄ portare nō pōt paruus sensus humanus. Ista sunt in corporibus impudicis/illa remota sunt a corporibus vniuersis hoc i pura carne committitur:illud pura mente videre nitur. Renouamini ergo spiritu mētis vestre:t intelligite que sit voluntas dei quod bonum et beneplacitum et perfectum:vt in charitate radicati t fundati possitis comprehēdere cum omnibus sanctis que sit longitudo/latitudo/altitudo/t profundum/cognoscere etiam supereminētē scientie charitatem christi:vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ista enim modo vos docebit spiritussanctus omnem veritatem:cum magis magisq̄ diffundet in cordibus vestris charitatem.

Tractatus.xcvij.

¶ De eadem lectione.

A Spiritussanct⁹ quem promisit dominus se discipulis suis cē missurum: qui eos doceret omnem veritatem: quā tunc quando cum eis loquebat portare non poterāt. De quo spiritu sancto sicut
1j.Cor. v. dicit apostolus. Nūc pign⁹ accepimus/quo verbo intelligeremus eius plenitudinē nobis in vita alia reseruari. Ipse ergo spūssanctus & nunc docet fideles quāta quisq; pōt capere: & spiritualia eorum pectora desiderio maiore succēdit: si quisq; in ea charitate proficiat: qua & diligat cognita & cognoscenda desideret: ita vt ea quoq; ipsa que nūc quo
j.Cor.ij. modocūq; cognoscit: nondū se scire sciat: sicut scienda sūt in ea vita: quam nec ocul⁹ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Quo sciendi modo si nunc ea vellet interior magister dicere: id est nostre mēti aperire atq; mōstrare: humana infirmitas portare nō posset. Unde me vestra dilectio meminit iam locutū: cum sancti euāgelij verba tractaremus: vbi dūs ait. [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.] Non vt in his domini verbis nescio que secreta nimis abdita suspicemur: q̄ cum dici a docēte nō possint: portari a discente nō possint: sed ea ipsa que doctrina religionis in quorūlibet hominū notitia legimus & scribimus/audimus & dicimus: si vellet eo modo nobis christus dicere sicut dicit angelis sanctis in seipso vnigenito verbo/patri coeterno: quinam portare homies possent: etiam si iam essent spirituales quales ad huc apostoli non fuerunt quando ista eis dominus dixit/ qualesq; postea venīēte sancto spiritu facti sunt. Rāvtiq; quicqd de creatura sciri potest minus est ipso creatore: q̄ sūmus & verus & imutabilis est deus. Et quis eum tacet. vbi non a legentibus/disputantibus/quirentibus/respōdentib⁹/laudantib⁹/cantantib⁹/ q̄quomodo sermocinantibus/postremo ab ipsis etiam blasphemantibus nominatur? Et cum eum nemo taceat: quis est qui cum si cut intelligendus est capiat: cum de ozibus & auribus hominū nō recedat. Quis est cuius acies ad eū mētis accedat? Quis est qui eum trinitatē esse sciſſet nisi ipse sic innotescere voluisset? Et quis hominū iam istam fileat trinitatē? Et tamen quis hominū sicut angeli sapiat trinitatem? Ea ipsa ergo que de dei eternitate/veritate/sanctitate/ī promptu et palam sine cessatione dicunt: ab alijs bene/ab alijs male intelliguntur: immo ab alijs ītelliguntur: ab alijs nō intelligū
tur. Qui enim male intelligit/nō itelligit. Ab eis ipsis autem a quibus bene intelliguntur. Ab alijs minus: ab alijs amplius mentis viuacitate cernuntur: & a nullo hominum sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente/hoc est in interiore homine quodāmodo crescitur: non solū vt ad cibum a lacte transeatur. Uerūetiā vt amplius atq; amplio cibus ipse sumatur. Non autem crescitur speciosa mole sz intelligētia luminosa/quia et ipse cibus intelligibilis lux est: vt ergo crescatis eumq; capiatis: & quātomagis crescitis: tanto magis magisq; capiatis: non ab eo doctore q̄ve-
B strīs auribus sonat/hoc est forinsecus operādo plantat et rigat: sed ab eo qui dat incrementum/petere ac sperare debetis. ¶ Proinde sicut pterito sermōe commonui/ cauete maxime qui paruuli estis: & adhuc alimentis lacteis indigetis: ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptoribus (quia dūs ait. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo) aurem curiosam prebeat ad incognita scienda: cū mētes inualidas habeatis ad vera & falsa diiudicāda: maxime ppter obscenissimas turpitudines: quas docuit vanitas/animas instabiles atq; carnales: ad hoc deo sinente vt eius vbiq; sint tremēda iudicia/& in comparatione ipure nequitie dulcescat purissima disciplina: atq; illi det honorē: timorem autem vel pudorē sibi qui in illa mala vel illo regente non cecidit: vel illo inde leuante surrexit. Cauete timendo & orando ne irruat ī illud enigma salomōis: vbi mulier insipiēs & audax iops
puer.ix. panis effecta: vocat ptereūtes dicēs. Panes occultos libenter attingite: et aque furtiue dulcedinē. Hec enim mulier vanitas est impiorum: cum sint insipiētissimi: aliqd se scire opinātium: sicut de ista muliere dictum est/inopes panis efficit. Que cum sit iops panis: promittit panes: id est cū sit ignara veritatis: promittit sciētiam veritatis: occultos tamen panes promittit: quos tamen dicit libenter attingi: & aque furtiue dulcedinem: vt ea scilicet libentius et dulcius audiantur & agantur que palam i ecclesia dici credq; prohibentur. Ipsa quippe occultatione condunt quo dāmodo nefarij doctores sua venena curiosis: vt tō se existimēt aliquid discere magnū: quia merent habere secretū & suaui⁹ hauriāt insipiētiā quā putant scientiā/cuius probibitam quodāmō furank audaciā. Hinc & nefarios ritus suis hominibus sacrilega curiositate deceptis vel decipiēdis: magicarum artium doctrina commendat. Hinc ille illicite diuinationes inspectis pecudum visceribus occisorum autvocibus & volatibus auium aut signis multiformibus demoniorum: insurrant auribus hominum pernitiosorū: per colloquia perditorum. Propter hec illicita atq; punienda secreta: mulier illa non solum insipiens: verum audax etiā nuncupatur: sed hec non solum a seipsa: verum audax etiā nūcupak. Sed hec non solum a seipsa: verum et a nomine nostre religionis aliena sūt quandoquidem mulier hec insipiens & audax sub christiano vocabulo tot sectas hereses condidit/ tot nephandas fabulas finxit: vt iam tales quales in theatris: siue cantank siue saltantur sue inimica scurrilitate ridentur: & nō quasdam tales quales aduersus deum fingere potuisse: sic illam dolem⁹ insipientiam: vt miremur audaciam. Omnes autē insipientissimi heretici q̄ se christianos vocari volūt: audatias figmētorum suorum quas maxime exhoret sensus human⁹ hac occasione euangelice sententie colorare conant. Ubi domin⁹ ait. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: quasi hec ipsa sint que tūc discipuli portare nō poterāt: & ea docuerit spiritussanctus: que palā docere atq; predicare quātalibet feratur audatis spiritꝰ eru-
besit immundus. Hos apostolus in spiritusancto preuidens ait. Erit enim tempus quo sanam doctrinam non sustinebūt/sed sm desideria sua magistros sibi coacerualbūt pruritus auribus. Et a veritate quidem auditum auertentes: ad fabulas autem conuertentur. Illa ei secreti furtiq; commemoratio que dicit/panes occultos libenter attingite & aque furtiue dulcedinem: pruritum facit audientibus in auribus spiritualiter fornicātibus: sicut pruritu quodā libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. Audite itaq; apostolum talia preuidentem: & vitanda salubriter admonentem. Prophanas inquit &vo- j.Tim.vi.
uitates deuita. Multum enim pficiunt ad impietatē j.Tim.ij.
et sermo eorū sicut cancer serpit. Et non ait verborū vanitates: sed addidit prophanas. Sunt enim et doctrine religionis congruentes verborum vanitates: sicut ipsum nomen christianorū quādo dici ceperat sicut scriptū est. In Act.xj.
antiochia enim ꝑmū post ascensionē domini appellati sūt discipuli christiani: sicut legitur in actib⁹ apostolorum. et xenodochia & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus. Res tamen ipse & ante nomina sua erant: & religionis veritate firmank: que etiam contra improbos defenduntur. Aduersus impietatem quoq; arrianorum hereticorū/nouū nomē patris homousyon condiderunt/sed non Joān.x.
rem nouam tali nomie signauerūt. Hoc enim vocab homousyon q̄d est ego & pater vnum sumus: vnius videlicet eiusdēq; substātie. Nā si eis nouitas pphana esset: nec a domino diceret: mandatū nouū do vobis. Nec testamentum appellaretur nouū: nec cantaretur vniuersa tibi canticum nouum. Sed prophane sunt verborum nouitates/ vbi dicit Ecclia.
mulier insipiens & audax. Panes occultos libenter attingite: & aque furtiue dulcedinem. Ab hac pollicitatione fal- j.Tim.vi.
se scientie: prohibet etiam illo loco apostolus vbi dicit. O thimothee depositū custodi: deuitās ꝑphanas vocum nouitates: & cōtradictiones falsi nominis scientie: quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Ribil enim ille amant isti q̄ scientiam promittere: & fidem rerum veraq; quas credere paruuli precipiuntur veluti imperitiam deridere. Dicit aliquis. Nihil ne spirituales viri habēt i doctrina: quod carnalibus taceant: & spiritualibus eloquantur? Si respondero non habent: cōtinuo mihi dicet: ecce epi- j.Cor.iij.
stola ad corinthios apli pauli. Non potui vobis loqui q̄si spiritualib⁹ sed quasi carnalib⁹: quasi parvulis in christo lac vobis potum dedi nō escam: nondum enim poterat-

sed nec adhuc quidem potestis: adhuc em estis carnales.
Et illud. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et illud Spiritalibus spiritalia cōparantes: animalis autē homo nō percipit que sunt spiritus dei: stultitia enī est illi. Hoc totum quale sit: me rursus propter hec verba apostoli, ppha nis vocum nouitatibus secreta querātur: et ea que debet castorum spiritus corpusq; vitare/ dicatur carnalis sustinere non posse: fmone alio si dūs donauerit disputandum est: vt iam istum aliquando claudamus.

Tractatus.xcviij.

De eadem lectione.

A Ex verbis dūi nostri vbi dicit [Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo] Exortam difficilem questionem me recolo distulisse vt inde ociosius tractaretur: quia illum modus cōpetens cōpellebat finire sermonem. Nūc ergo quoniam tempus est promissa reddēdi/pertractetur vt dominus ipse donauerit: qui cordi nostro vt proponeretur igesit. Hec est autem questio. Utrum spirituales homines habeant aliquid in doctrina: quod carnalibus taceant & spiritualibus dicant. Quia si dixerimus nō habent: respōdebitur nobis. Quid est ergo q̄d dicebat apostolus scribens ad Corinthios. Nō potui vobis loqui quasi spiritualib⁹ sed quasi carnalib⁹: quasi paruulis in christo lac vobis potum dedi nō escā? Nōdum enim poteratis: sed nec adhuc quidem potestis: adhuc em estis carnales. Si autem dixemus habēt: timendū & cauendū est ne sub hac occasione in occultis nefaria doceant: & spiritualiū nomine velut ea q̄ carnales capere nō possunt: nō solū excusatione dealbāda: verūetiam predicatione laudanda videantur. Primum ergo scire debet charitas vestra q̄ ipse christus crucifixus est: quo velut lacte paruulos aluisse se dicit apostolus. Ip sa vera caro eius in qua facta est vera mors eius/& vulnera vera confixi sanguinisq; excussi: non eo modo a carnalib⁹ quo ab spiritualibus cogitak: & illis est lac/isti scibus est quia & si non audiūt amplius: intelligūt amplius. Non em equaliter mente percipitur: etiam quod in fide pariter ab vtriſq; recipitur. Ita fit vt predicatus ab apostolis christus crucifixus et iudeis esset scandalum & gentibus stultitia: & ipsis vocatis iudeis & grecis dei virtus & dei sapiētia. Sed carnalibus paruulus id tantum credēdo tenētibus: spiritualibus autem capacioribus id etiā intelligendo cernētib⁹. Illis ergo tanq̄ lacte⁹ potus/istis tanq̄ solidus cibus nō q̄ hoc illi aliter in populis: isti aliter in cubiculis cognouerūt. Sed quod eodē modo vtriq; cum palam diceretur audiebant: pro suo modo quiq; capiebant.
B Chiem christus propterea sit crucifix⁹: vt in remissiōe peccatorum sanguinē funderet: qua eius vnigentti passiōe divina gratia commendatur: vt nemo in homine glorietur: quomodo intelligebāt christum crucifixum qui adhuc dicebant. Ego sum pauli? Nunqsid quomodo ipse Paul⁹ qui dicebat. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi nostri iesu christi? De ipso itaq; christo crucifixo et ipse cibū p̄ sua capacitate sumebat: & illos lacte pro eorū infirmitate nutriebat. Deniq; illa que scripsit ad Corinthios aliter vtiq; ab ipsis paruulis: aliter a capacioribus posse intelligi scieme ait. Si q̄s est inter vos propheta aut spiritualis agnoscat que scribo vobis: quia domini est mandatū. Si quis autē ignorat ignorabitur. Solidam profecto voluit esse scientiam spiritualiū: vbi non sola fides accōmodaret sed certa cognitio teneret. Ac per hoc illi ea ipsa credebāt: que spirituales insuper agnoscebāt. Ignorabitur aūt ait qui ignorat: quia nondū ei reuelatū est: vt q̄ credit sciat. Quod cum fit in hominis mente/ipse dicit agnosci a deo: quia deus illum agnoscentem facit: sicut alibi ait. Nūc autem cognoscentes deum immo cogniti a deo. Neq; em tūc cognouerat eos de⁹: precognitos & electos ante mūdi constitutionem: sed tunc eos seipsum cognoscere fecerat. Hoc igit ꝑnit⁹ cognito q̄ ea ipsa que simul audiūt spirituales atq; carnales p̄ suo modulo quiq; capiunt: illi vt paruuli isti vt maiores: illi vt lactis alimentū: isti vt cibi solidamē tum. Nulla videt esse necessitas: vt aliqua secreta doctrine

taceant & abscondant fidelibus paruulis/ seorsum dicenda maioribus: hoc est intelligentioribus: & hoc ideo faciendum puterur: quia dixit apostolus. Non potui vobis loq quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. Hoc ipsum em j.Cor.ij.
quod nō iudicauit se scire in eis nisi iesum christum & hūc crucifixum: ipsis nō potuit loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus: quia id sicut spirituales capere non valebant. Quicūq; aūt spirituales inter eos erant: id est quod illi tanq̄ carnales audiebāt: spirituali ipsi ītellectu capiebāt: vt sic intelligak q̄d ait: nō potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus: ac si diceret. Non potuistis quasi spirituales: sed quasi carnales capere q̄d loquebar. Animalis enī homo: id est qui sm hominem sapit (ani- j.Cor.ij.
malis dictus ab anima: carnalis a carne/quia ex anima et carne constat totus homo.) Nō percipit que sunt spiritus dei id est: quid gratie credētib⁹ crux conferat christi: et putat hoc illa cruce actum esse tantūmodo vt nobis vsq; ad mortem ꝑueritate certantibus/imitandum preberet exēplum. Nam si scirent huiusmodi homines qui nolunt esse nisi homies quēadmodum christus crucifixus fact⁹ sit nobis sapiētia a deo: et iusticia & sanctificatio: & redemptio: vt quēadmodū scriptū est: qui gloriak in domino gloriet: j.Corin.j.
proculdubio nō gloriarenk in homine nec carnaliter dicerent. Ego quidem sum pauli/ego autē apollo/egovero cephe/sed spiritualiter/ego sum christi. Uerum illud adhuc C
questionem facit: quod in epistola ad hebreos legit. Cum Heb.v.
iam deberetis ipsi esse doctores: iterū doctrina indigetis que sint elementa sermonū dei: & facti estis opus habentes lacte/nō solido cibo. Omnis em qui lactat inexpertus est verborū iustitie: infans est enim. Perfectorum est autē solidus cibus eorum qui per habitum exercitatos habēt sensus ad separandum bonum a malo. Hic em videmus tāq̄ diffinitū esse quem pfectorum dicit solidum cibum: et hoc esse illud quod ad corinthios scriptum est. Sapientiā loq̄ j.Cor.ij.
mur inter pfectos. Quos autem pfectos voluerit hoc loco itelligi: subiecit atq; ait. Qui per habitum exercitatos habent sensus: ad separandum bonum a malo. Hoc ergo qui inualida et inexercitata mēte nō possūt: profecto nisi fidei quodam lacte teneank: et vt inuisibilia que non vident: et intelligibilia que nondū intelligūt credāt: facile ad vanas & sacrilegas fabulas ꝑmissione scientie ducuntur: vt & bonum & malum nō nisi corporalibus imaginibus cogitent: & ipsum deum non nisi aliquod esse corpus existimēt: & malum non nisi substantiam putare non possunt cum sit poti⁹ ab immutabili substantia mutabilium substātiarum q̄dā defectus: quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis et summa substantia qui est deus. Quod profecto quisquis non solū credit: verūetiam exercitatis interioribus animi sensibus intelligit/percipit/nouit/non est iam metuendum ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiam quā nō fecit deus: mutabilem substantiam faciunt ipsum deum sicut manichei: vl si que alie pestes ita decipiunt: sed mente adhuc paruulos quos dicit apostolus carnales: lacte nutriendos. Omnis de hac re sermo quo agitur vt non solum credatur verūetiā intelligak: sciaturq; quod dicitur percipere talia nō valētibus onerosus est: facili iusq; illos premit q̄ pascit. Ex quo fit: vt spirituales ista carnalibus nō omnimodo taceant propter catholicam fidem que omnibus predicanda est: nec tamen sic differant/vt volentes ea pdu
cere ad intelligentiam nō capacem: facil⁹ fastidiri faciāt in veritate sermonem: quam in sermone percipi veritatē. Propterea dicit scribens ad colocēses. Et si corpore ab- Colo.ij.
sens sum: spiritu vobiscum sum: gaudens & videns ordinationem vestram: & id quod deest fidei vestre in christo. Et ad Thessalonicenses. Nocte ac die inquit abundantius j.Thes.iij
orantes vt videamus faciem vestram: et suppleamus q̄ desunt fidei vestre. Intelligendi sunt vtiq; ita primū cathezizati vt lacte alerentur non solido cibo: cui⁹ lactis ad hebreos commemoratur vbertas/eis quos volebat cibi soliditate iam pascere. Propter quod ait. Ideoq; remittētes Heb.vj.
initij christi verbum: in consummationem respiciamus. Non iterum iactentes fundamentum penitentie ab operibus mortuis: & fidei in deum: lauacri doctrīe/impositiōis

manuū:resurrectiōis etiam mortuorum et iudicij eterni. Necesse lactis vbertas siue quo non viuunt qui iam quidē ratione vtuntur vt possint credere:sed bonum a malo non credendo tantum:verūetiā intelligendo quod pertinet ad solidum cibum separare non possunt. Quod autem in lactis commemoratione posuit et doctrinam:ipsa est que p symbolum traditur ꝛ orationem dominicam. Sed huic lacti abstitit vt sit contrarius cibus rerum spiritualium firma intelligentia capiendus. Qui collossensibus et thessalonicensib⁹ defuit ꝛ supplendus fuit. Quādo enim supplet qđ defuit:non improbatur quod fuit. Nam et ipsis que sumimus alimentis:vsq; adeo non est lacti contrarius solidus cibus:vt ipse lactescat:quo possit esse aptus infantibus ad quos per matris vel nutricis peruenit carnem: sicut fecit etiam mater ipsa sapientia:que cum sit in excelsis angelorū solid⁹ cibus:dignata est quodāmodo lactescere paruulos cum verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis. Sed ip se homo christus qui vera carne/vera cruce /vera morte/ vera resurrectione/sincerum lac dicitur paruulorum:cum bene a spiritualibus capitur:inuenitur dominus angelorū. Proinde nec sic paruuli sunt lactandi:vt semper nō intelligant deum christum:nec sic ablactandi/ vt deserant hominem christum. Quod alio modo idipsum ita dici potest Nec sic lactandi sunt/vt creatorem nunq̄ intelligant christum:nec sic ablactandi/vt mediatorem vnq̄ deserāt christum. In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materni lactis et solidi cibi:sed potius fundamenti:qz ꝛ puer quando ablactatur vt ab alimentis infantie iam recedat: inter solidos cibos non repetit verba que suggebat:christ⁹ autem crucifixus/ꝛ lac suggentibus:ꝛ cibus est proficientibus. Fundamenti vero est ideo aptior similitudo:quia vt perficiatur quod struitur/additur edificium:nō subtrahitur fundamētum. Que cum ita sint:o quicūq; estis/qui sine dubio multi estis paruuli in christo/ proficite ad solidum cibum:mentib⁹ non vestris:proficite ad separandum bonum a malo:ꝛ magis magisq; inherete mediatori:per quem liberamini a malo:quod non est a vobis loco separādum: sed in vobis potius est sanandum. Quisquis autem vobis dixerit:nolite credere verum hominem christū:aut non a vero deo corpus cuiuslibet hominis vel cuiuslibet animantis creatum/aut non a vero deo vetus testamentum datum:et si quid huiusmodi:hec enim vobis pri⁹ideo non dicebantur:quando lacte nutriebamini:quo vera capienda cor nondum habebatis idoneum:non vobis iste cibum preparat sed venenum. Propter quod beat⁹ apostolus eos alloquens qui tam videbantur esse perfecti: cum quid sit inperfectum ipse dixisset. Quicūq; ergo inquit perfecti sumus hoc sapiamus:et si quid aliter sapitis: hoc q̄q; vobis deus reuelabit. Et ne forte incurrerent in seductores qui eos vellent a fide auertere promittendo scientiā veritatis:ꝛ hoc putarēt esse quod dixit apostol⁹/id quoq; vobis deus reuelabit:cōtinuo subiunxit. Verūtamen in qđ peruenimus:in eo ambulemus. Si quid ergo intellexeris quod non sit contra regulam catholice fidei ad quam vel vtiam que te ducat ad patriam peruenisti:ꝛ sic intellexeris vt inde dubitare omnino ne debeas adde edificium noli tamen relinquere fundamentum. Sic debēt maiores docere aliquid paruulos:vt omniū dominū christū:ꝛ seipsis longe maiores prophetas ꝛ apostolos non dicant aliquid fuisse mentitos. Non autem solum vaniloquos ꝛ mētis seductores fabulosa et falsa garrientes et in eis vanitatibus velut alteram scientiam promittentes contra regulam fidei quam catholicam,suscepistis cauere debetis:verūetiā ipsos qui de ipsa diuine immutabilitate nature vel incorporea creatura siue creaturis aliter disputāt et qđ dicunt omnino documentis atq; rationibus certissimis p bant:ꝛ tamen ab vno dei et hominum mediatore conantur auertere:tanq̄ pestem insidiosiorem ceteris fugite. Tales enim sunt de quibus dicit apostol⁹:qz cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt. Quid enim prodest habere intelligentiam veram de immutabili bono:et qui nō tenet per quē liberetur a malo? Propteres ammonitio beatissimi apostoli de vestris cordib⁹ nō recedat. Si quis vobis euāgelizauerit preter qđ accepistis:anathema sit. Nō ait plusq̄ accepistis. Sed preter quod accepistis. Nam si illud diceret:sibi ipsi preiudicaret:qui cupiebat venire ad thessalonicenses:vt suppleret que illorum fidei defuerant. Sed qui supplet:quod minus erat addit:nō quod inerat tollit. Qui autē preter greditur regulam fidei nō accedit ad viā:sed recedit de via. Quod itaq; ait dominus:adhuc multa habeo vobis dicere:sed non potestis portare modo:addi cieda illis fuerant que nesciebat:non que didicerant euertenda. Et ille quidem sicut in pristino sermone iam exposuit:potuit hoc ita dicere:quia illa ipsa que docuerat si vellet eis sic aperire vt in illo concipiuntur ab angelis:hoc firmitas humana in qua adhuc erant ferre nō posset. Spiritualis autem homo quilibet potest alterum hominē docere quod nouit:si proficiendo capacior factus spiritu sanctus:in quo et ipse doctor aliquid amplius addiscere potuit vt sint ambo docibiles deo:quanq̄ et inter ipsos spirituales sunt vtiq; alijs alij capaciores atq; meliores:ita vt quidam illorum ad ea peruenire que non licet homini loqui. Qua occasione vani quidam apocalypsim pauli quam sana non recipit ecclesia/nescio quibus fabulis plenam stultissima presumptione finxerunt: dicentes hōc eū sevnde dixerat raptum se fuisse in tertium celum/ꝛ illic audisse ineffabilia verba:que non licet homini loqui. Et cūq; istorum tollerabilis esset audatia:si se audisse dicisset que adhuc non licet homini loqui:cum dixerit que nō licet homini loqui:istis qui hec audeant impudenter ꝛ infeliciter loqui. Sed iam istum sermonem hoc fine concludam: per quem vos esse cupio sapientes quidem in bono:integros autem a malo.

Tractatus.xcix.

¶Non enim loquetur a semetipso sed quecūq; audiet loquetur. Et que ventura sunt annunciabit vobis ille me clarificabit:quia de meo accipiet et annūciabit vobis. Omnia quecūq; habet pater mea sunt:propterea dixi quia de meo accipiet ꝛ annūciabit vobis.

Quid est quod dñs ait de spiritusancto:cum eum venturum esse promitteret:ꝛ docturum discipulos eius omnem veritatem:vel eos deducturum in omni veritate. ¶Non enim loquetur a semetipso:sed quecūq; audiet loquetur? ¶Simile est hoc ei quod de semetipso dixit. Non possum a metipso facere quicq̄ sicut audio iudico. Sed illud cum exponeremus/fm hoc nem posse accipi dictmus:vt obedientiā suā qua factus ⁊ obediens vsq; ad mortē crucis: prenūctasse filius videret et iudiciū futurū quovivos et mortuos iudicabit:qz hoc q id factur⁹ est quod filius hominis est:propter quod dixit:peter non iudicat quenq̄:sed omne iudiciū dedit filio: qz in iudicio non forma dei qua equalis est patri nec ab impijs videri potest:sed forma hominis apparebit:qua minorat⁹ est etiā modico minus ab angelis: cuius iam in claritate nō in pristina sit humilitate vēturus cōspicuus tamē futurus:ꝛ bonis et malis. Hinc ait et illud. Et potestatem dedit ei iudicium facere:quoniam filius hominis est. In qbꝰ verbis eius manifestatur:nec eā formā presentandam ei iudicio in qua cum esset:non rapinā arbitratus est ēē se equalem deo:sed illā qua cum semetipm exinaniuit formā serui accipiēs in qua vt detur etiam adfaciendum iudicium obedientiā suā commēdasse:cum dixit. Non possum facere a metipso quicq̄ sicut audio iudico. Adam nāq; per cuius vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi:nō sicut audiuit iudicauit: quia quod audiuit preuaricatus est:a semetipso fecit malum quod fecit: qz nō dei voluntatem q̄ suam fecit. Iste autem per cuius vnius hominis obedientiam iusti cōstituuntur multi:non solū obediendo fuit vsq;

ad mortem crucis in qua est viuus iudicat⁹ a mortuis:sed obedientem se futurū ,pmittens in ipso quoq; iudicio quo est de viuis iudicaturus et mortuis: non possum inqt a me ipso facere quicq̄ sicut audio iudico. Sed nunqd de spiritusancto qđ dictum est:non enim loquetur a semetipso:sed quecūq; audiet loquet:fm hominem vel fm assumptiōem cuiuscq̄ creature dictū esse audebim⁹ opinari? Sol⁹ quippe in trinitate filius formā serui accepit: que forma illi ad vnitatē persone coaptata est:id est vt filius dei et filij⁹ hominis vnus sit Jesus christ⁹:ne non trinitas sed quaternitas predicet:quod absit a nobis. Propter quam personam profecto vnam ex duab⁹ substantijs diuina humanaq; cōstantem aliquando fm id quod domin⁹ est loquitur: vt est illud qđ ait:ego ꝛ pater vnum sumus:aliquando fm id qđ homo est/sicuti est illud:quoniā pater maior me est:fm qđ accepimus esse ab eo dictū:et hoc vnde nunc disputo:non possum a meipso facere q̄cq̄:sicut audio iudico. In persona vero spūssancti quomodo id accipiamus quod ait. Nō enim loquet a semetipso:sed quecūq; audiet loquetur:cum ineo non sit alia diuinitatis/alia humanitatis: vel alteri⁹ creature cuiuscūq; substātia: magna exoritur difficultas. Illud enim quod sicut columba spūssanctus apparuit specie corporali:visio fuit ad horam facta atq; transacta:sicut etiā quādo super discipulos venit:vise sunt illis lingue dūse velut ignis:q etiam insedit super vnūquēq; eorū. Qui ergo dicit colūbā ad vnitatem persone spiritusancto fuisse connectam: vt ex illa et deo qz spiritussanctus deus est/ vna spiritussancti persona constaret:ꝛ hoc etiā de illo igne cōpellitur dicere: vt intelligat nihil horum debere se dicere: Ista enim q̄ de substantia dei quoquomodo vt op⁹ erat significanda corporeis hominū sensib⁹ sese intulerūt atq; trāslerūt:ad horā diuinitus facta sunt de creatura seruiente non de ipsa dominante natura:que in se manens qđ vult mouet:ꝛ qđ vult immutabilis mutat. Sicut etiam vox illa de nube aures vtiq; attigit corporales:eūq; sensum corporis q̄ vocatur audit⁹:nec tamen illo modo credendū est verbū dei quod est vnigenitus filius/ quomodo verbū dicit syllabis sonisq; finitri:qz nec omnes simul sonare possunt cū sermo sit:sed tanq̄ nascentes morientib⁹ ordine suo sonit quicūq; succedunt:vt totum quod loquimur nouissima syllaba compleat. Absit vt sic loquatur pater ad filiū:hoc est deus ad verbū suum deum. Sed hoc eorum est capere quantū ab homine capi potest: ad qs non hec pertinet sed solidus cibus. Cum igit spiritussanctus nulla susceptione hominis sit homo fact⁹:nulla susceptione angeli sit angel⁹ fact⁹:nulla susceptione cuiuscq̄ creature creatura sit fact⁹ quomodo de illo intelligendū est quod domin⁹ ait: nō enim loquetur a semetipso:sed quecūq; audiet loquetur? Ardua questionimis ardua. Ipse assit spiritus:vt saltem sicut eā cogitare possumus:sic eloqui possim⁹:sic ad intelligentiā vestrā pro mei moduli facultate pueniat. Petius itaq; nos se debetis et intelligere potestis:credere autem q intellige re nōdum potestis:in ea substantia que deus est:non quasi p corporis molem sensus locis propijs distributos: sicut in carne mortali quotūcūq; animaliū alibi est visus:alibi auditus/alibi gustus/alibi olfactus:per totū autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilicq; natura Audire ergo tbi et videre:id ipm est. Dicitur et olfactus in deo.vnde dicit apls. Sicut ꝛ christus dilexit nos:et tradidit semetipsum ,p nobis oblationem ꝛ hostiam deo in odorem suauitatis. Et gustus intelligi potest fm qđ deus et odit amaricantes et nec frigidos nec calidos sed tepidos euomit ex ore suo. Et iesus xps. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius q̄ me misit. Est etiam tactus ille diuin⁹. vnde dicit sponsa de sponso. Sinistra ei⁹ sub caput meo:et dextera eius complectit me. Nō sunt hec in deo per diuersa corporis loca. Cum enim dicit scire:tbi sunt omnia/ꝛ videre/et audire/ꝛ olfacere/ꝛ gustare/ꝛ tangere/sine vlla ei⁹ mutatione substātie:sine vlla mole q̄ in alia parte maior in alia minor:etiā i sentib⁹ puerili pectore cogitat:quādo de⁹ sic cogitat. Nec mireris quod ineffabilis dei scientia quā nouit omnia/,p varios humane locutionis modos omniū eorum corporaliū sensuum nominibus nuncupatur:cum et ipsa mens nostra:hoc est homo interior: cui vniformiter

scienti per hos quinq̄ velut nūcios corporis diuersa nunciant:quādo imutabilē veritatem intelligit:eligit:diligit: Et lumen videt de quo dicit. Erat lumen verum. Et verbum audit de quo dicit. In principio erat verbū. Et odorem capit: de quo dicit. Post odorem vnguentorum tuorū currimus. Et fontem bibit:de quo dicitur. Apud te est fons vite. Et tactu fruit:de quo dicit. Mihi autem adherere deo bonum est. Nec aliud atq; aliud: sed vna intelligentia tot sensuum nominib⁹ nūcupat. Cum ergo de spiritusancto dicit non enim loquetur a semetipso:sed quecūq; audiet loquetur:multomagis ibi simplex natura vbi verissime simplex est:vel intelligenda est vel credenda: que longe lateq; naturam nostre mentis excedit. Mutabilis qppe est mens nostra que percipit discendo qđ nesciebat:ꝛ amittit dediscendo qđ sciebat:et veri similitudine fallit:vt pro vero approbet falsum:ꝛ obscuritate sua quasi qbusdam tenebris impedit ne peruenīat ad verū. Et ideo non est ista substātia verissime simplex/cui non hoc est esse quod nosse potest eni esse nec nosse. At quid illa diuina nō potest:quia id qđ habet est:ac per hoc non sic habet scientiam vt aliud illi sit sciētia qua scit:aliud essentia qua est:sed vtrūq; vnū est. Nec vtrūq; dicendum est:quod simpliciter vnum est:sicut habet pater vitam in semetipso:nec aliud est ipse q̄ vita que in ipso est:ꝛ dedit filio habere vitā in semetipso:hoc est genuit filium q̄ et ipse vita esset. Sic itaq; debemus accipere qđ de spiritusancto dictū est: non enim loquetur a semetipso:sed quecūq; audiet loquetur:vt intelligamus non eū esse a semetipso. Pater quippe filio de alio nō est. nā et filius de patre natus est:ꝛ spiritussanct⁹ de patre procedit. Pater autem nec natus est de alio:nec ꝓcedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas i summa illa trinitate cogitationi occurrat humane. Nam et filius ei de quo nat⁹ est/et spiritussanct⁹ ei de quo procedit equalis est. Quid autem illic iterest inter procedere ꝛ nasci:ꝛ longū est querēdo disserere:ꝛ temerarium disseruerīs diffinire:quia hoc est menti vtcūq; comprehendere: et si quid mens forte inde comprehenderit/lingue difficillimum est explicare: quantuslibet ēsit doctor:quātuslibet adsit auditor. Non ergo loquetur a semetipo quia nō est a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur. Ab illo audiet:a quo ꝓcedit. Audire illi scire est scire vero esse:sicut superius disputatum est. Quia ergo nō est a semetipso sed ab illo a quo procedit:a quo illi est essentia ab illo scientia:ab illo igit audientia:qđ nihil est aliud q̄ scientia. Nec moueat qđ verbum futuri temporis positum est:nō enim dictum est/quecūq; audiuit/ aut quecūq; audit:sed quecunq; audiet loquetur. Illa quippe audientia sempiterna est: quia sempiterna est sciētia. In eo autē quod sempiternū est sine initio ꝛ sine fine:cuiuslibet temporis verbum ponat:siue preteriti: siue presentis:siue futuri: non mēdaciter ponitur. Quis enim natura illa imutabilis et ineffabilis non reciptat/fuit et erit sed tātum est:ipsa enim veraciter est quia mutari nō potest:et ideo illi tm̄ conuenerat dicere:ego sum q̄ sum:et dices filijs israel q̄ est misit me ad vos. Tamen propter mutabilitatem temporū in qb⁹ versat nostra mortalitas ꝛ nostra mutabilitas: nō mēdaciter dicim⁹:et fuit et erit et est. Fuit in preteritis seculis:est in presentib⁹:erit in futuris. Fuit quia nūq̄ defuit: erit qz nūq̄ deerit:est qz semper est. Neq; enim velut q̄ iam non sit cū preteritis occidit:aut cum presentib⁹ velut qui non manet labitur: aut cū futuris velut q̄ nō fuerat oritur. Proinde cum fm volumina temporū locutio humana variat:q̄ per nulla deesse potuit:aut pōt: aut poterit:tēpora vero de illo dicūtur:cuiuslibet temporis verba. Semper itaq; audit spiritussanct⁹:qz semper scit. Ergo ꝛ sciuit ꝛ scit ꝛ sciet:ac per hoc ꝛ audiuit:ꝛ audit ꝛ audiet: qz sicut iam dixim⁹ hoc est illi audire qđ scire:ꝛ scire illi hoc est qđ esse. Ab illo igit audiuit:audit audiet a quo est:ab illo est a quo procedit. Hic alīqs forsitan ḡrat:vtrum ꝛ a filio procedat spiritussanctus. Filius enim solius patris est filius ꝛ pater solius filij est pater. Spiritus autem sanctus non est vnius eorum spiritus sed amborum. Habes ipsum dominum dicentem. Non enim vos estis qui loquimini:sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Habes et apostolum. Misit de⁹ inquit spiritum filij sui in corda nostra.

Ephe. iiij Runquid duo sunt alius patris alius filij? Absit. Unum enim corpus ait cum significaret ecclesiā mox addidit/ et vnus spiritus. Et vide quomodo illic impleat trinitatem. Sicut vocati estis inquit in vna spe vocatiōis vestre Unus dominus. Hic vtiq; christum intelligi voluit. Restat vt etiam patrem nominet. Sequitur. Ergo vna fides: vnum baptisma: vnus deus et pater omniū: qui super omnes ⁊ per omnia et in omnibus nobis. Cum ergo sicut vn⁹ pater et vnus dominus: id est filius: ita sit ⁊ vnus spiritus: profecto amborum est: sicut ipse christus iesus dixit. Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et dicit apostol⁹. Missit de⁹ spiritum filij sui in corda nostra. Habes et alio
Rom. viij loco eūdem apostolum dicentem. Si autem spiritus eius qui suscitauit iesum a mortuis habitat i nobis. Hic vtiq; spiritum patris intelligi voluit: de quo tamen alio loco dicit. Quisquis autem spiritum christi nō habet: hic non est eius. Et multa alia sunt testimonia: quibus hoc euidenter ostenditur: et patris ⁊ filij ipsum esse spiritum: qui in trinitate dicitur spiritussanctus. Nec ob aliud existimo ipsum vocari proprie spiritum: cum etiam si de singulis interrogemur: nō possimus nisi patrem ⁊ filium spiritum dicere:
Joh. iiij. quoniam spiritus est deus: id est non corpus est deus sed spiritus. Quod ergo communiter vocantur et singuli hoc proprie vocari oportuit eum qui nō est vnus eorum sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus quod etiam de filio procedat spiritussanctus: cum filij quoq; ipse sit spirit⁹? Si enim nō ab eo procederet: non post resurrectionem se representans discipulis suis insufJoh. xx. flans diceret: accipite spiritumsanctum. Quid enim aliud significauit illa insufflatio: nisi quod procedat spiritussanctus et de ipso? Ad hoc pertinet etiam illud quod de mu-
Luce. viij liere que fluxum sanguinis patiebatur ait. Tetigit me aliquis: ego enim sensi de me virtutem exisse. Nam virtus nomine appellari etiam spiritūsanctum ⁊ eo loco clarum est: vbi angelus dicenti marie: quomodo fiet istud quoniā vi-
Luce. j. rum non cognosco: respōdit. Spiritussanctus superueniet in te: et virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ipe dominus
Lu. xxiiij promittēs eum discipulis ait. Vos sedete in ciuitate: quo-
Actuū. j. adusq; induamini virtute ex alto. Et iterū. Accipietis inquit virtutem spiritussancti superuenientem in vos: et eritis mihi testes. De hac virtute credendus est dicere euangelista. Virtus de illo exibat et sanabat omnes. Si ergo ⁊ de patre et de filio procedit spiritussanctus: cur filij⁹ dixit de patre procedit? Cur putas: nisi quēadmodum ad eum solet referre: et quod ipsius est de quo et ipse est? Unde il-
Joh. vij. lud est quod ait. Mea doctrina non est mea: sed ei⁹ qui misit me. Si igitur intelligat hic eius doctrina quam tamen dixit non suā sed patris: quantomagis illic intelligendus est et de ipso procedere spiritussanctus: vbi sic ait. De patre procedit: vt non diceret/de me non procedit? A quo autem habet filij⁹ vt sit deus: est enim de deo deus: ab illo habet vtiq; vt etiam de illo procedat spiritussanctus: ac per hoc spiritussanctus vt etiam de filio procedat sicut procedit de patre: ab ipo habet patre. Hic vtcūq; etiam illud intelligitur quantum a talib⁹ quales nos sumus intelligi potest: cur non dicatur natus esse sed potius procedere spiritussanctus: quoniam si et ipe filius diceretur: amboꝝ vtiq; filius diceretur: quod absurdissimū est. Filius quippe nullus est duorum: nisi patris et matris: amborum vtiq; filius diceretur. Absit autem vt inter deum patrem ⁊ deum filiū tale aliquid suspicemur: quia nec filius hominum simul et ex patre et ex matre procedit: sed cum in matre procedit: ex patre/non tunc procedit et ex matre et cum in hac luce procedit ex matre: non tūc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de patre procedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul de vtroq; procedit: cuius hoc filio pater dederit: vtquemadmodum de se: ita de illo quoq; procedat. Necq; enim possumus dicere qō non sit vita spiritus: cum vita sit pater: vita sit filius ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso dedit et filio habere vitam in semetipso: sic ei dedit vitam ꝓcedere de illo: sicut procedit et de seipso. Sequitur autem verba domini dicentis. ⌊Et que ventura sunt annūciabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annunciabit vobis. Omnia quecunq; habet pater mea sunt: propterea dixi quia de meo accipiet: et annunciabit vobis.⌋ Sed quia ista tam prolixa sunt: in alium sunt differenda sermonem.

Tractatus.c.

De eadem lectione.

CUm promitteret dominus venturum spiritum A
sanctum/docebit vos inquit omnem veritatem: vel qō in nonnullis codicibus legitur: deducet vos in omni veritate. Non enim loquetur a semetipso: sed quecūq; audiet loquetur. De quibus euangelicis verbis tam qō donauit dominus disputauimus: nūc ea que sequūtur attendite. ⌊Et que ventura sunt inquit annunciabit vobis.⌋ Necq enim hic quoniam planum est immorādum. Nihil enim habet questionis: cuius a nobis expositio flagitetur. Sed quod adiungit. ⌊Ille me clarificabit quia de meo accipiet et annūciabit vobis.⌋ Non negligenter est transeundum. Quod enim ait/ille me clarificabit potest intelligi quia diffundendo in cordibus credentium charitatem spiritualesq; faciēdo: declarauit eis quo modo filius patri esset equalis quem ꝑm carnem prius tantūmodo nouerant: ⁊ hominem sicut homines cogitabant. vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti/et timore depulso annūciauerunt hominibus christum: ac si fama eius diffusa est in toto orbe terrarum: vt sic diceret: ille me clarificabit: tanq; diceret: ille vobis auferet timorem/et dabit amorem: quo me ardentius predicantes gloria mea per totum mundum dabitis odorem: commendabitis bonorem. Quod enim facturi fuerāt in spiritusancto hoc eidem spiritum dixit esse facturū: quale est etiam illud. Non Matth. x.
enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Verbum quippe grecum quod est δοξαζι. Alius clarificabit: alius glorificabit: latini interpretes in sua quisq; translatione posuerunt: quoniam ipsa que grece dicitur δοξα: vnde dictum est verbum δοξαζι: et claritas interpretatur et gloria. Gloria nāq; fit quisq; clarus: et claritate gloriosus: ac per hoc quod vtroq; verbo significatur idipsum est. Sicut autem definierunt antiqui latine lingue clarissimi auctores. Gloria est frequens de Dñ
aliquo fama cum laude. Quecunq; est in hoc mundo facta de christo: non christo credenda est magnum aliquid contulisse sed mundo. Bonum enim laudare: non laudatos sed laudantibus prodest. Est autem etiam falsa gloria quando laudantes erroze fallūtur: siue in rebus siue in hominibus: siue in vtrisq;. Nam in rebus fallitur quando putant id bonum esse quod malum est. In hominib⁹ autem quando putant eum bonū esse qui malus est. In vtrisq; vtiq; quando et id quod est vitium virt⁹ putatur: et ipse ꝓpter hoc laudatur non habet quod putatur: siue sit bonus siue sit malus. Donare quippe res suas hilarionibus: vitiū est immane: non virtus. Et scitis de talib⁹ q̄ sit frequens fama cum laude: quia sicut scriptū est. Laudatur pecca- Pſal.
tor in desideriis anime sue: ⁊ qui iniqua gerit benedicitur. B
Hic laudatores non falluntur in hominibus sed in rebus: Malum est enim quod bonum esse creditur. Illi autem qui hoc malo largitionis vitiosi sunt: tales vtiq; sunt: quales eos hi ꝙ laudant non suspicantur esse sed cernunt. Postro si se quisq; iustum fingat et nō sit sed totum quicqd coram hominibus laudabiliter agere videtur: non agat propter deum/hoc est propter veram iusticiam: sed solum querat ⁊ diligat ab hominibus gloriam. Illi autem apud quos frequens est eius fama cum laude: non cum patent nisi propter deum laudabiliter viuere: non falluntur in reiecd fallūtur in homine. Quod enim bonum esse creduntur est bonum: sed quem bonum esse creduntur non est bonus. Quod si putetur (verbi gratia) bonum artium peritia magicarum et dū quisq; patriam liberasse eisdem quas omnino nesciit artib⁹ creditur: frequentem cum laude famam que gloria definita est apud homines ipsos consequat: erit in vtroq; qui laudāt: ⁊ in re scilicet/quia id quod malum est bonum putant: et in homine/ quia non est quod putant. Quapropter falsa est in his tribus generibus gloria. Cum aut de-

aliquo per deum et propter deum iusto: hoc est veraciter iusto causa iusticie/frequens est fama: cum laude vera quidem gloria est non tamen ea credendum est beatificari iustum sed laudantibus gratulandum est: quia recte laudicant: et diligunt iustum. Quantomagis ergo domin⁹ christus non sibi sed eis profuit gloria sua quibus profuit morte sua? Sed non est vera eius apud hereticos gloria: apud quos tamen frequētem famam videtur habere cum laude. Non est hec vera gloria qz in vtroq; fallūtur. Nam et bonum putant esse quod bonum non est: et christum putant esse quod christus non est. Unigenitum enim filium equalem non esse gignēti: non est bonum. Unigenitum dei filium hominem tantum esse non deum/nō est bonum. Veritatis carnem non esse veram carnem non est bonum. Horum trium que dixi. primum sentiūt arriani: secundum fotinitani: tertium manichei. Sed quia et eorum nihil est bonum: et christus nihil est eorum: in vtroq; falluntur: nec dant veram gloriam christo: cuius apud vos esse videatur cum laude frequens fama de christo. Et omnes prorsus hereti
ci quos commemorare nimis longum est: qui de christo non recte sentiunt: ideo errant/ quia et de bonis rebus ac malis non verum sentiunt. Pagani etiam quoniam sunt christi plurimi laudatores: et ipsi in vtroq; falluntur: qui non ſm veritatem dei sed potius ſm suam suspitionem dicunt eum fuisse hominem magnum. Christianos quippe velut imperitos vituperāt: christum autem velut magum laudant: ac si produnt quod amant. Christum vero non amant: quoniam quod non erat christus hoc amāt. Ideo in vtroq; fallūtur: quia et magum esse malum est: et magus non fuit christus quia bonus est. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum est qui Christum vituperant atq; blasphemant/quia de gloria eius loquuntur: qua est glorificatus in mundo: non enim glorificauit spiritussanctus vera gloria nisi in ecclesia sancta catholica. Alibi enī: id est vel apud hereticos: vel apud quosdam paganos/vera eius in terris gloria non potest esse: ⁊ vbi videtur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo eius gloria in ecclesia ca-
Pſ. cvij. tholica/sicut a prophetа cantatur. Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua. Quia itaq; post eius exaltationem venturus erat spiritussanctus et eū glorificaturus: hoc facer psalmus hoc ipse vingenitus promisit futurum quod videmus impletum. Quod autem ait. ⌊De meo accipiet et annūciabit vobis⌋ catholicis audite auribus: catholicis percipite mentibus. Non enim propterea sicut quidam heretici putauerūt minor est filio spiritussanctus: quasi filius accipiat a patre: ⁊ spiritussanct⁹ a filio: quibusdam graditus naturarum. Absit hoc credere. Absit hoc dicere: absit a christianis cordibus cogitare. Denicq; continuo soluit ipse questionem: et cur hoc dixerit explanauit. ⌊Omnia inquit quecunq; habet pater mea sūt: propterea dixi: qz de meo accipiet et annunciabit vobis.⌋ Quid vultis amplius? Ergo a patre accepit spiritussanctus/vnde accepit filius: quia in hac trinitate de patre natus est filius: de patre procedit spiritussanct⁹. Qui autem de nullo natus sit de nullo procedit pater solus est. Quomodo autem dixerit filius vnigenitus: omnia quecunq; ha-
Luc. xv. bet pater mea sunt: quia vtiq; non sic quemadmodum dictum est illi filio non vnigenito/ sed ex duobus maiori: tu mecum es semper: et omnia mea tua sunt: eo loco si dominus voluerit diligēti consideratione tractabitur vbi dicit patri vnigenitus: et mea omnia tua sunt: ⁊ tua mea sunt: vt hic iste sermo claudatur: quoniam que sequūtur aliud poscunt quo discernatur exordium.

Tractatus.cj.

CModicum et iam non videbitis me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me quia vado ad patrem? Dicebant ergo quid est hoc quod dicit: modicum nescimus quid loquitur. ⌊Cognouit autem Jesus: quia volebant eum interrogare et dixit eis: De hoc queritis inter vos quia dixi modicum et non videbitis me ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis/iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis: ⁊ in illo die me non rogabitis quicq;.

DEc domini verba vbi ait. ⌊Modicum ⁊ iam nō videbitis me: et iterum modicum et videbitis me: quia vado ad patrem:⌋ ita obscura erant discipulis anteq; id quod dicit impletum esset: vt querentes inter se quid esset quod diceret/ omnino se fateretur nescire. Sequitur enim euangelium. ⌊Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum et non videbitis me: et iterum modicum ⁊ videbitis me/quia vado ad patrē? Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.⌋ Hoc enim est quod eos mouebat: quia dixit modicum et non videbitis me. Nam in precedentibus quia non dixerat modicum: sed dixerat ad patrem vado/et iam non videbitis me: tanq; aperte illis visus est locutus: nec inter se de hoc aliquid quesierunt. Nunc ergo qō illis tunc obscurum fuit: ⁊ mox manifestum est: iam nobis vtiq; manifestatum est. Post paululum enim passus est et non viderunt eum: rursus post paululum resurrexit: et viderūt eum. Illud autem quod ait/et iam non videbitis me quia isto verbo id iam intelligi voluit quod eum vlterius non viderēt: ibi exposuimus quomodo accipiendum sit vbi dixit. De iu- ō. tracta.
sticia arguet mundum spiritussanctus: quia ad patrem vado/et iam non videbitis me: quia scilicet mortalem christum vlterius non viderūt. ⌊Cognouit autem ieſus⌋ sicut sequens euangelista dicit: ⌊quia volebant eum interrogare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos/quia dixi modicum et non videbitis me: et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis: quia plorabitis ⁊ flebitis vos mūdus autem gaudebit/vos autem contristabimini: sed tristicia vestra vertetur in gaudiū.⌋ Et hoc sic accipi potest: quia contristari sunt discipuli de morte domini: ⁊ confestim de resurrectione letati. Mundus autem quo nomine significati sunt inimici a quib⁹ christus occisus est: tunc vtiq; letati sunt occiso christo quando sunt discipuli cōtristati. Mundi quippe nomine malicia potest mundi huius intelligi: id est hominum mundi huius amicorum. Unde Jacob⁹ apostolus in epistola sua dicit. Quicunq; voluerit Jaco. iiij.
amicus esse huius seculi inimicus dei cōstituitur. Quib⁹ inimicitijs dei factum est: vt nec eius vnigenito parceretur. Deinde subiungit ⁊ dicit. ⌊Mulier cum† parturit: tri- †al. parit
sticiā habet: quia venit hora eius. Cum autem peperit puerum iam non meminit pressure propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis: iterū autem venio ad vos ⁊ gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrū nemo tollet a vobis.⌋ Nec ista similitudo ad intelligēdum videtur esse difficilis: quoniā comparatio eius in promptu est eodem ipo exponente cur dicta sit. Parturitio quippe tristicie: partus autem gaudio comparatur. Quod tūc magis esse consueuit: quando non puella sed puer nascitur. Quod vero ait. gaudium vestrum nemo tollet a vobis: quia gaudium ipsorum ipse est ieſus: significatum est quod ait apostolus. Christus resur- Roms. vj
gens a mortuis iam non moritur: et mors ei vltra non dominabitur. Hucusq; in isto exangelij capitulo vnde hodie disputauim⁹: velut facili intellectui omnia currerūt acrior

Universidad de

B necessario est in his que sequuntur intētio. Quid est enim
qđ ait.[Et ĩ illo die me nō rogabitis quicq̄?] Hoc verbū
quod est rogare:nō solum petere verūetiam interrogare si
gnificat. Et grecū euangeliū vnde hoc translatum est:tale
verbū quod vtrūq̄ possit intelligi: vt hec ambiguitas nec
inde soluat:quāq̄ et si solueret nō ideo nulla questio rema
neret. Dn̄m eteni xp̄m postq̄ resurrexit:et iterrogatū legi
Act.j. mus ꝛ rogatū. Nam interrogat⁹ est a discipulis ascensur⁹
in celū:quando presentaret:et quando regnum esset israel.
Act.vij. Cum vero iam esset in celo: rogatus est a stephano vt spm̄
hui⁹ acciperet. Et q̄s audeat vel cogitare vel dicere in ce
lo sedentē xp̄m rogandū non esse:et in terra manentē roga
tū fuisse. Rogandū non esse īmortalē:rogari debuisse mor
talem? Immo charissimi rogem⁹ eū vt nōdum questionis
hui⁹ ipse dissoluat:lucendo in cordib⁹ nostris ad videnda
que dicit. Puto em̄ qđ ait iterū autem videbo vos et gau
debit cor vestrū ꝛ gaudium vestrū nemo tollet a vobis:nō
ad illud tempus esse referendū quo resurrexit:eisq̄ suā car
nē cernēdā tāgēdāq̄ mōstrauit: sed potius ad illud vnde
iam dixerat:q̄ diligit me,diligetur a patre meo: et ego dili
Lu.xxiiij gam eū et manifestabo ip̄m illi. Iam quippe resurrexerat
Joh.xiiij iā se illis in carne mōstrauerat:iam sedebat ad dexterā pa
tris:quando dicebat idēipse apostolus iohānes cuius est
j.Joh.iij. hoc euangeliū in epistola sua. Dilectissimi nunc filij dei su
mus:et nondum apparuit qđ erimus. Scimus q̄ cum ap
paruerit similes ei erim⁹:quoniam videbim⁹ eū sicuti est.
Infra tra Ista visio nō vite hui⁹ est sed future: nō tēporalis sed eter
cta.cv. ne. Hec est autem vita eterna dicēte ip̄a vita:vt cognoscāt
te,inq̄t vnum verū deum et quem misisti iesum christū. De
j.Cor.xiij hac visione et cognitione dicit apostolus. Videm⁹ nunc p
speculū in enigmate:tūc autem facie ad faciem. Nunc scio
ex parte:tunc autem cognoscam sicut ꝛ cognit⁹ sum. Nūc
toti⁹ laboris sui fructum ecclesia parturit gemēdo:paritu
ra letādo. Nūc parturit desiderādo tūc paritura cernēdo
Nūc parturit orando:tūc paritura laudādo. Et ideo ma
sculum q̄m ad istum fructū contēplationis cūcta officia
referūtur actionis. Solus est em̄ liber quoniā ꝓpter se ap
petit et nō refert ad aliud. Huic seruit actio. Ad hūc enim
refert quicq̄d bene agit:quia propter hūc agit. ipse autem
nō ꝓpter aliud sed propter semetipsum tenetur ꝛ habetur
Ibi enī finis q̄ sufficit nobis. Etern⁹ igit erit. Neq̄ enim
nobis sufficit finis:nisi cui⁹ null⁹ est finis. Hoc ispiratum
Joh.xiiij erat philippo:quando dicebat. Dn̄e ostēde nobis patrem:
ꝛ sufficit nobis. In qua ostēsione se promisit ꝛ fili⁹ dicens.
C Non credis q̄ ego in patre:et pater in me est. De hoc itaq̄
qđ sufficit nobis rectissime audimus:gaudiū vestrum ne
mo tollet a vobis. De his etiam q̄ superi⁹ dicta sunt: meli⁹
existimo itelligi. Modicum ꝛ iam nō videbitis me:ꝛ iterū
modicū ꝛ videbitis me. Modicū est enim hoc totū spaciū
quo presens peruolat seculum. Unde dicit idēipse euange
j.Joh.ij. lista ĩ ep̄la sua. Nouissima hora est. Ideo nāq̄ addidit: q̄
vado ad patrem quod ad priorem sententiam referendum
est:vbi ait.modicū et iam nō videbitis me: nō ad posterio
rem vbi ait:et iterū modicū et videbitis me. Eundo quip
pe ad patrem facturus erat vt eū non viderent. Ac per hoc
non ideo dictū est:quia fuerat moriturus et donec resurge
ret ab eorū conspectibus recessurus:sed qđ esset iturus ad
patrem. Quod fecit postea quā resurrexit:ꝛ cū eis quadra
Act.j. ginta dies conuersatus ascendit in celū. Illis ergo ait.mo
dicum ꝛ iam nō videbitis me:qui eum corporaliter tūc vi
debant quādo iturus erat ad patrē:et eū deinceps morta
lem visuri nō erāt qualem cū ista loqueret videbāt. Quod
Matthei. vero addidit:ꝛ iter modicū et videbitis me: vniuerse pro
xxviij. misit eccl'ie sicut vniuerse ꝓmisit eccl'ie:ecce ego vobiscum
sum vsq̄ ad ꝯsummationē seculi. Non tardat domin⁹ pro
missum:modicū ꝛ videbimus eum: vbi iam nihil rogemus
nihil interrogem⁹:q̄ nihil desiderandum remanebit:nihil
querendū latebit. Hoc modicum longum nobis videt:q̄m
adhuc agit:cum finitum fuerit:tūc sentiemus q̄modicum
fuerit. Non ergo sit gaudiū nostrum quale habet mūdus:
de quo dictum est: mūdus autem gaudebit. Nec tamen in
hui⁹ desiderij parturitione sine gaudio tristes sumus: sed
Rom.xij. sicut ait apostol⁹:spe gaudētes:in tribulatione patientes:
quia ꝛ ip̄a parturiens cui cōparati sumus plus gaudet de
mox futura ꝓle q̄ tristis est de presenti labore. Sed huius
sermonis iste sit finis. Habēt em̄ questionē molestissimam
sequentia:nec breuitate artanda sunt vt possint cōmodius
si dominus voluerit explicari.

Tractatus.cij.

Amen amē dico vobis. Si quid petieritis pa
trem in nomine meo dabit vobis. vsq̄ modo non
petistis quicq̄ in nomie meo: petite ꝛ accipietis
vt gaudium vestrum sit plenum. Hec in prouer
bijs locutus sum vobis: venit hora cum iam nō
in prouerbijs loquar vobis:sed palam de patre
annūciabo vobis:illo die in noīe meo petetis. et
non dico vobis:q̄ ego rogabo patrem de vobis.
Ipse enim pater amat vos:quia vos me amastis.
Et credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre et
veni in mundum. Iterum relinquo mundum et
vado ad patrem.

Domini verba nunc ista tractanda sunt. [Amen B
amen dico vobis: si quid petieritis patrē in no
mine meo dabit vobis.] Iam dictum est in su
perioribus huius dominici sermonis partibus
propter eos qui nonnulla petunt a patre in christi nomine
nec accipiunt: non petitur in nomine saluatoris quicquid
petitur contra rationem salutis. Non enim solum littera
rum ac syllabarum sed quod sonus ipse significat: et quod
eo sono recte ac veraciter intelligitur hoc accipiendus est
dicere cum dicit: in nomine meo. Unde qui hoc sentit de
christo quod non est de vnico dei filio sentiendum: non pe
tit in eius nomine: etiam si non taceat litteris ac syllabis
christum:quoniam in eius nomie petit quem cogitat cum
petit. Qui vero quod est de illo sentiendum sentit: ipse in
eius nomine petit ꝛ accipit quod petit:si non contra suam
salutem sempiternam petit:accipit autem quādo debet ac
cipere. Quedam enim non negantur: sed vt congruo den
tur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod
ait:dabit vobis:vt ea beneficia significata sciātur his ver
bis:que ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiun
tur quippe omnes sancti pro seipsis:non autem pro omni
bus exaudiuntur vel pro amicis vel inimicis suis vel qui
buslibet alijs:quia non vtcūq̄ dictum est dabit/ sed dabit
vobis. [Usq̄ modo inquit non petistis quicq̄ in nomine
meo. Petite et accipietis:vt gaudiū vestrum sit plenum.]
Hoc quod dicit gaudium plenum profecto nō carnale sed
spirituale gaudium est: et quando tantum erit vt aliquid
ei iam non sit addendum: proculdubio tunc erit plenum.
Quicquid ergo petitur quod pertineat ad hoc gaudiū cō
sequendum:hoc est in nomine christi petēdum si diuinam
intelligimus gratiam:si vere beatā poscimus vitam:quic
quid autem aliud petitur nihil petitur:nō quia nulla om
nino res est:sed quia in tante rei comparatione quicquid aliud
cōcupiscitur:nihil est. Neq̄ enim prorsus nulla res est ho
mo de quo ait apostolus. Qui se putat aliquid esse:cum ni Gala.vi.
hil sit. In comparatione quippe spiritualis hominis qui
scit gratia dei se esse qđ est:quisquis vana p̄sumit nihil est.
Sic ergo etiam recte intelligi potest. Amen amen dico vo
bis:si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis vt
hoc quod ait.si quid:nō quodlibet ītelligatur:sed aliquid
quod in beate vite cōparatione nihil sit. Et quod sequitur
vsq̄ modo non petistis quicq̄ in nomine meo:duobus mo
dis intelligi potest:vel quia nō in nomine meo petistis: qđ
nomen nō sicut cognoscendū est cognouistis:vel non peti
stis quicq̄:quoniam in cōparatione rei quā petere debui
stis pro nihilo habendum est qđ petistis. Ut igitur in eius
nomine non nihil:sed gaudiū plenū petant:quoniam si ali
quid aliud petunt:idem aliq̄d nihil est:exhortatur dicens
petite et accipietis:vt gaudium vestrū plenū sit:id est hoc
in nomine meo petite/vt gaudium vestrum plenum sit/et
accipietis. Isto enim bono in petendo perseuerantes:san
ctos suos nequaq̄ misericordia diuina fraudauit. [Hec ĩ B
quit in ꝓuerbijs locutus sum vobis. Uenit hora cum iam
non in ꝓuerbijs loquar vobis:sed palam de patre meo an
nūciabo vobis.] Possem dicere hāc de q̄ loquit horā:futu
rā oportere scīm itelligi:vbi videbim⁹ palā qđ beat⁹ paul⁹
dicit:facie ad faciē:vt qđ ait:hec in ꝓuerbijs locutus sum
j.Cor.xiij vobis:hoc sit qđ ab eodem apostolo dictū est: videm⁹ nūc
per speculū in enigmate. Annūciabo autem vobis q̄ per fi
liū pater videbit:iuxta illud qđ alibi ait. Neq̄ patrem q̄s
cognoscet nisi fili⁹:ꝛ cui voluerit fili⁹ reuelare. Sꝫ istū sen
sum videt īpedire qđ sequit. [† Illo die in nomine meo pe
tetis.] In futuro em̄ seculo cū ꝑuenerim⁹ ad regnū vbi si
miles ei erim⁹ q̄m videbimus eū sicuti est:quid petituri su
mus quādo satiabit in nobis desideriū nostrū? Unde ꝛ in
alio psalmo legit. Saciabor: cū manifestabit glīa tua. Pe
titio nāq̄ alicui⁹ est indigētie:que ibi nulla erit vbi hec sa
cietas erit. Relinquitur itaq̄ q̄tum sapere valeo/vt itelli
gat iesus discipulos suos de carnalibus vel aialib⁹:se spi
rituales ꝓmisisse facturū:q̄uis nondum tales quales eri
mus quādo spirituale etiam corp⁹ habebimus:sed qualis
erat q̄ dicebat. Sapientiam loq̄mur inter ꝑfectos:et nō po
j.Cor.ij. tui vobis loq̄ quasi spiritalib⁹ sed quasi carnalib⁹. Et non
spiritū huius mūdi accepim⁹:sed spiritum q̄ ex deo est: vt
sciam⁹ q̄ a deo donata sunt nobis que ꝛ loquimur:nō in sa
pientie humane doctis verbis:sed docti spiritu spūalibus
spiritualia cōparantes. Animalis autē homo non ꝑcipit q̄
sunt spiritus dei. Non itaq̄ ꝑcipiēs que sunt spirit⁹ dei ho
mo animalis sic audit q̄cūq̄ audit de dei natura: vt aliud
q̄ corp⁹ cogitare non possit:quālibet amplissimū vel īmen
sum:quālibet lucidū ac speciosum corpus tamen: ideo pro
uerbia illi sunt quecūq̄ dicta sapiētie/de incorporea imu
tabiliq̄ substātia. Non qđ ea tanq̄ prouerbia deputat:sed
quia sic cogitat quomodo qui ꝓuerbia solent audire neq̄
intelligere. Cum vero spūalis ceperit omnia diiudicare:ip̄e
autē a nemine diiudicari:etiā si in hac vita adhuc velut p
speculū ex parte ꝑspicit:tamē nō vllo corporis sensu:nō vl
la imaginaria cogitatione que capit aut fingit qualiūcūq̄
similitudines corporū:sed mentis certissima intelligentia
deū intelligit non corpus esse sed spiritū. Ita palam de pa
tre annunciante filio vt eiusdem substātie conspiciat ꝛ ip̄e
qui annūciat:tūc in eius nomine petūt qui petunt: quādo
in sono eius nominis nō aliud q̄ res ip̄a est: que hoc noīe
vocat:intelligūt:nec animi vanitate vel infirmitate cōfin
gūt:tāq̄ in alio loco patrem in alio filiū ante patrē stātem
et ꝓ nobis rogātem:spacia sua quecq̄ ambor occupantib⁹
mobilib⁹:ꝛ verbū ad eū cui⁹ est verbū facere verba pro no
bis:iteruallo iterposito inter os loquentis ꝛ auriculas au
dientis:ꝛ alia talia que sibi animales:id est que carnales in
cordibus fabricant. Quicq̄d em̄ tale spūalib⁹ de deo cogi
tātib⁹ ex corpor ꝯsuetudine occurrit negādo atq̄ respuē
do tanq̄ iportunas muscas ab interiorib⁹ oculis abigunt
ꝛ sinceritati ei⁹ lucis acq̄escūt:qua teste ac iudice has ip̄as
imagines corpor suis iternis aspectibus irruentes falsas
omino esse conuincūt. Hi possunt vtcūq̄ cogitare dominum
nostrū iesum xp̄m inquantū homo est pro nobis interpella
Hebr.vij re patrem:inquātū aūt de⁹ est/nos exaudire cum patre:qđ
eū significasse arbitror vbi ait. [Et non dico vobis:q̄ ego
rogabo patrē de vobis.] Ad hoc q̄ppe intuēdū quomodo
nō rogat patrē fili⁹ sed simul exaudiūt rogantes pater ꝛ fi
li⁹ nō nisi spiritualib⁹ oculis mētis ascendit. [Ipse enim
pr̄ inquit amat vos q̄ vos me amastis.] Ideo amat ille q̄
j.Joh.iiij. nos amam⁹ an poti⁹ q̄ ille amat ideo nos amam⁹. Ex epi
stola sua euāgelista idēipse respondeat. Nos diligim⁹ in
quit:q̄ prior ip̄e dilexit nos. Hinc ergo factū est vt diliga
mus:q̄ dilecti sum⁹. Prorsus donū dei est diligere deum:
q̄ ip̄se vt diligeret dedit:q̄ non dilectus dilexit. Displicē
tes amati sum⁹:vt esset in nobis vnde placerem⁹. Non em̄
amarem⁹ filium nisi amarem⁹ et patrem. Amat nos pater
Rom.v. q̄ nos amam⁹ filium:cū a patre ꝛ filio acceperim⁹ vt et pa
trem ꝛ filiū amemus. Diffundit enī charitatem in cordib⁹
nostris amborū spiritus:per quem spiritū et patrem ama
mus ꝛ filiū/ꝛ quem spiritū amamus cū patre et filio. Amo
rem itaq̄ nostrum pium quo colim⁹ deū fecit deus:ꝛ vidit
q̄ bonum est. Ideo q̄ppe amauit ip̄se qđ fecit. Sed in no
bis non faceret qđ amaret:nisi anteq̄ id faceret nos ama
ret. [Et credidistis inq̄t q̄ a deo exiui. Exiui a patre:ꝛ ve
ni in mundū. Iterū relinquo mūdum:ꝛ vado ad patrem.]
Plane crediaim⁹. Neq̄ enī ꝓpterea debet incredibile vi
deri:q̄ sic ad mūdum veniēs exijt a patre vt non desereret
patrē:ꝛ sic vadit ad patrē relicto mūdo vt nō deserat mun
dū. Exijt enim a patre:q̄ de patre est. In mundū venit:q̄
mūdo suū corp⁹ ostendit qđ de virgine assumpsit. Reliq̄t
mundū corporali discessione:perrexit ad patrē hois ascen
sione:nec mundū deseruit presentie gubernatione.

Tractatus.ciij.

Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam lo
queris:et ꝓuerbiū nullum dicis. Nunc scim⁹ q̄
scis omnia:et non opus est tibi vt quis te iterro
get. In hoc credimus: q̄ a deo existi. Respondit
eis iesus. Modo creditis? Ecce venit hora et iā
venit vt dispergamini vnusquisq̄ in ꝓpria:ꝛ me
solū relinquatis:et tamē non sum solus:q̄ pater
mecum est. Hec locutus sum vobis vt in me pa
cem habeatis:in mūdo pressuram habebitis:sed
confidite:ego vici mundum.

Quales erant discipuli christi quādo cū eis ante B
passionem loq̄bat magna cū paruis:sed sic opor
tebat vt magna dicerent ꝛ paruis: q̄ nōdū acce
pto spūsancto quemadmodū eū post eius resur
ctionem vel ipso insufflante vel desup veniēte acceperunt
humana magis q̄ diuina sapiebāt:multis indicijs p totū
euangelium declarat. vnde et hoc est qđ in ista lectione di
xerit. Ait em̄ euāgelista. [Dicūt discipuli eius. Ecce nūc
palā loqueris:ꝛ prouerbiū nullū dicis. Nunc scim⁹ quia † †Al. scis.
nosti omnia:ꝛ nō op⁹ est tibi vt quis te interroget. In hoc
credim⁹:q̄ a deo existi.] Ipse domin⁹ pauloante dixerat. S.trac.cij.
Hec in prouerbijs locut⁹ sum vobis:venit hora cū iam nō
ī prouerbijs loquar vobis. Quomodo ergo isti dicūt ecce
nunc palam loqueris:ꝛ prouerbiū nullū dicis? Nunq̄d ho
ra iam venerat:qua nō iam in prouerbijs se promiserat lo
cuturum? Prorsus qđ nōdum illa hora venisset continua
tio verbor eius ostendit:que ita sese habet. Hec in prouer
bijs inq̄t locutus sum vobis:venit hora cū iam non in pro
uerbijs loquar vobis:sꝫ palā de patre meo annūciabo vo
bis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis:q̄
ego rogabo patrem de vobis. Ipse enī pater amat vos: q̄
vos me amastis et credidistis:q̄ a deo exiui. Exiui a p̄re
ꝛ veni in mūdum. Iterū relinquo mundum:et vado ad pa
trem. Cum per hec omnia verba adhuc illam ꝓmittat ho
rā qua non iam in prouerbijs loquit: sed palā de patre an
nūciauit eis:in qua hora dicit eos ī suo nomine petituros
nec se patrem de illis rogaturum: eo q̄ ip̄e pater amat eos
quia ipsi amauerūt xp̄m et crediderunt quod a patre exie
rit ꝛ venerit in mundū:iterū relicturus mūdum et iturus
ad patrem:cum ergo adhuc ꝓmittatur hora illa in qua si
ne ꝓuerbijs locuturus est: cur isti dicunt: ecce nūc palam
loqueris ꝛ prouerbium nullū dicis:nisi q̄ que scit ipse non
intelligentib⁹ esse prouerbia:illi vsq̄adeo nō intelligūt vt
nec saltem nō se intelligere intelligāt? Paruuli em̄ erāt:et
nondum spūaliter diiudicabant: que de rebus non ad cor
pus sed ad spiritū pertinentib⁹ audiebant. Denīq̄ de ipsa
eorū etate adhuc s̄m interiorem hominē parua et infirma
eos admonēs. [Respōdit eis iesus. Modo creditis. Ecce
venit hora/ꝛ iā venit:vt dispergamini vnusquisq̄ ī ꝓpria
et me solū relinquatis. Et non sum solus: quia pater mecū
est.] Pauloante dixerat:relinquo mūdū et vado ad p̄rem Trac.cij.
nunc dicit pater mecum est. Quis vadit ad eum q̄ cum illo ca.in fine.
est? Sed hoc ītelligēti est verbū:nō intelligēti ꝓuerbiū:sic
tn̄ quomō a paruulis nō intelligit ꝛ vtcūq̄ sugit:ꝛ eis etiā
si non prebet q̄ nōdū eū capiūt solidū cibum: lacteum non
denegat alimentum. Ex hoc alimento est qđ sciebant eum
nosse omnia: nec opus ei esse vt eum q̄s interroget. Quod
quidē cur dixerit:queri potest. Uidetur enim potius fuisse
dicendū:non opus est tibi vt quēq̄ interroges:nō vt q̄s te
interroget. Dixerunt q̄ppe:scimus q̄ nosti omnia: et vtiq̄
q̄ nouit omnia magis a nesciētibus interrogari solet vt in
terrogantes audiant qđ volūt ab eo qui nouit oīa:nō ipse

interroget:tanc̄ volens aliq̄d scire qui nouit oia. Quid si bi ergo vult q̄ ei quem sciebāt nosse omnia cum dicere debuisse videant:nō opus est tibi vt quēc̄ iterroges:dicēdū potius putauerūt:non opus est tibi vt quis te interroget? Quid q̄ vtrūc̄ legim⁹ factū:et interrogasse scz dñm ꝛ interrogatū fuisse? Sed hoc cito soluit:q̄ hoc nō ei sed illis poti⁹ opus erat quos interrogabat:vel a quib⁹ interrogabatur. Nec̄ em̄ aliquos ille iterrogabat vt ab eis aliquid disceret:sed eos potius vt doceret q̄ interrogabāt eum volentes ab eo aliq̄d discere. Illis ꝓfecto id opus erat vt scirent aliqua ab illo q̄ nouerat omnia. Mirū ergo,ppterea ei opus non erat vt cum quis interrogaret:q̄m nos quādo interrogamur ab eis qui volūt aliq̄d a nobis scire:ex ipsis iterrogationib⁹ eorū cognoscim⁹ q̄d velint discere. Opus est ergo nobis ab eis interrogari quos docere aliq̄d volumus:vt inquisitiones eox quibus respondendū est nouerimus. Illt aūt ne id quidem op⁹ erat qui oia nouerat:nec op⁹ habebat quod ab eo quisq̄ scire vellet per eius cognoscere interrogationē:q̄ prius q̄c̄ iterrogaret:interrogaturi nouerat volūtatē. Sed ideo se patiebat interrogari:vt vel eis q̄ tunc aderant vel qui hec siue dicta fuerant audituri: siue scripta lecturi quales essent a q̄b⁹ interrogabat ostenderet:eoq̄ modo nossem⁹ vel quib⁹ nō circūuenirek fraudi bus vel quib⁹ apud eū ꝓficeret accessib⁹. Ꝓreuidere aūt cogitationes hoim: ꝛ ideo non op⁹ habere vt eum quis interrogaret magnū deo nō erat:sed magnū pariter erat q̄ ei dicebant:in hoc credimus q̄a deo existi. Multo autem malus erat ad qđ itelligēdū eos volebat extēdi ꝛ crescere quod cum illi dixissent verū dixissent/a deo existi:ait ille pater mecū est:ne sic a patre filiū cogitarēt exisse vt putarent etiā recessisse. Deinde sermonē istū magnū prolixūc̄ concludens:⌊hec inquit locut⁹ sum vobis:vt in me pacem habeatis. In mūdo pressurā habebitis:sed confidite: ego vici mūdū.⌋ Illud initiū fuerat habitura ista pressura: de quo supertius vt eos ostenderet paruulos q̄b⁹ adhuc nō intelligentib⁹ ꝛ aliud ꝓ alto sentientib⁹ ꝓuerbia quodāmodo essent q̄ cū magna ꝛ diuina dixisset:ait. Modo creditis Ecce venit hora ꝛ iā venit:vt dispergamini vnusquisq̄ in ꝓpria. Ecce initiū pressure:sed non eo modo pseueraturc. Quod eni adiūrit et me solū relinquatis:nō vult eos tales esse in consequēti pressura:quā post eius a scensionē in mūdo fuerāt habituri vt relinquāt eū:sed vt in illo pacem habeāt pmanentes in eo. Non em̄ quādo cōprehensus est tantūmodo carne sua eius carnē:verūetiā mēte reliquerūt fidem. Ad hoc ptinet q̄d ait. Modo creditis. Ecce venit hora vt dispergamini in ꝓpria:ꝛ me solū relinquatis. Tanc̄ diceret. Tunc ita pturbabimini:vt etiā q̄d modo creditis relinquatis. Venerūt em̄ ad tātā desperationē ꝛ sue pristi ne fidei(vt ita dixerim)mortē c̄ta apparuit ī illo cleopha qui post eius resurrectionē cū illo se loqui nesciens:ꝛ quid Lu.xxiiij ei contigerit narrans. Nos inquit sperabamus q̄d ipse fuerat redemptur⁹ israel. Ecce quomodo eū reliquerāt: desperendo etiam ipsam fidem qua in eum credideràt. In ea vero pressura quā post eius glorificatiōem accepto spū sancto pertulerūt:nō eum reliquerunt:et c̄tuis fugerent de ciuitate in ciuitatē ab ipso non refugerūt: sed vt habentes pressuram in mūdo:in illo pacē tenerent:nō ab ipso refugerūt:sed ipm refugiū potius habuerunt. Dato quippe illis spūsancto factum est in eis q̄d nūc dictum est eis. Confidite:q̄ ego vici mundū. Considerunt et vicerūt. In quo nisi ī illo:? Nō enī vicisset ille mūdus si membra eius vinceret j.Cor.xv. mūdus. Unde ait apostolus. Gratias deo q̄ dat nobis victoriā:cōtinuoc̄ subiecit. Per dominū nostrū iesum xp̄m qui dixerat suis. Confidite: ego vici mundum.

Tractatus.cxiij.

Cap.xvij. ¶Hec locut⁹ est iesus:ꝛ subleuatis oculis in celum dixit. Pater venit hora:clarifica filium tuū vt ꝛ filius tuus clarificet te.

A ATte ista que nūc sumus adiuuante domino tractaturi:dixerat iesus. Hec locut⁹ sum vobis:vt in me pacem habeatis. Que non recentior paulo superius ab eo dicta: sed omnia debem⁹ accipere:siue quecūc̄ illis locut⁹ est ex quo eos cepit habere discipulos:siue certe ex quo post cens exorsus est hunc admirabilem,pli x̄ūc̄ sermonem. Talem q̄ppe cōmemorauit causam cur eis sit locut⁹:vt ad eum finem rectissime referātur vel omnia que locut⁹ est eis:vel ea maxime que dixit tam ꝓ eis moriturus:tanc̄ verba nouissima:postea q̄ de cōsulto sancto ille q̄ eū fuerat traditurus egressus est. Hanc ergo cōmēdauit causam sermonis sui vt in illo pacē haberēt ꝓpter quod totum agitur:q̄d christiani sumus. Hec etiam pax finem temporis nō habet:et omnis pie nostre inētionis actionisq̄ finis ipsa erit. Ꝓpter hāc sacramētis eī imbuimur:ꝓpter hanc mirabilib⁹ ei⁹ operib⁹ et sermonib⁹ erudimur ꝓpter hanc spirit⁹ eius pignus accepim⁹ ꝓpter hanc credim⁹ in eū et speram⁹:ꝛ eius amore quantū donat accēdimur. Hac pace in pressuris omnib⁹ consolamur:hac a pressuris omnib⁹ liberamur:ꝓpter hanc oēs tribulatiōem fortiter sustinem⁹:vt in hac feliciter sine vlla tribulatione regnem⁹. Merito ad eum clausit verba q̄ pax intelligētib⁹ discipulis erant ꝓuerbia:intellecturiores q̄b eis dedisset promissum spiritūsanctū: de quo superius ait. Hec locutus sum vobis:apud vos manens. Paraclit⁹ autem spūssanctus quē mittet pater in nomine meo:ille vos Jo.xiiij docebit oia:et suggeret vobis omnia q̄cūc̄ dixero vobis. et xvj. Hec nimirū futura fuerat illa hora: qua se ꝓmiserat nō ī ꝓuerbijs locuturū:sed palam de patre annunciaturū. Eadē quippe illius verba reuelante spūsancto:intelligentib⁹ iam nō erāt futura,puerbia. Nec̄ enim loquēte in eox cordibus spūsancto:taciturus erat vnigenit⁹ filius qui oīxit in ea hora palam se illis de patre annūciaturum:q̄b eis vtiq̄ iam intelligētib⁹ nō esset ꝓuerbiū. Sed hoc quoq̄ ipm quomodo simul loquant in suox spiritualium cordibus ꝛ dei filius ꝛ spūssanct⁹:immo ipsa trinitas que ineffabiliter operat:intelligentib⁹ est verbum: non intelligentib⁹ aūt ꝓuerbium. Cum ergo dixisset ꝓpter quid oīs sit locut⁹:vt in illo scilicet pacē haberēt:in mūdo habebitis pressurā:exortatus q̄c̄ fuisset vt confiderent q̄ ipse vicit mūdum eo qui erāt ad illos sermone finito. deinde ad patrem verba direxit:ꝛ orare iā cepit. Sic em̄ euāgelista sequit oēs. ⌊Hec locut⁹ est iesus:ꝛ subleuatis oculis in celū dixit Pater venit hora:clarifica filiū tuū.⌋ Poterat dūs noster vnigenit⁹ ꝛ coetern⁹ patri in forma serui:ꝛ ex forma serui si hoc op⁹ esset orare silētio. Sed ita se patri exhibere voluit precatorē. vt meminisset se esse doctorē. Proinde quā fecit orationē ꝓ nobis:notā fecit ꝛ nobis: q̄m tanti magistri nō solum ad ipos sermocinatio:sed etiā ꝓ ipsis ad patrē oratio disci pulorum esset edificatio:ꝛ si illorum qui hec dicta aderāt auditurī:ꝓfecto ꝛ nostra qui fueramus conscripta lecturi. Quapropter hoc q̄d ait:pater venit hora:clarifica filiū tuū:ostendit omne tempus:et quid quādo faceret vel fieri sineret ab illo esse dispositū qui tempoī subditus non est:q̄m que futura erāt per singula tpa in dei sapientia causas efficientes habēt:in qua nulla sūt tempora. Non ergo credatur hec hora fato vrgēte venisse:sed deo potius ordināte:nec ei sidera necessitas x̄pi connexuit passionē. Nihil em̄ vt sidera mori cogerēt syderum conditorem. Nō irasc̄ christum tempus vt moreret impegit:sed tempus christus quo moreret elegit: q̄ etiam tempus quo de virgine natus est cū patre constituit de quo sine tēpore natus est. Sm quā verā sanc̄ doctrinā etiā paulus apostolus. Cū autem venit inq̄t plenitudo tpis misit deus filium suum. Et deus ꝓ ꝓphetā. Tempore ait accepto exaudiui te:et in die salutis adiuui te. Et rursus apostol⁹. Ecce nūc temp⁹ acceptabile:ecce nunc dies salutis. Dicat ergo pater venit hora:ei patre disposuit omnes horas:tāc̄ dicens. Pater q̄d propter homies ꝛ apud homies ad me clarificandō simul cōstituim⁹ venit hora:clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificet te. Clarificatū a patre filiū nōnulli accipiūt in hoc q̄d ei non pepercit:sed ꝓ nobis omnib⁹ tradidit eū. Sed si passione clarificat⁹ dicit:c̄tomagis resurrectiōe? Nam in passione magis ei⁹ humilitas c̄ claritas cōmēdat:ipso attestante q̄ dicit. Humiliauit semetipsum: factus obediens vsq̄ ad mortē:mortē autem crucis. Deinde sequit:ꝛ de ea clarificatione tam dicit. Propter q̄ ꝛ deus illū exaltauit ꝛ donauit ei nomen q̄ est sup omne nomen: vt in nomine ihu omne genu flectat:celestiū terrestriū et infernorū:et oīs

lingua cōfiteatur q: dns iesus christus in gloria est dei patris. Hec est glorificatio domini nostri iesu xp̄i: que ab eis resurrectione sumpsit exordium. Humilitas ergo ei⁹ incipit in sermone apti ab eo loco vbi ait. Semetipsum exinanivit formā serui accipiens:ꝛ quenit vsq̄ ad mortē crucis Claritas vero eius incipit ab eo loco vbi ait. Ꝓpter q̄d et deus exaltauit eū:ꝛ peruenit q̄d in gloria est dei patris. Nam ꝛ ipm nomen si inspiciātur codices greci ex qua lingua epistole apostolice translate sunt in latinum q̄d hic legitur gloria ibi legitur Δοξα Unde verbū deriuatū est in greco vt diceret Δοξασων:quod interpres latinus ait clarificā:cū posset etiam glorifica dicere q̄d tantūdem valet. Et ideo posset etiam in apostoli epistola vbi est gloria claritas poni:q̄d si fieret/tantūdem valeret. Ut autē non recedat a verbox sonis:quēad modum a claritate clarificatio sic a glia glorificatio deriuat. Ut ergo mediator dei et hominū homo christus iesus resurrectiōe clarificaret vel glorificaret:prī humiliat⁹ est passione. Non em̄ a mortuis resurrexisset:si mortu⁹ nō fuisset. Humilitas claritat⁹ est me ritū:claritas humilitatis est premium:sed hoc factū est in forma serui. In forma vero dei semp fuit semper erat clara:immo non fuit quasi iam non sit: nec erit quasi nōdum sit. Sed sine initio:sine fine semp est claritas. Quod ergo ait:pater venit hora clarifica filiū tuum:sic intelligendum est tāq̄ dixerit. Venit hora seminande humilitatis:fructū nō differas claritatis. Sed quid sibi vult quod sequtur⌊vt filius tuus clarificet te.⌋ Nunquid etiā deus pater humilitatem pertulit carnis siue passionis: ex qua illum clarificari oporteret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius cuius claritas sempiterna:nec ex forma humana potuit videri minor:nec in diuina posset esse ampliox. Sz istā quēstionem in hūc sermonem nolo coartare: aut hinc eum facere longiorem.

Tractatus.cv.

¶Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: vt omne quod dedisti ei det eis vitam eternam:hec est autem vita eterna vt cognoscāt te solum verū deum: et quē misisti iesum christum. Ego te clarificaui sup terram:opus consummaui: quod dedisti mihi vt faciam:ꝛ nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui ꝓius q̄m mundus esset apud te.

A SOlificatū a patre filiū sm formam serui quam p̄ susceperat a mortuis et ad sua dexterā collocauit:res ipsa indicat ꝛ null⁹ ambigit x̄pianus. Sed q̄m nō tantū dixit: pater clarifica filiū tuū sed addidit etiā.⌊vt filius tuus clarificet te.⌋ merito queritur/quomodo patrem clarificauerit filī? cum sempiterna claritas p̄is nec diminuta fuerit i forma humana:nec augeri potuerit in sua pfectione diuina:sed in seipsa claritas p̄is nec minui nec augeri potest. Apud homines aūt proculdubio minor erat:quādo in iudea tātūmodo de⁹ notus erat. Rotundū a solis ortu vsq̄ ad occasum laudabāt pueri nomē dñi. Hoc autē q: per euāgeliū christi factū est vt per filiū pater innotesceret gentib⁹:profecto patrem clarificauit ꝛ filī?. Si autē tantūmodo mortu⁹ fuisset filī? nec resurrexisset:proculdubio nec a patre clarificat⁹ esset nec patrē clarificasset. Nunc aūt resurrectione clarificat⁹ a patre:resurrectiōis sue predicatione clarificat patrē. Hoc quippe apperit ordo ipse verbox. Clarifica inq̄t filium tuum:vt filius tu⁹ clarificet te. Tāc̄ diceret. Resuscita me vt inotescas toto orbi p me. Deinde magis magisq̄ pandens quo modo clarificet patrē filī?. ⌊sicut dedisti iquit ei potestatē omnis carnis:vt omne q̄d dedisti ei det eis vitā eternam.⌋ Omnē carnē dixit omnē hominē a parte totū significans: quā admodū rursus a parte superiore significat⁹ est homo totus:vbi ait apostolus. Omnis aia potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Quid em̄ dixit omnis aia: nisi ois homo? Et hoc aūt q̄d potestas christo a patre data est omnis caro nis:sm hoiem intelligēdum est. Nam sm deū oia p ipsum facta sunt:ꝛ in ipso cōdita sunt oia in celo et in terra/visibilia et inuisibilia. Sicut ergo dedisti ei potestatē (inq̄t) oīs carnis:ita te glorificet filī? tu?:id est notum te faciet omni carni quā dedisti ei. Sic enim dedisti:vt ome q̄d dedisti ei det eis vitā eternā.⌊Hec est aūt inq̄t vita eterna:vt cognoscant te solum verū deū:ꝛ quem misisti iesum xp̄m.⌋ Dedoxox est:vt te ꝛ quē misisti iesum xp̄m cognoscāt solū verū deū. Consequēter em̄ ꝛ spīritussanct⁹ intelligit:q: spīritus est p̄is ꝛ filij:tanc̄ charitas substantialis ꝛ consubstātialis amborū:quoniam nō duo dij pater et filius: nec tres dij pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus:sed ipa trinitas vnus solus verus de⁹. Hec idem tñ pater qui filī?: nec idem filius qui pater:nec idē spūssanct⁹ qui pater ꝛ filius: q̄m tres sunt pater ꝛ filī? ꝛ spūssanctus:sed ipa trinitas vn⁹ est deus. Si ergo eo modo te glorificat filī? sicut dedisti ei potestatē oīs carnis:et sicut dedisti vt omne q̄d dedisti ei det eis vitam eternā:ꝛ hec est vita eterna vt cognoscāt te. Sic te igit filī? glorificet: vt oīb⁹ quos dedisti ei te cognitum facit. Ꝓorro si cognitio dei est vita eterna:tātomagis viuere tēdim⁹ c̄tomagis in hac cognitiōe ꝓficim⁹. Non autē morietur in vita eterna. Tunc ergo dei cognitio pfecta erit:q̄n nulla mors erit. Sūma dei tūc clarificatio:q: summa gloria:que gece dicitur Δοξα. Unde dictum est Δοξασων: quod latini quidā interpretati sunt clarifica/quidā glorifica: a veterib⁹ autē gloria qua glorioſi homines dicunt:ita est diffinita. Gloria est frequēs de aliquo fama cū laude. Ut si homo laudat cum fame credit:quomō deus laudabit:quando ipse videbit? Ꝓpter quod scriptū est. Beati qui habitāt in domo tua:in secula seculoꝝ laudabūt te. Ibi erit dei sine fine laudatio: vbi erit dei plēa cognitio:ꝛ q: pleua cognitio ideo sūma clarificatio vel glorificatio. Sed p̄t? hic clarificat de⁹ oum annunciat? hominib⁹ innotescit:et p fidem credētiū predicat. Ꝓpter q̄d dicit.⌊Ego te clarificaui sup terram:opus consummaui q̄d dedisti mihi vt faciā.⌋ Non ait:iusisti:sed dedisti vbi cōmēdatur euidens gratia. Quid em̄ habet q̄d nō accepit etiā in vnigenito bumana natura? An nō accepit vt nihil mali sed bona faceret oīa:quando in vnitatem p̄sone suscepta est a verbo per q̄d facta sunt oīa? Sed quomodo ꝓsummauit opus quod accepit vt faciat:cū restet adhuc passionis experimētum:vbi martyrib⁹ suis maxime prebuit q̄d sequerent exēplū. Unde ait apostolus petrus. Christ⁹ passus est pro nobis relinquens nobis exēplū vt sequamur vestigia eius:nisi q: consummasse dicit q̄d se consummaturo esse certissime nouit. Sicut longe ante in ꝓphetia preteriti tēporis vsus est verbis quando post annos plurimos futuꝝ fuerat q̄d dicebat. Foderūt inquit manus meas et pedes meos/dinumeraueruntoia ossa mea. Non ait fodient et dinumerabunt. Et in hoc ipso euangelio:oia iquit:que audiui a patre meo nota feci vobis: q̄d⁹ ait postea:adhuc multa habeo vobis dicere:sz nō potestis portare modo. Qui em̄ certis ꝛ immutabilib⁹ causis omnia futura predestinauit:q̄d factur⁹ est fecit. Hā et ꝓphetā dictum de illo est. Qui fecit que futura sunt.

Scōm hoc etiam q̄d sequtur dicit. ⌊Et nūc clarifica me tu p̄ apud temetipm:claritate quā habui ꝓius q̄m mūd⁹ † esset apud te.⌋ Nam supra dixerat. Pater venit hora clarifica filium tuū:vt et filius tuus clarificet te. In quo verboꝝ ordine ostēderat p̄i⁹ a patre clarificandum filiū: vt p̄em clarificaret ꝛ filī?. Modo autē dixit:ego te clarificaui sup terrā:opus consummaui quod dedisti mihi vt faciā:ꝛ nūc clarifica me: tanc̄ prior ipse patrem clarificauerit:a quo deinde vt clarificet exposcit. Ergo intelligēdū est vtroq̄ verbo superius vsum sm id q̄d futurū erat:eoꝝ ordine q̄d futurū erat:clarifica filiū vt te clarificet filius: modo vero vsum fuisse verbo preteriti tpis:de re futura vbi ait. Ego te clarificaui super terrā:opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam. Deinde dicēdo:ꝛ nūc clarifica me tu pater apud temetipm quasi posterius esse clarificandus a patre quē prius ipse clarificauerat:qd ostendit nisi superius vbi ait/ego te clarificaui sup terrā:ita locutū se fuisse tāc̄ fecisset q̄d factur⁹ esset. hic aūt poposcisse vt pater faceret p q̄d illud filius facturus esset:id est vt p̄ clarificaret filium:p quam filij clarificationem etiam filius clarificaturus esset patrem. Deniq̄ si de re que futura erat ponamus etiam futuri temporis verbum:vbi pro tempore futuro posuit ipse

Coloſ.j.

B

j.Cor.xiiij

pū.lxxxiij

j. Pet.ij.

ꝛ.xvj.ca.ꝛ tracta.

lxxxvj.a.

ꝛ.xvj.b.et tracta.

xcvj.a.

C

†al. fieret

preteritū nulla sententie remanebit obscuritas: velut si diceret. Ego te clarificabo sup terrā: opus consummabo qđ dediſti mihi vt factā. Et nūc clarifica me tu pater apud te metipſum. Nempe ita planum est: sicut illud vbi ait: clarifica filiū tuū: vt filiꝰ tuus clarificet te: z ipsa est omnino sententia: nisi qz hic dictus est eiusdē clarificationis modus: ibi autē tacitus tāc illud ipsō exponeretur eis quos poterat permouere: quomodo pater filiū: et maxime quomodo pſem clarificaret z filius. Dicēdo em̄ clarificari a se pſem sup terram: se autem a patre apud eūdem patrem: modum profecto vtriuſc clarificationis ostendit. Ipse quippe patrē clarificauit super terrā eū gentibꝰ predicādo: pater vero ipm apud semetipsum ad suā dexterā collocando. Sed ideo postea de clarificando pſe vbi ait: ego te clarificaui: verbum preteriti temporis ponere maluit: vt mōstraret in predestinatione iam factum: z p iā facto habēdum qđ certissime fuerat futurū: id est vt a patre apud patrē glorificatus: patrem super terrā glorificaret z filius. Sed hāc pdestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit: qua eum clarificauit pater in eo quod adiūxit: [clarifica quam habui priuſc mūdus † esset apud te.] Ordo verborum est quam habui apud te priuſc mūdus esset. Ad hoc valet qđ ait: z nūc clarifica me: hoc est sicut tūc ita et nūc. Sicut tūc predestinatione: ita z nūc perfectione: fac in mundo quod apud te iam fuerat ante mūdum: fac in suo tēpore qđ ante omnia tempora statuisti. Hoc quidā sic intelligendum putarunt: tāc natura humana que suscepta est a verbo cōuertere in verbum: et homo mutaretur in deum: immo si dilligentius qđ opinati sunt cogitemus: homo periret in deo. Non enī ſc̄s ex ista mutatione hominis vel duplicari dei verbū dicturꝰ est vel augeri: vt aut duo sint quod vnū fuit aut amplꝰ sit quod minus fuit. Porro si natura humana in verbū mutata atc̄ conuersa verbū dei ꝯtum erat et qđ erat hoc erit vbi est homo si nō perit? Sed ad hāc opinionem quā veritati prorsus non video cōuenire: nihil nos vget: si filio dicente: z nūc clarifica me tu pr̄ apud temetipm claritate quam habui priuſc mundus esset apud te: intelligam̄ predestinationē claritatis humane que in illo est nature: ex mortali immortalis apud patrem future: et hoc iā predestinando factū fuisse antec̄ mundus esset: qđ in mundo etiā suo tempore fieret. Si enī de nobis dixit apostolus sicut elegit nos in ipso ante mūdi constitutionē: cur abhorrere putak a vero: si tunc pater caput nostrum glorificauit quādo nos in ipso vt membra eius essemus elegit? Sic em̄ nos electi quomodo ipse clarificatus: quia priuſc mūdus esset nec nos eram̄ nec ipe mediator dei z hoim̄ hō xp̄s iesus. Sed ille qui per ipsum inc̄tū verbū eius est etiam q futura sunt fecit: z vocat ea q nō sunt tāc sint: profecto ſm id qđ mediator dei z hominū homo est ante mundi constitutionem pro nobis deus pater glorificauit ipm: si tūc elegit etiā nos in ipso. Quid em̄ dicit apostolus? Scimus autem quoniam diligentibꝰ deum omnia cooperant in bonū his qui ſm propositū vocati sunt. Quos enim prescīuit et pdestinauit cōformes fieri imaginis filij ei⁹: vt sit pmogenitus in multis fratribus. Quos aūt predestinauit illos z vocauit: nisi forte ipm pdestinatū dicere formidabim⁹/ qz de nobis tantū vt efficiamur cōformes imaginis eius hoc dixisse videtur apostolꝰ. Quasi vero quiſc̄ regulam fidei fideliter intuens filium dei negaturus est predestinatum: qui eū negare hominē nō potest? Recte quippe dicitur nō predestinatꝰ ſm id qđ est verbū dei de⁹ apud deū: vt quid em̄ predestinaretur cum iam esset quod erat sine initio sine termino sempiternꝰ? Illud em̄ predestinatū erat qđ nōdū erat: vt sic suo tēpore fieret: quēadmodū ante omnia tēpora pdestinatū erat vt fieret. Quisquis igit dei filiū predestinatū negat: hūc eūdem filium hominis negat. Sed propter contēctiosos etiā hinc audiam⁹ apostolū in suaꝫ exordio litteraꝫ. Nam z in pma epistolarū eius q est ad romanos: z ipsi⁹ epistole pncipiū est vbi legitur. Paulꝰ seruus iesu christi vocatꝰ apostolus segregatꝰ in euāgeliū dei qđ ante promiserat p prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo q factꝰ est ei ex semine dauid ſm carnē: q predestinatꝰ est filius dei in virtute ſm spm̄ sanctificationis ex resurrectiōe mortuoꝝ. Scdm hāc ergo predestinationē etiā clarificatꝰ est autec̄ mūdꝰ esset: vt esset claritas eius ex resurrectione mortuoꝝ: apud patrē ad cuius dexterā sedet. Cum ergo videret illius pdestinate sue clarificationis vnisse iam tēpus: vt et nunc fieret in redditione qđ fuerat in predestinatione iam factum: ozauit dicens. Et nūc clarifica me tu pater apd temetipm claritate quā habui priuſc mūdus esset apud te. Tanc̄ dicerēt. Claritatē quā habui apud te: id est illā claritatē quā habui apud te in predestinatione tua: iā tēpus est vt apud te habeam etiam vitam in dextera tua. Sed qm̄ nos diu tenuit hui⁹ discussio questionis: alio que sequūtur sermone tractata sunt.

Tractatus.cvj.

¶ Manifestaui nomen tuum hominibus: quos dediſti mihi de mūdo. Tui erant et mihi eos dediſti z sermonem tuū seruauerunt. Nunc cognouerunt: quia omnia que dediſti mihi abs te sunt. Quia verba que dediſti mihi dedi eis: et ipſi acceperunt et cognouerunt vere qz a te exiui et crediderunt quia tu me miſiſti.

In his vbis dominꝰ sicut ipse donauerit sermone isto disputaturi sum⁹ que ita se habent. [Manifestaui nomen tuū hoibus: quos dediſti mihi de mūdo.] Quod si de his tantum dicit discipulis cum quib⁹ cenauit: z ad quos antec̄ ozare tuc̄perat tā multa locutus est: non pertinet hoc ad illam clarificationē siue vt alij interpretati sunt glorificationem: de qua superius loquebatur: que filius clarificat vel glorificat patrē. Quāta est eiū vel qualis gloria: duodecim vel vndecim potiꝰ innotuisse mortalibus? Si autem quod ait/ manifestaui nomen tuū hominib⁹ quos dediſti mihi de mūdo: ostis hic itelligi voluit etiam qui in eū fuerant crediturꝰ ad eī magnā que futura erat ex omnib⁹ gentibus ecclesiā pertinentib⁹ de qua in psalmo canit in ecclesia magna confitebor tibi: est plane ista clarificatio qua filiꝰ clarificat patrē cum eius nomen notū facit oib⁹ gentib⁹: z tā multis generationib⁹ hoim. Et tale est hoc qđ ait: manifestaui nomē tuū hominib⁹ quos dediſti mihi de mundo: quale illud qđ paulo ante dixerat: ego te clarificaui sup terrā: p tpe futuro z illic z hic pteritū ponens: sicut q̄ sciret pdestinatū esse vt id fieret: et ideo feciſse se dicēs qđ erat sine vlla dubitatione factur⁹. Sed de illis q̄bꝰ erant discipuli eius: non de oib⁹ q in illū fuerāt crediturꝰ eū dixisse qđ dixit/ manifestaui nomen tuū hominibus quos dediſti mihi de mundo: ex quo sequuntur credibilius esse demonstrant. Cū enim hoc dixisset adiunxit. [Tui erant: et mihi eos dediſti: et sermonem tuū seruauerunt. Nunc cognouerūt qz omnia q dediſti mihi abs te sunt verba q̄ dediſti mihi dedi eis: et ipſi acceperunt z cognouerunt vere: qz a te exiui z crediderūt et tu me miſiſti.] Quāc̄ et hec omnia de futuris omnibus fidelibus dici potuerūt specie perfecta cum adhuc essent futura: sed vt de his solis quos tunc habebat discipulis hoc loqui intelligatur: illud magis vrget quod paulo post ait: cum essem cū eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi custodiui et nemo ex his perijt nisi filius perditionis: vt scriptura adimpleatur: iudam ſignificans q̄ tradidit eum. Ex isto quippe duodenario numero apostolorꝫ perijt. Deinde subiungit. Nūc autē ad te venio: vnde manifestum est eum de corporali sua dixisse presentia: cum essem cū eis ego seruabā eos: veluti iā cum eis ea presentia nō esset. Eo modo em̄ significare voluit ascēsionem suam mox futurā: de qua dixit. Nunc aūt a te venio: iturus vtiq; ad dexterā patris vnde vēturꝰ est ad viuos z mortuos iudicandos: presentia itidē corporali ſm fidei regulā ſinc̄ doctrinā. Nam presentia spirituali cum eis erat vtiq; venturus post ascensionē suā: z cū tota ecclesia sua in hoc mundo vsq; in cōsummationē seculi. Non itaq; recte intelligitur de quib⁹ dixerit: cum essem cū eis ego seruabam illos: nisi hi quos in se credētes seruare iā ceperat presentia corporali: et quos relicturus fuerat absentia corporali: et quos relicturus fuerat absentia corporali: et cū patre seruaret presentia spūali: post vero adūgit z certos suos: vbi dicit. Non p his autē rogo tantū: sed z p his q crediturꝰ sunt p verbū eoꝝ in me. Vbi manifestꝰ est

quod non de omnibus ad eū pertinētib⁹ superius loquebatur. ab eo loco vbi ait: manifestaui nomen tuum hominib⁹ quos dediſti mihi: sed de his tantū q eum cū illa diceret audiebant. Vb ipso itaq; orationis eius exordio vbi subleuatis oculis in celū dixit: pater venit hora clarifica filium tuum vt filiꝰ tuus clarificet te: vsq; ad illud quod paulo post ait: et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quā habui priuſc mūdus esset apud te: omnes suos volebat intelligi: qb⁹ notū faciendo patrem clarificat eum. Cū enim dixisset vt filiꝰ tuus clarificet te: mox quēadmodū id fieret demonstrauit dicens. Sicut dediſti ei potestatē oīs carnis: vt omnes quod dediſti ei det eis vitam eternā. Hec est vita eterna: vt cognoscant te solum verū deum: et quem miſiſti iesum christum. Non enim potest cognitione hominum clarificari pater: niſi z ille cognoscatur per quem glorificatur: id est per quē populis inotescit. Hec est glorificatio patris que nō circa solos illos apostolos facta est: ſz circa omnes homines fit qb⁹ in suis mēbris caput est christꝰ. Nec enim de solis apostolis potest itelligi: sicut dediſti ei potestatem omnis carnis vt omne qđ dediſti ei det eis vitā eternā: sed vtiq; de omnib⁹ quib⁹ in eū credentib⁹ vita eterna datur. Jam nunc ergo videam⁹: quid de illis a quibus tūc audiebatur discipulis suis dicat. Manifestaui inquit nomen tuū hominib⁹ quos dediſti mihi. Nō ergo nouerāt dei nomē cū essent iudei? Et vbi est quod legit. Notꝰ in iudea de⁹: in israel magnū nomē eius? Ergo manifestaui nomen tuum hominibus istis quos dediſti mihi de mundo q me audiūt hec dicentē: nō illud nomē tuū quo vocaris de⁹: sed illud quo vocaris pater meus: qđ nomen manifestari ſm ipsius filij manifestatione nō posset. Nā qđ de⁹ dicit vniuerse creature: z oīb⁹ gentib⁹ antec̄ in christū crederēt/ nō omni modo esse potuit hoc nomen ignotum. Hec est enim vis vere diuinitatis: vt creature rationali iā rationi venienti nō omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis in quib⁹ natura nimiū deprauata est: vniuersum genus humanū deū mūdi hui⁹ fatet auctorē. In hoc ergo quod fecit hūc mūdū celo terraq; cōspicuū: z antec̄ imbuerentur i fide christi: not⁹ omnib⁹ gentib⁹ de⁹. In hoc aūt qđ non est in iniurijs suis et cū dijs falsis colendus: not⁹ in iudea de⁹. In hoc vero quod pater est hutus christi per quē tollit peccata mundi: hoc nomen ei⁹ prius occultū omnib⁹: nunc manifestauit eis quos dedit ei pater ipse de mundo. Sed quomodo manifestauit si nondū venit hora: de qua superius dixerat qđ veniret hora cū iam non in prouerbijs inquit loquar vobis: sed palā de patre meo annūciabo vobis. An vero annūciatio manifesta putabitur i prouerbijs? Cur ergo dictum est palā ānūciabo vobis: nisi qz i puerbijs nō est palam. Qđ aūt in prouerbijs occultatur sed verbis manifestatur: p oculdubio palā dicitur. Quō ergo manifestauit: qđ nondū palā dixit? Proinde sic intelligendum est pro tēpore futuro preteritū positū: quēadmodū illud: omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Quod nondū fecerat sed loquebatur quasi fecisset: qđ immobiliter esse prefixum sciebat vt faceret. Quid est aut€ [quos dediſti mihi de mūdo?] Dictū est enim de illis qđ non essent de mūdo: sed hoc illis regeneratio prestitit non generatio. Quid est etiam qđ sequitur: [tui erant z mihi eos dediſti:] An aliquando erant patris: quando non erant vniuersi filij eius: et habuit aliqñ pater aliquid sine filio? Absit. Verūtamen habuit aliquid aliquando deus filius: quod nondū habuit idēipe homo fieret. quia nondū erat homo factus ex matre: quādo tamen habebat vniuersa cū patre. Quapropter qđ dixit/ tui erāt: non inde se separauit de⁹ filiꝰ sine quo nihil vnq̄ pater habuit. Sed solet ei tribuere omne qđ pōt: a quo est ipse q pōt. A quo enim habet vt sit/ ab illo habet vt possit: z simul vtrū ea semper habuit: quia nunq̄ fuit et non potuit. Quo circa quicqđ potuit pater/ semper cum illo filius potuit: quoniā ille qui nūq̄ fuit et non potuit: nunq̄ sine patre fuit: nūq̄ sine illo pater fuit. Ac per hoc sicut pater eternꝰ omnipotēs: ita filiꝰ coeternꝰ omnipotens. Jd enim potius verbū e verbo interpretatur: ſi proprie volumus dicere qđ a grecis dicit παντα χρος: quod nostri non sic interpretarētur: vt ol potens dicerent: cū sit παντα κρατος omnitenēs: nisi tm dum valere sentirent. Quid ergo vnq̄ habere potuit eternꝰ omnitenens qđ non simul habuerit coeternus omnitenēs? Quod vtiq; ait: et mihi eos dediſti: hominē se accepisse hāc potestatem vt eos haberet ostendit: quoniam qui semp omnipotens fuit: non semp homo fuit. Quādoc̄ cum patri potius tribuisse videatur: vt ab illo eos acceperit: qm̄ ex ipso est quicqđ est de quo est: etiam ipe sibi eos dedit: hoc est cū patre deus christus homini christo: qđ cū patre non est homines dedit. Deniq; qui hoc loco dicit: tui erant z mihi eos dediſti: iam superius eisdem discipulis dixerat: ego vos ē mundo elegi. Cōteratur hic carnalis cogitatio atc̄ dispereat. De mundo sibi a patre dicit filius datos homines: quibus alio loco dicit. Ego vos de mūdo elegi. Quos deus filius de mundo elegit cū patre: id€ipse homo fiꝰ de mūdo eos accepit a patre. Non enim pater illos filio dedisset: nisi elegisset. Ac per hoc filius sicut non inde separauit patrem quando dixit: ego vos de mundo elegi: qm̄ simul eos elegit et pater: sic non inde separauit et se quando dixit: tui erant quia et ipsius filij pariter erant. Nūc aūt homo idem ipse filius accepit eos qui non erant ipsius: quia et formā serui accepit de⁹ id€: que nō erat ipsius. Sequitur ac dicit. [Et sermonem tuū seruauerunt. Nūc cognouerunt qz omnia q dediſti mihi abs te sunt: id est cognouerūt abs te sunt. Simul enim pater dedit omnia: cum genuit qui haberet oīa.] Quia verba (inquit) q̄ dediſti mihi dedi eis: z ipſi acceperunt: id est intellexerunt atq; tenuerunt. Tūc enim verbū accipitur: quando mēte percipitur. [Et cognouerunt (id€) vere quia a te exiui: z crediderunt quia tu me miſiſti:] z hic subaudiendū est vere. Quod enim dixit cognouerunt vere exponere voluit adiungendo: et crediderūt. Hoc itaq; crediderunt vere: qđ cognouerūt vere: id€ est enim a te exiui: qđ est tu me miſiſti. Cū ergo dixisset cognouerunt vere: ne q̄s putaret istā cognitionem tāc per speciem factam non per fidem exponendo addidit: z crediderunt: vt subaudiamus vere: et intelligam⁹ hoc dictum esse cognouerunt vere: qđ ē crediderunt vere. Non eo modo quem significauit paulo ante cū dixit. Modo creditis. Venit hora et iam venit: vt dispergamini vnusquisq; in propria: et me solum relinquatis. Sed crediderūt vere: id est quomodo credendum est ī: cōcusse: firme stabiliter: fortiter: nō iam in propria redituri et xp̄m relicturi. Adhuc ergo discipuli nō erant tales quales eos dicit verbis preteriti pōsis quasi iam nō essent: p: nuncias quales futuri essent: accepto scilicet spiritu sancto qui eos sicut promissum est doceret oīa: quē priuſc̄ acciperent: quomodo seruauerūt ei⁹ sermonē: quod de illis q̄si fecerint dixit: quando primus eoꝝ ter eum negauit: cū ex ore eius audisset qđ futurū esset homini qui eū coīa hominib⁹ negauisset? Dedit ergo eis verba sicut dixit: que dedit ei pater. Sed quādo illa nō foris in auribus sed intus in cordibus spiritualiter acceperunt: tunc vere acceperūt: z tūc vere cognouerunt: vere aūt cognouerunt: qz vere crediderūt. Ipſi autem filio quomodo pater ea verba dederit: quibus verbis homo poterit explicare. Facilloꝫ sane q̄stio videt: ſi ſm id qđ filius est hominis accepisse a patre illa verba creditur: quāc̄ natus ex virgine: quando et quomodo ea didicerit quis enarrabit: quādo etiā ipſam q̄ de virgine facta ē generationem eius quis enarrabit? Si vero ſm id qđ est ō patre genitus patriq; coeternus accepisse a patre ista ꝺba cogitatur: nihil ibi tēporis cogitetur quasi prius fuerit qui ea non habuerit atq; vt haberet q̄ non habebat acceperit: quoniam quicqđ de⁹ pater deo filio dedit gignendo dedit: ita enim dedit filio pater sine quibus filius esse non posset: sicut et dedit vt esset. Nam quomodo aliter verba daret alicui: in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam que sequūtur alio sunt expectanda sermone.

Tractatus.cvij.

¶ Ego pro eis rogo non p mundo rogo: sed pro his quos dediſti mihi qz tui sunt. Et mea omnia tua sunt z tua mea sunt: et clarificatus sum in eis et iā nō sū in mūdo: z hi in mundo sunt et ego ad te venio. Pater sc̄tē: serua eos in nomie tuo quos dediſti mihi vt sint vnū sicut et nos. Cū essem cū eis ego seruabā eos in nomine tuo. Quos dediſti

mihi ego custodiui et nemo ex eis perijt nisi filiꝰ perditionis vt scriptura impleatur. Nūc autē ad te venio:et hec loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

A

Cum de his quos tā discipulos habebat dominꝰ loqꝛet ad patrem inter alia etiā dixit hoc. ⌊Ego pro eis rogo:non pro mundo rogo:sed pro his qꝫs dediſti mihi.⌋ Mūdū vult modo intelligi qui viuunt ſm cōcupiſcentiam mundi:et non ſunt in ea ſorte gratie vt ab illo eligantur ex mundo. Non itaqꝫ pro mundo ſꝫ pro his quos ei pater dedit rogare ſe dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit factum eſt vt non pertineant ad eum mundū pro quo non rogat. Deinde ſubiūgit: ⌊quia tui ſunt.⌋ neqꝫ enim qꝛ pater eos filio dedit:amiſit ipſe quos dedit:cum adhuc filius ſequatur et dicat. ⌊Et mea omnia tua ſunt:ꝛ tua mea ſunt.⌋ Ubi ſatis apparet quomodo vnigeniti filij ſint oīa q̄ ſunt patris:per hoc vtiqꝫ qꝛ ēt ipſe deus eſt:et de patre patri eſt natus equalis:non quomodo dictū eſt vni ex duobꝰ filijs maioꝛi ſcilicet: tu mecū es ſemper et omnia mea tua ſunt. Illud enī dictū eſt de his oīnbꝰ creaturis que infra creaturam rationalē ſunt:que vtiqꝫ ſubdūtur eccleſie:in qua vniuerſa eccleſia et illi duo intelligunt filij maioꝛ et minoꝛ:cum omnibus angelis ſanctis quibus erimus equales in regno chriſti et dei. Hoc autē ꝙꝛa dictū eſt:ꝛ mea omnia tua ſunt:et tua mea:vt hic ſit etiā ipſa creatura rationalis:q̄ non niſi deo ſubdit vt et q̄ infra illā ſūt cūcta ſubdank. Hec ergo cū ſit dei patris:non ſimul eſſet et filij niſi patri eſſet eēqlis. De ipſa quippe ait cū diceret: non pro mundo rogo ſed pro his quos dediſti mihi: qꝛ tui ſunt ꝛ mea omnia tua ſunt ꝛ tua mea. Nec phas ē vt ſancti de quibus hec locutꝰ eſt cutuſqꝫ ſint:niſi eius a quo creati et ſanctificati ſunt. Ac per hoc et oīa q̄ ipſoꝝ ſunt:ne eſſe ē vt eius ſint cuius et ipſi ſunt. Ergo cū et patris et filij ſint: equales eos eſſe demonſtrat quoꝫ equaliter ſunt. Illud autem qō ait cū de ſpiritu ſancto loqueretur:oīa que habet pater mea ſunt:propterea dixi qꝛ de meo accipiet ꝛ annunciabit vobis. De his dixit q̄ ad ipſam patris pertinēt diuinitatē:in quibꝰ illi eſt equalis omnia que habet habendo. Neqꝫ enim ſpiritusſanctus de creatura que patri eſt ſubdita et filio fuerat accepturus quod ait:de meo accipiet/ ſed vtiqꝫ de patre de quo procedit ſpiritus:de quo eſt natus et filiꝰ. ⌊Et clarificatꝰ ſum(inquit)in eis.⌋ Nūc ſuam clarificatiōnē tāqꝫ facta ſit dicit cū adhuc eſſet futura. Supiꝰ autem a patre poſcebat vt fieret. Sed vtrū ipſa ſit clarificatio de qua dixerat:et nūc clarifica me tu pater apud temetipſm claritate quā habui priuſqꝫ mūdus eſſet apud te:vtiqꝫ reqrendū eſt. Si enī apud te:quomodo in eis. An cū hoc ipſuꝫ innoteſcit eis:ac per ipſos omnibꝰ q̄ credūt eis teſtibus ſuis: Poſſumꝰ plane intelligere ſic dixiſſe dominum de apoſtolis qō clarificatus ſit in eis. Dicēdo enim eſſe iam fctm: oſtendit iam fuiſſe predeſtinatum et certū haberi voluit qō eſſet futurum. ⌊Et iā(inquit)non ſum in mūdo:et hi in mūdo ſunt.⌋ Si horā priuſquā illā qua loqbat attēdas:vtiqꝫ adhuc in mundo erant:et ipſe ſcilicet ꝛ illi de quibꝰ hec dicebat. Non enim ſm ꝓuectū cordis et vite id accipere poſſumus vel debemus:vt illi adhuc eſſe propteres dicantur ī hoc mundo qō mundana adhuc ſapient:ille autem iam nō eſſe in mundo ſapiendo diuina. Poſitum eſt hic enim ✠bū vnum:qō nos ita intelligere omnino non ſinat:quia nō ait: et non ſum in mundo/ſed iam non ſum in mundo:per hoc oſtendens fuiſſe ſe in mūdo/iam non eſſe. Nunquid ego faſ eſt vt eum credamus aliquā do mundana ſapuiſſe:ꝛ ab hoc erroꝛe liberatū iam non illa ſapere: Quis tam impio ſenſu ſe induerit. Reſtat igitur vt ſm id quod ipſe etiam in mundo priuſ erat:in mundo ſe dixerit iam non eſſe:profecto preſentia corpoꝛi mundo ſcilicet abſentiam ſuam iam cito futuram:illoꝝ autem tardius per hoc oſtendens q̄ ſe iam nō hic eſſe:illos aūt hic eſſe dixit:cum et ipſe hic ꝛ illi adhuc eſſent. Sic enim eſt locutus homo congruens hominibus:vt nos loquendi ſeſe habet et humanus vſus. An nō quotidie dicimꝰ/iam non eſt:de aliquo quantotius abituro: Et maxime hoc de moꝛituris ſolet dici:q̄ꝫ ꝛ ipſe dominus tanqꝫ preuidens quid lecturos moueri poſſit adiecit:ꝛ ego ad te

B

venio:⌊ſic exponēs quod āmodo cur dixerit/iam nō ſum in mūdo. Cōmendat ergo eos patri quos corpoꝛali abſentia relicturus eſt dicens.⌋ Pater ſancte:ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi.⌋ Nēpe ſicut homo deū rogat pro diſcipulis ſuis quos accepit a deo. Sed attendeq̄ ſequatur. ⌊Ut ſint(inquit)vnū ſicut et nos.⌋ Non ait vt nobiſcū ſint vnū:aut minus vnū ipſi et nos:ſicut vnū ſumus nos:ſed ait vt ſint vnū ſicut et nos. Ipſi vtiqꝫ in natura ſua ſint vnum: ſicut et nos in noſtra vnum ſumus. Quod proculdubio verum non diceret:niſi ſm hoc diceret quod eiuſdem nature deꝰ eſt cui et pater:ſm qō alibi dixit:ego ꝛ pater vnū ſumꝰ non ſm id quod etiam homo eſt:nam ſm hoc/pater maior me eſt dixit. Sꝫ qñ vna eademqꝫ perſona eſt deus et homo intelligimus hominem in eo quod rogat intelligimus aliū deū in eo quod vnū ſunt et ipſe et ille quē rogat. Sed eſt ad huc in conſequentibus locus:vbi de hac re diligentius diputandum eſt. Hic autem ſequitur. ⌊Cum eſſem cum eis ego ſeruabam eos in nomine tuo.⌋ Me inquit veniente ad te ſerua eos in nomine tuo:in quo eos quando cum eis erā et ipſe ſeruabā. In nomine patris ſeruabat diſcipulos ſuos filius homo/cū eis humana preſentia conſtitutus. Sed etiam pater in nomine filij ſeruabat:quos in nomie filij petentes exaudiebat. His quippe idem filius dixerat. Amen amen dico vobis:ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Neqꝫ hoc tam carnaliter debemus accipere velut viciſſim nos ſeruēt pater ꝛ filius:amboꝝ in nobis cuſtodiendis alternante cuſtodia:quaſi ſuccedat alius quando diſceſſerit alius. Simul enim nos cuſtodiunt pater ꝛ filius et ſpiritus ſanctus:qꝛ vnus eſt verus beatus deus. Scriptura nos non leuat niſi deſcendat ad nos: ſicut verbū caro factum deſcendit vt leuaret:non cecidit vt iaceret. De deſcendentē cognouimꝰ:cum leuāte ſurgamus:ꝛ intelligamus cum ita loquiꝫ perſonas eū diſtinguere non ſeparare naturas. Quando ergo ſeruabat diſcipulos ſuos filiꝰ pōtia corpoꝛali:non expectabat pater ad cuſtodiēdū ſuccedere filio diſcedēte/ſed eos ambo ſeruabant poteꝛia ſpiritu ſancto:et quando ab eis abſtulit filius preſentiam corpoꝛalē tenuit cū patre cuſtodiam ſpiritualem/quis et cuſtodiendos quando filiꝰ homo accepit:cuſtodie paterne non eos abſtulit/et cū pater filio cuſtodiendos dedit/non dedit ſine ipſo cui dedit: ſed dedit homini filio nō ſine deo eodēq̄ ipſo vtiqꝫ filio. Sequtur ergo filius et dicit. ⌊Quos dediſti mihi cuſtodiui:ꝛ nemo ex his perijt/niſi filiꝰ pditionis/vt ſcriptura impleatur.⌋ Filius perditionis dictus eſt traditor ipſe perditioni predeſtinatus ſm ſcripturam que de illo in pſalmo centeſimo octauo maxime prophetatur. ⌊Nunc autē (inquid)ad te venio:et hec loquor in mūdo vt habeāt gaudium meū impletum in ſemetipſis.⌋ Ecce i mūdo ſe loqui dicit/qui paulo ante dixerat/iam non ſum in mundo. Sed cur dixerit ibi expoſuimꝰ:immo ipſum id expoſuiſſe docuimꝰ. Ergo et quia nondū abierat hic adhuc erat qꝛ moꝛ fuerat abiturus/hic quod āmodo iam non erat. Quod ſit autem hoc gaudium de quo ait/vt habeant gaudiuꝫ meum impletum in ſemetipſis/iam ſupius expreſſum eſt vbi ait: vt ſint vnum ſicut ꝛ nos. Hoc gaudium ſuum:id eſt a ſe in eos collatum in eis dicit implendum propter qō locutū ſe dixit in mundo. Hec eſt pax illa et beatitudo in futuro ſeculo/propter quam conſequendam temperanter et iuſte et pie viuendum eſt in hoc ſeculo.

Tractatus.cviij.

Ego dedi eis ſermonem tuum:ꝛ mundus eos odio habuit quia non ſunt de mundo ſicut et ego non ſum de mundo. Nō rogo vt tollas eos de mūdo:ſed vt ſerues eos a malo de mundo nō ſunt ſicut et ego non ſum de mundo:ſanctifica eos in veritate ſermo tuus veritas eſt: ſicut tu me miſiſti i mundum:et ego miſi eos in mundum et pro eis ego ſanctifico meipſum:vt ſint et ipſi ſanctificati in veritate.

Loquens adhuc dominus ad patrem ꝛ oranspro diſcipulis ſuis dicit.⌊Ego dedi eis ſermonē tuū et mundus eos odio habuit.⌋ Nondum id exprē

fuerant paſſiōibus ſuis q̄ illos poſtea ſunt ſecute. Sed more ſuo dicit iſta:verbis preteriti tēporis futura prenūciās. Deinde cām ſubijciens cur eos oderit mundus:⌊quia non ſunt(inquit)de mundo:ſicut et ego nō ſum de mūdo.⌋ Hoc eis regeneratione collatū eſt. Nam generatione de mundo erant:propter quod iā eis dixerat/ego vos de mundo elegi Donatum eſt ergo eis vt ſicut ipſe nec ipſi eſſent de mundo eos ipſo liberante de mundo. Ipſe autem de mūdo nunqꝫ fuit/qꝛ etiā ſm formā ſerui de ſpiritu ſancto ipſe natus eſt: de quo illi renati. Nam ſi propterea illi iam non de mundo quia renati ſunt de ſpiritu ſancto:ꝓpterea ille nunqꝫ de mūdo quia natus eſt de ſpiritu ſancto.⌊Non rogo(inquit)vt tollas eos de mundo:ſed vt ſerues eos a malo.⌋ Adhuc enī neceſſariū habebant q̄uis iā non eſſent de mundo: cē tamē in mundo. Repetit eandē ſententiam.⌊De mundo(inquit) non ſunt/ſicut et ego non ſum de mūdo: ſanctifica eos in veritate.⌋ Sic enim ſeruanꝫ ex malo/ quod ſuperiꝰ orauit vt fieret. Queri autem poteſt quomodo de mūdo iam nō erāt ſi ſanctificati in veritate nondū erant:aut ſi iam erant/cur poſcat vt ſint. An quia et in veritate ſanctificati in eadem proficiūt ſanctitate ſiuntqꝫ ſanctiores: Neqꝫ hoc ſine adiutorio gratie dei/ſed illo eoꝝ ſanctificante profectum q̄ ſanctificauit inceptum. Unde et apls dicit. Qui in vobis opꝰ bonum cepit perficiet vſqꝫ in diem chriſti teſu. Sanctificātur itaqꝫ in veritate heredes teſtamenti noui:cuius veritatis vmbre fuerunt ſanctificationes veteris teſtamenti/et cū ſanctificanꝫ in veritate: vtiqꝫ ſanctificantur in chriſto qui veraciter dixit. Ego ſum via veritas et vita. Itē quādo ait/veritas liberabit vos/paulopoſt exponens quid dixerit:ſi vos inqt filius liberauerit/tunc vere liberi eritis: vt oſtēderet hoc ſe prius dixiſſe veritatem qō poſtmodū filium. Quid ergo aliud et hoc loco dixit:ſanctifica eos in veritate/niſi ſanctifica eos in me. Deniqꝫ ſequit:ꝛ hoc aperti inſinuare nō deſinit.⌊Sermo(inqt)tu veritas eſt.⌋ Quid aliud dixit/q̄ ego veritas ſum. Grecū quippe euangelium logos habet/quod etiā ibi legitur vbi dictum eſt. In principio erat verbum/et verbum erat apud deū:et deus erat ✠bum. Et vtiqꝫ verbū ipſum nouimus vnigenitum dei filiū quod caro factum eſt ꝛ habitauit in nobis. Unde ꝛ hic potuit poni:et in quibuſdā codicibus poſitum eſt verbū tuū veritas eſt:ſicut in quibuſdā codicibus etiam ibi ſcriptuꝫ eſt:in principio erat ſermo. In greco autem ſine vlla varietate:ꝛ ibi et hic logos eſt. Sanctificati itaqꝫ pater in veritate:id in verbo ſuo in vnigenito ſuo ſuos heredes eiuſqꝫ coheredes. Sed nūc adhuc de apoſtolis loquitur. Nam ſecutus adiungit.⌊Sicut me miſiſti in mūdum:et ego miſi eos in mūdū.⌋ Quos miſit niſi apoſtolos ſuos: Nam et ipſum nomen apoſtoloꝝ quoniam grecū eſt:nihil niſi miſſus ſignificat in latino. Miſit q̄ deus filium ſuū nō in carne peccati ſed in ſimilitudine carnis peccati. Et miſit filiꝰ ei eos q̄ſ natos in carne peccati/ſanctificauit a labe peccati. Sed quoniam per hoc quod mediator dei et hominū homo chriſtus ieſus factus eſt caput eccleſie / illi ſunt membra eius: ideo ait quod ſequitur:⌊ꝛ ego pro eis ſanctifico meipſuꝫ.⌋ Quid eſt enim ꝛ pro eis ego ſanctifico meipſum:niſi eos in meipſo ſanctifica cum et ipſi ſint ego: Quoniam de quibꝰ hoc ait vt dixi membra ſunt eius/vnus eſt chriſtus caput et corpus docente apoſtolo atqꝫ dicēte de ſemine abrae. Si autem vos chriſti/ergo ſemen abrae eſtis. Cum dixiſſet ſuperius/non dicit et ſeminibus tanqꝫ in multis:ſed tanqꝫ in vno et ſemini tuo quod eſt chriſtus. Si ergo ſemen abrae ē eſt chriſtus:quid aliud dictum eſt quibus dictum eſt: ergo ſemē abrae eſtis/niſi ergo chriſti eſtis: Inde eſt qō alioloco idem ipſe apoſtolus ait. Nunc gaudeo in paſſionib⁹ pro vobis:ꝛ adimpleo ea que deſunt preſſurarum chriſti in carne mea. Non dixit preſſurarum mearum ſed chriſti qꝛ mēbrum erat chriſti:ꝛ in perſecutionibus ſuis quales chriſtū in ſuo toto corpoꝛe pati oportebat:etiam ipſe preſſuras eiꝰ pro ſua portione adimplebat. Quod vt etiā hoc loco certū ſit:attende ſequētia. Cū enim dixiſſet/et pro eis ego ſanctifico meipſum:vt intelligeremus hoc eum dixiſſe quod eos ſanctificaret in ſe:ipſe mox addidit:⌊vt ſint et ipſi ſanctificati in veritate.⌋ Quod quid eſt aliud q̄ in me: ſm id qō veritas eſt verbū illud in principio deus:in quo et ipſe filius

hominis ſanctificatus eſt ab initio creationis ſue:quando verbum factum eſt caro:qꝛ vna perſona facta eſt verbum ꝛ homo/tūc ergo ſanctificauit ſe in ſe:hoc eſt ſe hominem in ſe ✠bo. Sed quia vnus eſt chriſtꝰ ✠bū et homo ſanctificās hominem in verbo:propter ſua vero membra:ꝛ pro eis inqt ego:id eſt quod proſit etiam ipſis qꝛ ꝛ ipſi ſunt ego:ſicut profuit mihi in me quia homo ſum ſine ipſis. Et ego ſanctifico meipſum:hoc eſt ipſos in me:tanqꝫ meipſum ſanctifico ego quoniam in me etiam ipſi ſunt ego:vt ſint ipſi ſanctificati ī veritate. Quid eſt ꝛ ipſi/niſi quēadmodum ego in veritate quod ipſe ſum ego: Deinde iam non ſolum de apoſtolis:ſed etiam de ſuis ceteris membris incipit dicere:quod donante ipſo alio ſermone tractandum eſt.

Tractatus.cix.

Non pro his rogo tantū ſed ꝛ pro eis qui credituri ſunt per verbum eoꝝ in me.

A

Dominus ieſus iam ſua propinquitate paſſiōe cū ozaſſet ꝓ diſcipulis ſuis quos et apoſtolos nominauit/cum quibꝰ cenauerat vltimā cenā: de qua traditoꝛeꝫ per buccellā manifeſtatus exierat/et cum quibus poſt eius egreſſum anteqꝫ pro eis ozaret/multa iam fuerat locutꝰ:adiungit et ceteros qui in eum fuerāt crediturī/et ait ad patrē.⌊Non pro his autem rogo tātū:⌋ id eſt pro diſcipulis q̄ cū illo tūc erant:⌊ſed et pro eis(inqt) qui credituri ſunt per verbum eoꝝ in me.⌋ Ubi oēs nō intelligi voluit:nō ſolum qui tunc erant in carne:ſed etiam qui futuri erant. Quot quot enim poſtea crediderunt in eū per verbum apoſtoloꝝ ſine dubio crediderunt:ꝛ donec veniat crediturī ſunt. Ipſis enim dixerat. Et vos teſtimoniū perhibebitis:quia ab initio mecum eſtis. Et per eos euangelium miniſtratum eſt ꝛ anteqꝫ ſcriberetur. Et vtiqꝫ q̄ſqs in chriſtum credit/euangelio credit. Non itaqꝫ intātum intelligendi ſunt quos ait credituros in ſe per verbum eoꝝ qui ipſos in carne viuerent apoſtolos audierꝰt. Sed et poſt obitum eorum ꝛ nos longe poſt nati per verbum eoꝝ credimus in chriſtum:quoniam ipſi qui cum illo tunc fuerant quod ab illo audierunt ceteris predicauerunt atqꝫ ita verbum eoꝝ vt etiam nos crederemus ad nos vſqꝫ peruenit vbicūqꝫ eſt eius eccleſia/et peruenturum eſt ad poſteros q̄ cūqꝫ vbicūqꝫ in eum crediturī ſunt poſtea. Poteſt itaqꝫ videri ieſus in hac oratione non oraſſe pro quibuſdam ſuis: niſi diligenter ſcrutemur in eadem oratione verba eiꝰ. Si enim pro eis prius orauit ſicut iam oſtendimus qui cum illo tunc erant:poſtea vero etiam pro eis qui per verbum eorum in illum fuerant crediturī/poteſt dici non oraſſe pro illis q̄ neqꝫ tūc erāt cū illo qñ iſta dicebat: neqꝫ ꝓ verbum eorum poſtea/ſed in eum ſiue per ipſoꝝ ſiue quomodolibet:tamen ante crediderant. Nunquid enim cū illo tunc erat nathanahel: Nunquid toſeph ille ab arimathia qui corpꝰ eiꝰ a pilato petiꝰt:quē iam diſcipulum eius fuiſſe ille ipſe ioannes euangeliſta teſtatur. Nunquid maria mater eiuſ alie femine:quas eius diſcipulas in euangelio iam tūc fuiſſe dicimus: Nunquid cum illo tunc erant de quibus ſepe dicit idem in euangeliſta:multi crediderunt in eum: Nā unde erat multitudo illa eoꝝ qui cum ramis partim precedebant:partim ſequebantur inſidentem tumento dicētes: benedictus qui venit in nomine domini:et cum eis pueri ō quibus ipſe ait fuiſſe predictum:ex oze infantium et lactantium perfeciſti laudem: Unde quingenti fratres quibus ſimul poſt reſurrectionem non apparuiſſet/niſi in eū ante crediditent: Unde illi centum et nouem qui cum iſtis vndecim centum et viginti erant:quando ſimul congregati poſt eiꝰ aſcenſum expectauerunt ꝛ acceperunt promiſſum ſpiritum ſanctum. Unde erant iſti omnes:niſi ex illis de quibus dictum eſt:multi crediderunt in eum: Non ergo pro eis tūc ſaluatoꝛ orauit:quoniam pro eis orauit qui cū illo tūc erāt et pro aliis qui per verbū eoꝝ in eum non iam crediderant ſed fuerant crediturī. Iſti autē nec cū illo tunc erant: er in eū tam ante crediderant. Omitto dicere de ſymeōe ſene qui infantulū credidit:de anna prophetiſſa/de zacharia et elizabet qui eum prophetauerūt anteqꝫ de virgine naſceretur/de filio eorum ioanne precurſoꝛe eius amico ſponſi. quieū et in ſpiritu ſancto agnouit ꝛ abſentem predicauit:ꝛ

B

Universidad de Sevilla Biblioteca

aliis agnoscendum cū presens esset ostendit. Hos omitto quoniam respōderi potest orandū pro talibus mortuis nō fuisse: cū magnis suis meritis hinc abierāt: et recepti dicebāt. Hoc enim et de antiquis iustis similiter respondeā. Quis enim eorū a dānatione totius masse perditionis quae per vnū hominem facta est saluus esse potuisset/ nisi in vnū mediatorem dei et hominū in carne venturum reuelāte spiritu sancto credidisset? Sed nunqd ei pro apostolis orādū fuit: et pro tam multis qui in hac vita adhuc erant nec cum illo tunc erant: et ante tam crediderant orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur qō nondum in eum sic crediderant quō in se credi volebat: quando quidē
Mat.xvj. et ipse petrus cui consentiens et dicenti: tu es christus filius dei viui: tam magnum testimonium perhibuerat/ magis eū mori nolebat quam mortuum resurrecturum esse credebat vnde mox ab eo appellatus ē sathanas. Fideliores itaq; reperiuntur qui defuncti iam fuerant et resurrecturum xpm reuelante spiritu non vtiq; dubitabant/ qm illi qui cū crediderunt ipsum redempturum israel visa eius morte spem totam quam de illo habuerant perdiderūt. Nihil itaq; melius credimus qm post eius resurrectionem impartito spiritu sancto edoctis et cōfirmatis apostolis eisq; in ecclesia primitus doctoribus cōstitutis/per eorū verbū sic alios credidisse quē admodum in christū credi oportebat: id est vt fidem resurrectionis eius tenerent: ac per hoc illos omnes qui tam in eum credidisse videbantur ad eorū numerum pertinuisse pro quibus orabat dicens. Non pro his aūt rogo tantum/
C sed et pro his qui crediturī sunt per verbū eorum in me. Sed restat nobis ad istam questionem adhuc soluēdam beatus
Lu.xxiij. apostolus paulus: et latro ille crudelis in scelere/ fidelis in cruce. Paulus quippe apostolus non ab hominib⁹ neq; per hominem: sed per iesum christū se dicit factum apostolum: et de ipso suo euangelio loquens ait. Neq; enī ego ab homi-
Gal.j. ne accepi illud neq; didici: sed per reuelationē iesu christi. Quomodo igitur erat in eis de quibus dictū est: crediturī sunt per verbum eorū in me? Latro vero ille tunc credidit: quādo in eis doctoribus fides qua fuerat qualiscūq; defecit. Nec ipse itaq; per eorū verbū credidit in christū iesum: et tamen sic credidit: vt quem viderat crucifixū: confiteret non solum resurrecturū verūetiam regnaturum dicendo. Memento mei cū veneris in regnū tuū. Proinde relinquitur: vt si dominus iesus hac oratione pro suis omnib⁹ qui cūq; in hac vita que tentatio est super terram: vel tūc erant vel futuri erant: orasse credēdus est: sic intelligamus quod dictum est per verbū eorū vt ipsum verbū eorū verbū fidei quod predicauerūt in mundo hoc significatū esse credam⁹ Dictum aūt esse verbū eorū quoniam ab ipsis est primitus ac precipue predicatum. Jam enī ab ipsis predicabatur in terra: quando per reuelationem iesu christi ipsum verbum eorū paulus accepit. Unde et contulit cū eis euangelium/
Gal.ij. ne forte in vacū cucurrisset aut curreret / et dextras ei dederunt/ qz in illo cuius non per eos illi datū: tamen verbū suū quod iam predicabant et in quo fundati fuerant inuenerunt. De quo verbo resurrectionis christi idē dicit apo-
j.Cor.xv. stolus. Siue ego siue illi: sic predicauim⁹/ et sic credidistis.
Rom.x. Et iterū. Hoc est inquit verbum fidei qō predicamus: qz si confessus fueris in ore tuo qz dns est iesus: et credideris in corde tuo qz deus illū suscitauit a mortuis: salu⁹eris. Et in
Act.xiij. actib⁹ apostolorū hoc legitur/ quod in christo deus diffinierit fidem omnib⁹/ suscitans eū a mortuis. Hoc verbū fidei qui principaliter ac primit⁹ per apostolos qui ei cohesērāt predicatum est: ideo verbū eorū dictū est. Neq; enim pro-
j.Thes.ij. pterea non est verbū dei qz dictū est verbū eorū / cum dicet idem apostolus: thessalonicenses excepisse a se non est verbum hominum: sed sicut est inquit vere verbū dei. Ideo ergo dei: qz deus id donauit. Eorū verbū vero dictū est: quia hoc predicandum illis deus primit⁹ ac precipue cōmendauit. Ac per hoc etiam ille latro in sua fide verbū eorū habebat quod eorū propterea dictū erat / quoniam predicandū ad eorū officium primitus ac precipue pertinebat. Denicq; cum murmur factū esset de ministerio mensarum a viduis grecorum anteq; paulus credidisset in christum: respondeerunt apostoli qui domino ante cohesērant. Non est bonum
Act.vj. nos relinquere verbū dei: et ministrare mensis. Tunc ordinandos diaconos prouiderunt ne ipsi a predicandi verbi auocarentur officio: vnde merito dictum est verbum eorum quod est verbum fidei: per quod omnes in christum vndecq; id audierint crediderunt/ vel audituri et crediturī sunt. Ergo illa oratione pro omnibus quos redemit: siue tūc in carne viuētes siue postea futuros redemptor noster orauit cum rogans pro apostolis qui cum illo tunc erant: adiunxit etiam illos qui per eorum verbum in eum fuerant crediturī. Quid aūt adiūctis illis deinde dicat: alia est disputatione tractandum.

Tractatus.cx.

¶Ut omnes vnuz sint sicut tu pater in me et ego in te vt et ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus qz tu me misisti. Et ego claritatē quā tu dedisti mihi dedi eis: vt sint vnū sicut et nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me vt sint consummati in vnum: et cognoscat mundus qz tu me misisti et dilexisti eos sicut et me dilexisti.

Cum domin⁹ iesus orasset p discipulis suis quos tūc secum habebat atq; adiunxisset suos alios dicens. Non pro his aūt rogo tantum: sed et pro eis qui crediturī sunt per verbum eorum in me: velut quereremus/ quid vel quare pro illis rogaret/ cōtinuo subintulit dicens. ¶Ut omnes vnum sint: sicut tu pater in me et ego in te: vt et ipsi in nobis vnum sint. ¶ Et superius cū adhuc p solis discipulis quos secū habebat oraret: pater sancte inq̄t serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut et nos. Hoc ergo nūc etiam et pro nobis rogauit quod tūc pro illis: vt omnes/ hoc est et nos et illi vnū simus. Ubi diligēter aduertēdum est nō dixisse dominū vt omnes vnum simus: sed vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me ego in te: subintelligitur vnum sumus. Quod apertius ostenditur postea: qz et prius dixerat de discipulis qui cū illo erāt vt sint vnum sicut et nos. Quāobrem ita est pater in filio et filius in patre: vt vnū sint qz vnius substantie sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus / vnū tamen eius esse nos possumus: qz vnius substantie nos et ipsi non sumus: unquātum filius cū patre deus est. Nam inquantū homo est: eiusdem substantie est cuius et nos sumus. Sed nūc illud potius voluit cōmendare quod alio loco sit: ego et pater vnū sum⁹ Ubi eandem patris et suam significauit esse naturam. Accepto hoc et cū in nobis sunt pater et filius vel etiam spiritus sanct⁹ non debem⁹ eos putare nature vni⁹ esse nobiscū. Sic itaq; sunt in nobis vel nos in illis: vt illi vnū sint in natura sua: nos vnū in nostra. Sunt quippe ipsi in nobis/ tanq̄ deus in templo suo. Sumus aūt nos in illis tanq̄ creatura in creatore suo. Deinde cū dixisset / vt et ipsi in nobis vnū sint adiunxit. ¶Ut mūdus credat: qz tu me misisti. Quid est hoc? Nunquid nam tūc creditur⁹ est mūdus quando in patre et filio vnū omnes erimus? Nonne ista est pax illa perpetua et potius fidei merces qm fides? Unū enim erimus: non vt credamus: sed qz credidimus. Sed et si in hac vita propter ipsam pmunem fidem/ omnes qui vnum creditimus vnū sumus iuxta illud apostoli / omnes enī vos vnū estis in christo iesu: etiam si non credamus: sed qz credidimus vnū simus. Quid est ergo omnes vnū sint vt mūdus credat? Ipsi quippe omnes mūdus est credens. Neq; enim alij sunt qui vnum erūt: et alius est mūdus propterea crediturus qz illi vnum erunt: cum procul dubio de his dicat: vt omnes vnū sint: de quib⁹ dixerat/ non pro his tantū rogo: sed et pro eis qui crediturī sunt per verbum eorū in me/ continuo subiungens: vt omnes vnū sint. Isti aūt omnes quid est: nisi mundus: non hostilis vtiq; sed fidelis? Nam ecce qui dixerat/ non pro mūdo rogo: pro mūdo rogat vt credat: quoniam et mūdus de quo scriptū est. Ne cū mūdo dānemur. Pro illo mūdo non rogat neq; em quo sit predestinatus ignorat. Et est mundus de quo scriptum est. Non em venit filius vt iudicet mūdum sed vt saluet mūdus per ipsum. Unde et apostolus. Deus inquit erat in christo: mūdū reconcilians sibi Pro isto mūdo rogat dicēs: vt mūdus credat: quia tu me misisti. Per hanc em fidem mundus reconciliatur deo cū credit in christū q̄ est missus a deo. Quomodo ergo intelligitur sum⁹ qō ait: vt et ipsi in nobis vnū sint: vt credat mūdus: quia tu me misisti: nisi quia nō in eo causam posuit vt credat mūdus quia illi vnum sunt: tanq̄ ideo credat mundus qō est esse vnum videt: cū ipse mūdus sint omnes qui credendo vnum fiunt. Sed orando dixit vt mūdus credat sicut orādo dixit vt omnes vnū sint. Orando dixit: vt et ipsi in nobis vnū sint. Hoc est enim omnes vnū sint: qō est mūdus credat: quoniam credēdo vnum fiunt: profecto vnum qui cum natura essent vnum: dissentiendo ab vno non erant vnū. Denicq; si verbū qō ait rogo: tertio subaudiamus vel potius qō plenius fiat vbicq; ponam⁹ / erit huius expositio manifestior. Rogo vt omnes vnum sint: sicut tu pater in me: et ego in te. Rogo vt et ipsi in nobis vnum sint: rogo vt mūdus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addit qō dixit in nobis: vt quod vnū efficimur fidelissima charitate: gratie dei nouerimus tribuendū esse nō nobis: sicut apostolus cum dixisset: fuistis aliquando tenebre: nunc aūt lux inquit: et ne sibi hoc tribuerent adiecit/ in domino. Dei de saluatore noster rogando patrem: se hominem demonstrabat/ nunc demonstrans et seipsum quoniam cum patre deus est facere qō rogat [et ego(inq̄t) claritatē quā dedisti mihi dedi illis. ¶Quā claritatē/ nisi immortalitatem: quā natura humana in illo fuerat acceptura? Nā nec ipse adhuc acceperat eam: sed more suo ꝓpter immobilitatē predestinationis: preteriti temporis verbis futura significat: qō nūc clarificandus/ hoc est suscitandus a patre/ et ipse sit nos ad eā claritatē suscitaturus in fine. Simile est hoc et qō alibi dicit. Sicut pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius qs vult viuificat. Et quos: nisi eosdem quos pater. Quecūq; enim pater facit: non alia sed hec et filius/ nec aliter sed similiter facit. Ac per hoc suscitauit et seipsum etiam ipse. Nam vnde est: soluite templū hoc inquit: et in triduo resuscitabo illud? Proide immortalitatis claritatē qua sibi a patre data dicit: etiam se sibi dedisse intelligendus est et si non dicit. Ideo quippe sepius solum patrē facere dicit qō et ipse facit cū patre: vt quicqd est/ ei tribuat de q̄ est. Sed et aliquādo etiam tacito patre se dicit facere qō ipse facit cum patre vt intelligamus ita filium nō esse a patris opere separādū quando se tacito patre dicit aliquid operari: quēadmodum nec pater ab opere filij separat: quando ipso tacito filio operari dicitur quod nihilominus pariter operantur. Cū g̃ taceat filius in opere patris operationem suā/ humilitatem cōmēdat vt sit nobis salubrior. Cū vero vicissim in opere suo tacet operationē patris/ paritatē suā cōmendat: ne credatur inferior. Isto modo igitur et hoc loco nec se facit alienū a patris opere: cuius dixerit claritatē quaz dedisti mihi qz et ipse dedit eā sibi/ nec patrem facit alienū ab opere suo: cuius dixerit: dedi eis: quia et pater illā dedit eis. Inseparabilia nāq; sunt opera non solū patris et filij: verūetiā spiritus sancti. Sicut aūt ex eo qō patrem pro suis omnibus rogauit: hoc fieri voluit vt omnes vnū sint: ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait: claritatem quā dedisti mihi dedi eis id fieri nihilominus voluit. Nam continuo subiecit. ¶Ut sint vnum: sicut et nos vnum sumus. ¶Deinde addidit: ¶ego in eis et tu in me: vt sint consummati in vnū. ¶Ubi se mediatorem inter deum et hominem breuiter intimauit. Neq; enī hoc ita dictum est tanq̄ pater non sit in nobis: aut nos in patre non simus: cū et alio loco dixerit: veniem⁹ ad eum et mānsionē apud eū faciem⁹: et hic pauloante non dixerit: ego in eis et tu in me: qō dixit modo: aut ipsi in me et ego in te. Sz tu in me ego in te/ et ipsi in nobis. Quod ergo nūc ait: ego in eis et tu in me/ ita dictum est ex persona mediatoris: sicut illud quod apostolus ait: vos christi: christus vero dei. Ubi vero addidit: vt sint consummati in vnū: ostendit eo pducī reconciliationem que fit per mediatorem: vt perfecta beatitudine cui iam nihil possit adijci perfruamur. Unde id qō sequitur: ¶vt cognoscat mundus quia tu me misisti: ¶nō sic accipiendū puto tanq̄ iterum / vt credat mundus. Aliquando enim et cognoscere pro eo qō est credere ponit: vt est quod ait aliquanto superius/ et cognouerunt vere: qz a te exiui: et crediderūt qz tu me misisti. Hoc dixit posteri⁹ crediderunt/ qō prius dixerat cognouerunt. Sed hic quandoquidem de consummatione loquitur: talis ē intelligenda cognitio qualis erit per speciem: non qualis nunc est per fidem. Nam videtur oīdo esse seruatus in eo quod paulo ante dixit: vt credat mūd⁹: hic autem vt cognoscat mundus. Ubi enī quis dixerit / vt omnes vnū sint: et in nobis vnum sint/ non ait tamen/ sint cōsummati in vnum: atq; ita subnexuit: vt credat mundus quia tu me misisti. Hic vero vt sint inquit cōsummati in vnū: ac deinde non addidit vt credat mundus: sed vt cognoscat mūdus qz tu me misisti. Quidū enim credimus qō nō videm⁹/ nōdū sumus ita cōsummati quēadmodū erim⁹ cum meruerimus videre qō credimus. Rectissime igit ibi ait vt credat mundus/ hic vt cognoscat mundus: tamē et ibi et hic: quia tu misisti: vt nouerim⁹ quātum pertinet ad patris et filij inseparabilē charitatem: hoc nos modo credere quod tendim⁹ credendo cognoscere. Si aūt diceret vt cognoscant quia tu me misisti: tantumdē valeret quantum hoc qō ait/ vt cognoscat mund⁹. Ipsi sunt enim mundus non permanēs inimicus: qualis est mūdus dānationi predestinatus: sed ex inimico amicus effect⁹ pter quem de⁹ erat in christo mūdū recōcilians sibi. Ideo dixi ego in eis: et tu in me. Tanq̄ diceret. Ego in eis ad hoc misisti me: et tu in me: mundū recōciliās tibi per me. Propt ea sequitur etiam illud quod ait. ¶Et dilexisti eos: sicut et me dilexisti. ¶In filio quippe nos pater diligit: quia in ipo nos elegit ante constitutionē mundi. Qui enim diligit vnigenitū: profecto diligit et mēbra ei⁹ que adoptauit in eum et per eū/ nec ideo pares sumus vnigenito filio per quem creati et reconciliati sumus: quia dictum est dilexisti eos sicut et me. Neq; enim semp equalitatem significat qui dicit: sicut illud ita et illud: sed aliquando tantū quia est illud est et illud/ aut qz est illud vt sit et illud. Quis enim dixerit eo pro sus modo in mundū a christo apostolos missos quomodo ē ipse missus a patre? Ut enim alias taceā differentias quas commemorare longū est: missi sunt certe illi cū iam homines essent: missus est autem ipse vt homo esset: et tamen superius ait: sicut me misit in mundū: ego misi eos in mundū. Tanq̄ diceret. Quia misisti me misi eos ita et hoc loco: dilexisti eos inquit sicut et me dilexisti. Quod nihil aliud est qm dilexisti eos quia et me dilexisti. Non enim membra filij non diligeret qui diligit filiū: aut alia causa est diligēdi mēbra ei⁹ nisi quia diligit eum: sed diligit filium fm diuinitatem: qz genuit illum equalem sibi. Diligit eū etiam fm id quod homo est: qz ipsum vnigenitū verbū caro factum est: et ppter verbū est et caro. Ubi caro. Nos autē diligit quomodo sumus eius membra quem diligit: et hoc vt essemus propter ꝟ nos dilexit anteq̄ essem⁹. Quapropter incōprehensibilis ē dilectio qua diligit de⁹: neq; mutabilis. Non enim ex quo et reconciliati sumus per sanguinem filij eius nos cepit diligere sed ante mundi constitutionem dilexit nos: vt cū ei⁹ vnigenito etiam nos filij et⁹ essemus: priusq̄ omnino aliqd essemus. Quod ergo reconciliati sumus deo per mortem filij ei⁹: nō sic audiatur: non sic accipiatur: quasi ideo nos reconciliauerit ei filius⁹/ vt iam inciperet amare quos oderat sicut recōciliatur inimicus inimico vt deinde sint amici: et inuicem diligant qui oderant inuicem. Sed iā nos diligenti recōciliati sumus ei: cū quo propter peccatum inimicitias habebamus. Quod vtrū verū dicam/ attestatur apostolus
Rom.v. Cōmēdat inquit dilectionem suā deus in nobis: quoniā cū adhuc peccatores essemus xps pro nobis mortuus est. Habebat itaq; illam erga nos charitatez etiam cum inimicitias aduersum eū exercentes operaremur iniquitatem et tamen ei verissime dictum est: odisti dne omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro et diuino modo: et qm nos
Ps̄.v. oderat diligebat. Oderat enim nos quales ipse nō fecerat: et quia iniquitas nostra opus ei⁹ non omni ex parte cōsumpserat/ nouerat simul in vnoquoq; nostrū et odisse qō fecerāmus et amare qō fecerat. Et hoc quidem in omnib⁹ intelligi pōt de illo cui veraciter dicitur. Nihil odisti eorū q̄ fecisti. Non enim quodcūq; odisset esse voluisset: aut omnino esset qō oīpotens esse noluisset: nisi et in eo qō odit eēt etiā qō amaret. Merito quippe odit: et velut a regula sue artis alienū improbat vitiū. Amat tamen suum etiā in vitiosis: vel sanationis beneficiū/ vel dānationis iudicium: ita et deus nihil odit eorum que fecit naturarum enim non vitiorum conditor
Sapiē.xj. mala que odit ipse non fecit: et de malis eisdem vel sanādo ea per miam: vel ordinando per iudicium bona sunt ipsa

que fecit. Cũ igitur eorũ q̃ fecit nihil oderit: qs digne eloq̃ possit quãtũ diligat membra vnigeniti sui et quãto ampli⁹ ipsum vnigenitũ in quo condita sunt omnia visibilia et in: uisibilia: que in suis generibus ordinata ordinatissime dili git? Membra quippe vnigeniti: ad angelorum sanctorum eq̃ litatẽ gratie sue largitate perduxit: vnigenit⁹ autem cum sit dñs omniũ: procul dubio est dñs angelorum. Natura q̃ deus est non angelis sed et patri potius equalis. Gratia ve ro qua homo est: quodãmodo nõ excedit excellẽtiã cuiusli: bet angeli: cũ sit vna persona carnis et verbi? Eq̃ non de: sint qui etiam nos angelis preferãt: q: pro nobis inquit nõ pro angelis mortuus est christus: id quod est aliud q̃ de im pietate velle gloriari? Etenim xps sicut ait ap̃s: iuxta tẽ: pus pro impijs mortuus est. Hic ergo nõ meritum nostrũ: sed dei misericordia commendatur. Nam quale est ideo se velle laudari: q: vitio suo tam detestabiliter egrotauit: vt non possit aliter q̃ medici morte sanari? Mõ est hec nostro rum gloria meritorũ: sed medicina morboꝝ. An ideo nos preferimus angelis: quia cũ et angeli peccauerint: nihil eis tale vt sanarentur impensum est: quasi aliquid eis vel pax fuerit impensum et nobis ampli⁹? Quod si et hoc factum es set: adhuc queri posset: vtrũ ideo fuisset factum q̃ stetera: mus excellentius: an q̃ desperatius iacebam⁹? Cum vero nouerim⁹ bonorum omniũ creatorem reparandis angelis malis nihil gratie contulisse/cur non potius intelligimus q̃ tãto dãnabiliores eorum iudicata sit culpa/q̃to ex: rat natu ra sublimior? Tãto enim minus q̃ nos peccare debuerũt: quanto meliores nobis fuerũt. Mũc aũt in offendẽdo crea: tore/tanto execrabili⁹ bñficio eius ingrati extiterunt: quã to beneficentius sunt creati. Nec eis satis fuit desertores es se illi⁹: nisi z nostri fierent deceptores. Hoc itaq̃ nobis ma: gnum bonum conferet qui dilexit nos sicut dilexit christũ: vt propter ipsum cuius membra nos esse voluit: equales ã: gelis sanctis simus: quib⁹z natura inferiores conditi sum⁹ et peccato indigniores facti: qui eorum fieri qualescunq̃ so cij deberemus.

Tractatus.crj.

¶ Pater quos dedisti mihi: volo vt vbi sum ego et illi sint mecum/vt videant claritatem meã quã dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionẽ mundi. Pater iuste mũdus te non cognouit/ ego autem te cognoui/ et hi cognouerunt quia tu me misisti/ et notum feci eis nomen tuum et notum faciam/ vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit et ego in ipsis.

A

AM magnam spẽ dñs iesus suos erigit: qua maior omnino esse non possit. Audite z estote in spe gau dentes propter quod vita ista non amãda sed to: leranda sit: vt esse possitis in ei⁹ tribulatiõe patiẽ tes. Audite inq̃: z quo spes vestra leuek attendite. Christ⁹ iesus dicit: filius dei vnigenitus qui patri coeternus et eq̃: lis est dicit: qui propter nos homo factus est/sed sicut omis homo mendax non factus est dicit/via/vita/veritas dicit: qui mundum vicit de his quibus vicit: dicit. Adite credite sperate/desiderate q̃ dicit. ⌊ Pater (inquit) quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum et illi sint mecũ. ⌋ Qui sunt isti q̃s ait a patre datos sibi? Mõne illi de q̃bus alio loco dicit: ne: mo venit ad me nisi pater q̃ misit me traxerit eũ? Jam quo modo ea que fieri dicit a patre: faciat z ipse cũ patre: si quid in hoc euangelio profecimus noutmus. Ipsi sunt ergo q̃s a patre accepit: quos et ipse elegit de mundo atq̃ eligit vt iam non sint de mundo sicut non est et ipse de mũdo: vt sint tamen etiam ipsi mundus credens et cognoscens q̃ christ⁹ a deo patre sit missus: vt mundus ex mundo liberarek: ne mũdus deo recõciliandus cũ mundo inimicissimo dãnare: tur. Sic enim ait in huius orationis exordio: dedit ei pote: statẽ omnis carnis: id est omnis hominis: vt omne q̃ dedi sti ei det eis vitam eternam: vbi ostendit potestatem se q̃dẽ omis hominis accepisse vt liberet quos voluerit: dãnet q̃s voluerit: qui viuos z mortuos iudicabit: sed eos sibi eẽ da: tos q̃bus omnibus det vitam eternam. Sic enim ait: vt om

B

ne q̃ dedisti ei det eis vitam eternã. Proinde non ei dati sunt quib⁹ vitam non dabit eternã: q̃uis et ipsorũ potestas data sit cui potestas data est omnis carnis: id est omnis ho minis. Jta mundus recõciliat⁹ ex inimico liberabitur nõ do: cum in illũ exerit potestatem suam vt eũ in mortem mit tat eternam. Hunc autem facit suum: cui vitam donat eter nam. Quapropter omnibus prorsus ouibus suis bonus pa stor: oib⁹ mẽbris suis magnũ caput ꝓmisit ꝺ ꝓmtũ / vt vbi ipse est et nos cũ illo sim⁹. Nec poterit nisi fieri q̃ omnipo tenti patri se velle dixit omnipotens filius. Jbi est enim et spiritus sanctus pariter eternus pariter deus: spiritus vn⁹ duorũ et substantia voluntatis ambo⁹um. Nã illud q̃ di: xisse legitur ꝓpinquante passione: verum non q̃ ego volo ſʒ q̃ tu vis pater: quasi alia patris alia filij sit voluntas aut fuerit: son⁹ est nostre infirmitatis q̃ tus fidelis quã in se cu put nostrũ transfigurauit: quãdo etiam peccata nra portau uit. Una vero esse patris z filij voluntatem: quorũ etiã spũs vn⁹ est: quo adiuncto cognoscimus trinitate/ z si intelligere nõdũ ꝓmittit infirmitas: credat pietas. Sed q̃n quib⁹ pro miserat: z q̃ firma sit ipsa promissio: pro sermonis breuitate tam dixim⁹/ hoc ipsum quantum valemus quid sit quod ti gnak ꝓmittere videam⁹. Quos dedisti mihi inquit: volovt vbi ego sum et ipsi sint mecũ. Quãtũ attinet ad creaturam in qua factus est ex semine dauid ſm carnẽ nec ipse adhuc erat vbi futurus erat. Sed eo modo dicere potuit vbi ego sum: quo intelligeremus q̃ cito fuerat ascensurus in celũ: vt iã ibi esse se diceret vbi fuerat mox futurus. Potuit z il lo mõ quo ante iam dixerat loquens ad nichodemũ: nemo ascendit in celũ nisi qui descendit de celo: filius hominis qui est in celo. Nã et ibi non dixit erit/sed est propter vnitatem ꝑsone: in qua z deus homo est: z homo de⁹. Jn celo ergo nos futuros esse ꝓmisit. Illa enim forma serui leuata ẽ q̃ susꝑ psit ex virgine et ad patris dexteram collata ꝓpter spẽ tãti hui⁹ boni. Et ap̃s ait. Deus aũt qui dives est in mia ꝓpt multã charitatẽ qua dilexit nos: z cũ essem⁹ mortui pecca tis conuiuificauit nos in xpo: cui⁹ gra sumus salui facti et simul excitauit et simul sedere fecit in celestibus in xpo Je: su. Hoc ergo põt intelligi dixisse dominum: vt vbi ego sum et illi sint mecũ. Et ipe quidẽ de se dixit q̃ ibi tã esset. De nobis autem velle se dixit vt essemus ibi cũ illo/ nõ q̃ iam essemus ostendit. Apostolus aũt q̃ dominus velle se dixit vt fieret/ tanq̃ factum fuerit est locutus. Nõ enim attem platur⁹ est nos z in celestib⁹ sedere factur⁹: sed expectauit e se dere in celestib⁹ fecit: q: nõ inaniter sed fideliter iã deputat factum: q̃ futuruz esse non dubitat. Quod vero attinet ad formã dei in qua equalis est patri: si ſm eam velim⁹ intelli gere quod dictum est: volo vt vbi ego sum z illi sint mecum abscedat ab animo omnis imaginũ corporalium cogitatio quicqd menti occurrerit/longũ/latũ/crassum/ qualibet lu ce corporea coloratum: per quelibet locoꝝ spacia vel finita vel infinita diffusum. Ab his omnib⁹ quãtũ põt acie fue rit templationis vel intentionis auertat: et non inquiratur eũ lis patri filius vbi sit: q̃m nemo inuenit vbi non sit. Sed q̃ vult querere/querat pot⁹ vt cum illo sit: non vbiq̃ sicut il le sed vbicũq̃ esse potuerit. Qui enim homini penaliter pẽ denti: z salubriter confitenti ait: hodie mecũ eris in paradi so: ſm id q̃ homo erat: aia ei⁹ ipso die futura fuerat in infer no: caro in sepulchro. Scõm aũt id q̃ de⁹ erat/ vbiq̃ z pa radiso erat: z ideo latrõis anima a ꝑtinis facinorib⁹ absol luta/z illius munere iã beata: cũ⁹ vbiq̃ sicut ille esse non poterat: tamẽ etiam ipso die cũ illo in paradiso poterat: vi ille qui vbiq̃ semper est non recesserat. Propterea nimirũ non ei satis fuit dicere: volo vt vbi ego sum z illi sint: sed ad didit mecũ. Esse cum illo enim magnum bonum est. Nam et miseri esse possunt vbi est ille: q̃m quicũq̃ vbicũq̃ fuerit est et ille. Sed beati soli sunt cũ illo q: beati esse non potest nisi ex illo. An nõ deo veraciter dictum est: si ascendero i ce lum tu ibi es: z si descẽdero ad infernũ ades? Aut vero ubi stus non est vel sapientia/q̃ attingit vbiq̃ ꝓpter suam mũ diciam? Sed lux lucet in tenebris: nec eã tenebre compre: hendũt. Ac per hoc vt de re visibili q̃uis lõge dissimile q̃e cũq̃ sumam⁹ exẽplum: sicut cec⁹ etiã si ibi sit vbi lux est non est tamen ipse cum luce: sed absens est a presentia: ita in fidelis atq̃ impius aut etiam si fidelis et pius nondum

C

tamen ad intuendũ lumen sapientie idoneus / etiam si esse nusq̃ possit vbi non sit et christus: non est tamen ipse cum christo dũ tat ꝑ speciẽ. Nam hominem pie fidelẽ nõ est dubitãdũ cũ christo esse per fidẽ. Propter quod dicit. Qui non est mecũ aduersus me est. Sed cũ patri deo dicebat: q̃s dedisti mihi volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecũ: de specie illa omnino dicebat in qua videbimus eum sicuti est. Me modo serenissimum sensum nubilosa contradictione ptur: bet: consequentia perhibeant testimonium precedentibus verbis. Nempe cum dixisset/volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum/continuo secutus adiunxit. ⌊ Vt videant claritatem meam quam dedisti mihi quia dilexisti me ante constitutionem mundi. ⌋ Vt videant dixit non vt credant. Fidei merces est ista non fides. Si enim fides ad hebetes in epi: stola recte diffinita est: conuictio rerum que non videntur/ cur non merces fidei definiatur visio rerũ que credite spe: rabant? Cum viderimus enim claritatem quam dedit pa ter filio: etiam si eã dici hoc loco intelligamus / non quam pater equali filio gignens eum dedit: sed quam facto homi ni filio dedit et post mortem crucis: quando ergo videbi: mus illam filij claritatem: profecto tunc fiet iudicium vi uorum atq̃ mortuorum. Tunc tolletur impius vt non vi: deat claritatem dei. Qui nisi illam qua deus est? Beati eni mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Nec mũdi cor de sunt impij propterea non videbunt. Tunc ibunt ipsi in supplicium eternum. Sic enim tolletur impius ne videat claritatem dei: iusti aut̃ ibunt in vitam eternam. Et que est vita eterna? Vt cognoscãt inquit te solum verum deum et quem misisti iesum christum. Nõ vtiq̃ sicut eũ cognouer runt/qui licet non mundi cordes tamen in forma serui cla: rificata iudicantem videre potuerunt. Sed sicut cognoscẽ dus est a mundis corde solus verus deus: cum patre et spi: ritu sancto filius: quia ipsa trinitas est solus verus deus. Si ergo ſm id quod filius dei deus est patri equalis atq̃ coeternus: accipiamus hoc dictum/volo vt vbi ego sum et ipsi sint mecum: in patre cum christo erimus. Sed ille sicut ille nos sicut nos vbicũq̃ corpore fuerimus. Si enim loca dicenda sunt et quib⁹ non corpora continentur: et locus est cuiq̃ rei vbi est: locus christi eternus vbi semper est/ipse pa ter est et locus patris filius est: quia ego inquit in patre/et pater in me est. Et in hac oratione/ sicut tu pater inquit in me et ego in te. Et locus interea noster ipsi sunt/quia sequi tur: vt et ipsi in nobis vnum sint. Et nos locus dei sumus/ quoniam templum eius sumus/sicut orat pro nobis q̃ mor tuus est pro nobis: viuitq̃ pro nobis vt in ipsis vnum sim⁹: quia factus est in pace locus eius/et habitatio eius in syõ: que nos sumus. Sed quis idoneus loca ista vel q̃ sunt in lo cis istis sine spaciosis capacitatibus z sine corporeis moli bus cogitare? Non parum tamen proficitur/si saltem quic quid tale oculo cordis occurrit/negatur: reputur: impro: batur. Et lux quedam in qua ista neganda respuenda/ im: probanda cernuntur/sicut potuerit cogitatur: et q̃n sit cer ta cognoscitur et amatur: vt ide surgatur atq̃ ad interiora tendatur. Que cum penetrare mens inualida z minus q̃n il la sunt pura nequiuerit/non sine amoris gemitu z desiderij lachrimis inde pellatur: z patienter ferat q̃d iu fidem mũdet atq̃ vt illic habitare valeat sanctis moribus preparetur. Quomodo ergo non erimus cum christo vbi est: quando in patre cum illo erimus in quo est. Recq̃ hinc apostolus no: bis q̃uis nondum rem tenentibus: sed tamen spem geren: tibus tacuit. Ait enim. Si resurrexistis cum christo que sursum sunt querite vbi christus est in dextera dei sedens/ que sursum sunt sapite nõ que super terram. Mortui enim estis inquit: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Ecce interim fide ac spe vita nostra vbi christus est cum il lo est: quia cũ christo in deo est. Ecce velut iam factum. est q̃ dixit vt fieret dicẽs: volo vt vbi ego sum z ipsi sint me: cum. Sed nunc per fidem: quando autem fiet per speciem? Cum christus inquit apparuerit vita vestra: tũc et vos ap: parebitis cum ipso in gloria. Tunc apparebimus q̃ tunc erimus: q: tũc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse anteq̃ essem⁹. Faciat hoc filius qui cum dixisset vt videant claritatẽ meã quã dedisti mihi / cõtinuo subiũxit: ⌊ q: dilexisti me añ constitutionem mundi. ⌋ Jn illo enĩ dile

xit et nos ante constitutionem mundi: z tunc predestinauit q̃ in fine facturus est mundi. ⌊ Pater (inquit) iuste: mũd⁹ te non cognouit: ⌋ q: iustus es: ideo te non cognouit. Mũd⁹ quippe ille vanationi predestinatus merito non cognouit/ mundus vero quem christus reconciliauit sibi / nõ merito sed gratia cognouit. Quid est enim eum cognoscere: nisi vi tam eternã: quam mundo vanato vtiq̃ non dedit recõcilia to dedit? Propterea vtiq̃ mundus te non cognouit qui iu stus es. Nec et meritis ei⁹ vt te non cognosceret tribuisti: et propterea mundus recõciliatus cognouit q: misericors es z vt cognosceret non eius merito sed gra subuenisti. De: niq̃ sequitur. ⌊ Ego aũt te cognoui. ⌋ Ipe fons gratie ẽ de⁹ natura/homo aũt de spiritu sancto z virgine ineffabili gra: tia. Deniq̃ propter ipsum quia gratia dei p iesum christ⁹ dominum nostrum: ⌊ et hi cognouerunt (inquit) quia tu me misisti. ⌋ Ipse est mundus recõciliatus. Sed quia tu me mi sisti. ideo cognouerunt. Ergo gratia cognouerũt. ⌊ Et no: tum feci eis (inquit) nomen tuum: z notum faciam. ⌋ Motũ feci per fidem/notum faciam per speciem. Notum feci cum fine peregrinantibus notum faciam sine fine regnantibus. ⌊ Vt dilectio (inquit) qua dilexisti me in ipsis sit: z ego in ip sis. ⌋ Non est visitata locutio: dilectio q̃ dilexisti me in ipsis sit z ego in ipsis: visitate quippe diceretur dilectio qua dile xisti me. De greco quidẽ ista translata sunt. Sed sunt simi: les et latine sicut dicimus/fidelem seruitutem seruiuit: strẽ nuam militiam militauit/cum dici debuisse videatur/ fide li seruitute seruiuit: strennua militia militauit. Qualis au: tem ista locutio est: dilectio qua dilexisti me: tali et aposto: lus vsus est. Bonum certamen certaui: non ait: bono certa mine. q̃ visitatius etiam rectius q̃ diceretur. Quomodo au tem dilectio qua dilexit pater filium est et in nobis: nisi q: membra eius sumus/et in illo diligimur cum ipe diligitur totus: id est caput et corpus: Jdeo subiunxit z ego in ipis tanq̃ diceret: quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanq̃ in templo suo: aliter aut̃ quia et nos ipse sum⁹ cum ſʒ id q̃ vt caput nostrum esset bono factus est: corp⁹ eius sumus. Finita est saluatoris oratio: incipit passio. Er go et iste sermo finiat: vt de passione q̃ ipe vouauerit alijs sermonibus disputetur.

Tractatus.crij.

¶ Hec cum dixisset iesus. Egressus est cum discipulis suis trans torrentem cedron vbi erat ortus in quẽ introiuit ipse z discipuli eius. Sciebat au tem et iudas qui tradebat eum locũ quia frequen ter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Ju das ergo cum accepisset cohortem a pontificib⁹ z phariseis ministros venit illuc cũ laternis et fa cibus et armis. Jesus itaq̃ sciens omnia que ven tura erant super eum: processit et dixit eis. Quẽ queritis? Responderunt ei. Jesum nazarenũ. Di cit eis iesus. Ego sum. Stabat autem et iudas q̃ tradebat eũ cũ ipsis. Vt ergo dixit eis iesus ego sum: abierunt retrorsum z ceciderũt in terrã. Jte: rum ergo interrogauit eos. Quem queritis? Jlli autem dixerunt. Jesum nazarenum. Respõdit ie sus. Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me queri: tis: sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit/quia quos dedisti mihi / non perdidi ex eis quẽq̃. Symon ergo petrus habẽs gladium edu: xit eũ / et percussit pontificis seruum: et abscidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomẽ ser: uo malch⁹. Dixit ergo iesus petro. Mitte gladiũ tuum in vaginam. Calicem quẽ dedit mihi pater non bibam illum? Cohors ergo z tribunus z mi nistri iudeorum comprehenderunt iesum: et liga: uerunt eum.

A Erminato magno prolixoq; sermone quē post ce-
nam dñs fundendo pro nobis proximo sanguine
ad discipulos habuit qui cum illo tunc erāt: ad-
uncta oratione quā direxit ad patrem: deinceps
eius passionem Johannes euāgelista sic exposuit est. ⌊Hec
cum dixisset Iesus egressus est cū discipulis suis trans tor-
rentem cedron/ vbi erat ortus in quē introiuit ipse ⁊ disci-
puli eius. Sciebat autē et Iudas qui tradebat eum locum
quia frequenter Iesus conuenerat illuc cū discipulis suis.⌋
Hoc quod fiarrat egressum dominum cum discipulis suis
in hortum/non continuo factum est cum eius illa finita es-
set oratio de cuius verbis ait: hec cum dixisset Iesus. Sed
alia q̄dā sunt interposita/que ab isto ptermissa: apud alios
euangelistas legūtur: sicut apud hunc inueniuntur multa
que illi similiter in sua narratione tacuerūt. Quomodo au-
tem inter se omnes conueniant: ne veritati que per alium p
mitur ab alio repugnetur/ quisquis nosse desiderat/ non in
his sermonib⁹ sed in aliis laboriosis litteris querat/ nec stā-
do et audiendo: sed potius sedendo et legendo: vel legenti
aurem mentemq; intentissimam prebendo illa condiscat.
Credat tamen antēq; sciat: siue id etiā scire in hac vita pos-
sit: siue per aliqua impedimenta non possit nihil: ab aliquo
euangelista esse scriptum: quantum ad hos attinet quos in
auctoritatem canonicam recepit ecclesia: quod vel ipsi⁹ vl
alterius non minus veracti narrationi possit esse contrariū.
Nunc itaq; huius beati Ioannis narrationem quam suscē-
pimus tractandam: sine aliorum comparatione videamus
in eis que manifesta sunt non immorantes: vt hoc vbi op⁹
est causa poscēte faciamus. Non ergo sic accipiam⁹ qō ait:
hec cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trās
torrentem cedron vbi erat ortus: in quem introist ipse et di-
scipuli eius tanq̄ continuo post illa verba in illum hortuz
fuerit ingressus: sed ad hoc valeat quod dictuz est: hec cum
dixisset Iesum: vt non eum ante optinemur ingressum q̄ illa
verba finiret. ⌊Sciebat autem (inquit) et Iudas qui trade-
bat eum locum.⌋ Quo verborum est? Sciebat locum qui
tradebat eum: ⌊quia frequenter (inquit) Iesus conuene-
rat illuc cum discipulis.⌋ Ubi ergo lupus omnia pelle con-
tectus: et inter oues alto patrisfamilias consilio toleratus
didicit: vbi ad tempus exiguum dispergeret gregē: insidijs
appetendo pastorem. ⌊Judas ergo (inquit) cum accepisset
cohortem et a principibus et phariseis ministros: venit il-
luc cum laternis et facibus et armis.⌋ Cohors non iudeo-
rum sed militum fuit. A preside itaq; intelligatur accepta
tanq̄ ad tenendum reum. Seruato ordie legitime potesta-
tis: vt nullus tenentib⁹ auderet obsistere: q̄q̄ et manus tā
ta fuerit congregata: et sic armata veniebat vt vel terreret
vel etiam repugnaret: si quisq̄ christum defendere auderet
Ita quippe eius abscondebatur potestas ⁊ obtundebatur
infirmitas: vt hec inimicis necessaria viderentur aduersus
eum in quē nihil valuisset nisi quod ipe voluisset: bene vtēs
bonus malis et faciens bona de malis ad faciēdos bonos
ex malis ⁊ discernendo a malis. ⌊Jesus itaq; (sicut euan-
gelista secutus adiungit:) sciens omnia que ventura erant
B †Al'.Quē super eum: processit et dixit eis. †Quid queritis? Respon-
derunt ei. Jesum nazarenū. Dixit eis Iesus. Ego sum. Sta-
‡Al's tra debat. bat autem et iudas qui ‡ tradidit eum cum ipsis. Ut ergo
dixit eis Ego sum: abierunt retrorsum et ceciderunt in ter-
ram.⌋ Ubi nunc militum cohors et ministri principum et
phariseorum? Ubi terror et munimen armatorum? Nēpe
vna vox dicentis ego sum: tantam turbam odijs ferocem/
armisq; terribilem sine telo vllo percussit: repulit: strauit.
Deus enim latebat in carne et sempiternus dies ita mem-
bris occultabatur humanis: vt laternis ⁊ facibus quereretur occidendus a tenebris. Ego sum dicit: et impios dele-
cit. Quid iudicaturus faciet: qui iudicandus hoc fecit?
Quid regnaturus poterit: qui moriturus hoc potuit? Et
nunc vbiq; per euangelium/ego sum dicit christus: et a iu-
deis expectatur antichristus/vt retro redeant ⁊ in terram
cadant: quoniam deserentes celestia/terrena desiderant.
Certe ad comprehendendum Iesum persecutores cum tra-
ditore venerunt: quem querebant inuenerunt. Audierunt
ego sum quare non comprehenderunt sed abierunt retro ⁊
ceciderūt: nisi quia hoc voluit qui potuit quicquid voluit?
Verum si nunq̄ se ab eis pmitteret apprehendi: tion quidē
illi facerent propter quod venerant: sed nec ipse faceret pro
pter quod venerat. Cum quippe illi occidēdum quererēt
seuiendo: sed querebat nos et ipse moriendo. Proinde qi
tenere volentibus nec valentibus ostendit potestatem suā
tam teneant eum vt faciat de nescientibus voluntatem fu-
am.⌋ Iterum ergo eos interrogauit. †Quid queritis? Ji-
li autem dixerunt. Jesum nazarenum. Respōdit Iesus. Dī-
xi vobis: quia ego sum. Si ergo me queritis: sinite hos abi-
rexit impleretur sermo quez dixit. Quia quos dedisti mihi
non perdidi ex eis quēq̄.⌋ Si me inquit queritis sinite hos
abire. Inimicos videt: et hoc faciunt quod iubet. Sinunt
hos abire: quos non vult perire. Nunquid autem nō erant
postea moriturī? Cur ergo si tunc morerentur perderet eos
nisi quia nondum sic in eum credebat: quomodo credunt q
cūq; non pereunt? ⌊Simon ergo petrus habēs gladiū edu-
xit eum et percussit seruum † principis/⁊ abscidit eius au- † Al'pon
riculam dextram. Erat autem nomē seruo malchus.⌋ So- tifícis.
lus hic euangelista etiam nomē huius serui expressit: sicut
Lucas solus qō eius auriculam dominus tetigerit ⁊ sana-
uerit eam. Walch⁹ interpretatur regnaturus. Quid ergo
auris pro domino amputata ⁊ a domino sanata significat:
nisi auditum amputata vetustate renouatum/ vt sit in no-
uitate spiritus: et non in vetustate littere. Quod cui prestī-
tum fuerit a christo/quis dubitet regnaturum esse cū xpo?
Quod autem seruus dictus est: ⁊ hoc ad illam pertinet vete
statem/que in seruitutem generat quod est agar. Sed cum
accessit sanitas figurata est et libertas. Factum tamen pe-
tri dominus improbauit ⁊ progredi vltra prohibuit dicēs.
⌊Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit
mihi pater nō vis vt bibā illum?⌋ Jn suo quippe facto ille
discipulus magistrum defendere voluit: non qō faciēdum
est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commendus
fuit et hoc ad intelligentiam conscribēdū. Quod autem a
patre sibi dicit datum calicem passiōis: pfecto illud est qō
ait apostolus. Si de⁹ pro nobis q̄s contra nos. Qui filio p
pro non pepercit: sed pro nobis omnib⁹ tradidit eū? Unde
auctor calicis huius est etiam ipse qui bibit: unde idē apo-
stolus iterum dicit/ xps dilexit nos ⁊ tradidit semetipsum
pro nobis oblationem et ostiam deo in odorem suauitatis.
⌊Cohors autem ⁊ tribunus et ministri iudeorum: compu-
henderunt iesum et ligauerunt eum.⌋ Comprehenderunt
ad quem non accesserunt: quoniam dies ille: ille vero tene-
bre permanserunt/nec audierūt/ accedite ad eum ⁊ illumi-
namini. Si enim sic accederent/non eum manibus occidē-
dum sed reciptendum corde comprehenderent. Nunc aūt
quando eum illo modo comprehenderunt: tunc ab illo lon-
gius recesserunt/et ligauerunt eum a quo solui potī⁹ velle
debuerunt: ⁊ erant fortassis in eis qui tunc impoluerit chri-
sto vincula sua: atq; ab eo postea liberati dixerunt. Dirupi-
sti vincula mea. Hec hodie satis sint: tractabuntur deo vo-
lente sermone alio que sequuntur.

Tractatus.cxiij.

¶ Et adduxerunt eū ad annā primum. Erat enī
socer cayphe qui erat pontifex anni illius. Erat
autem caypbas qui consilium dederat iudeis: qz
expedit vnum hominez mori pro populo. Sequē
batur autem iesum symon petrus et alius discī-
pulus. Discipulus autem ille erat notus pontifi-
ci/et introiuit cum iesu in atrium pontificis/ pe-
trus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo
discipulus alius qui erat notus pontifici et dixit
ostiarie et introduxit petrum. Dicit ergo petro
ancilla ostiaria. Nunquid et tu ex discipulis es
hominis istius? Dicit ille. Non sum. Stabant
autē serui et ministri ad prunas quia frigus erat
et calefaciebant se. Erat autem cum eis et petrus
stans et calefaciens se. Pontifex ergo interroga
uit iesum de discipulis suis et de doctrina eius.

Respondit ei Jesus. Ego palam locutus sum
mundo/ego semper docui in synagoga et in tem-
plo quo omnes iudei cōueniunt: et in occulto lo-
cutus sum nihil. Quid me interrogas: interroga
eos qui audierunt quid locutus sim ipsis? Ecce
hi sciunt que dixerim ego. ⌊Hec autem cum di-
xisset: vnus assistens ministrorum dedit alapam
Jesu dicens. Sic respondes pontifici? Respon-
dit ei Jesus. Si male locutus sum testimoniū p
hibe de malo: si autem bene: quid me cedis?⌋ Et
misit eum annas ligatum ad caypham pontifi-
cem. Erat autem simon petrus stans et calefaci-
ens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid et tu ex disci-
pulis eius es? Negauit ille et dixit. Non sum.
Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus ei⁹
cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te
vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit pe
trus. Et statim gallus cantauit.

B Epōc. v. Postea qō persecutores tradente iuda comprehē-
sum dominum ligauerūt qui dilexit nos ⁊ tradi-
dit semetipsum pro nobis ⁊ cui pater non peper-
cit: sed pro nobis omnibus tradidit eum: vt intel-
ligatur iudas non laudabilis vtilitate traditionis huius:
sed sceleris voluntate damnabilis ⌊adduxerūt eum⌋ sicut
Joannes euangelista narrat ⌊ad annam primū⌋ nec tacet
causam cur ita factum sit. ⌊Erat ei (inquit) socer cayphe:
qui erat pontifex anni illius. Erat autē (inquit) cayphas:
†Glacde qui consilium † dedit iudeis: quia expedit vnum hominē
ni. ing. mori pro populo.⌋ Merito ⁊ matthеus cum id breuiꝰ nar-
Dur.xxii rare voluisset: cum ad caypham ductum fuisse commemo-
rat: quia ⁊ ad annam prius ideo ductus est qō socer ei⁹ fue
rit. Ubi intelligendum est hoc eundem caypham fieri vo-
luisse.⌊Sequebatur autem (inquit) Jesum simon petr⁹ et
alius discipulus.⌋ Quisnam iste sit discipulus non temere
Iohc.c affirmandum est quia tacetur. Soletautem se idem Joan
nes significare ita ⁊ addere: quem diligebat Jes⁹. Fortas-
sis ergo ⁊ hic ipse est: quisquis tamen sit: sequentia videa-
mus.⌊Discipulus autem ille (inquit) erat notus pontifici:
⁊ introiuit cum Jesu i atrium pōtificis. Petrus autē sta-
bat ad hostium foris. Exiit ergo alius discipulus qui erat
notus pontifici: ⁊ dixit hostiarie: ⁊ introduxit petrum. Di-
cit ergo petro ancilla hostiaria. Nūquid ⁊ tu ex discipulis
es hominis istius? Dicit ille. Non sum.⌋ Ecce columna fir
missima ad vnius aure impulsum tota cōtremuit. Ubi est
illa promittentis audacia/ ⁊ de se plurimum presumentis.
Ubi sunt verba illa quādo ait: quare nō possum te sequi mo-
do: animam meam p te ponā? Hoccine est sequi magistrū
senegare discipulum? Siccine p domino anima ponitur
vt hoc ne fiat vox ancillule formidetur? Sed quid mirū si
deus vera predixit: homo autem falsa psumpsit? Sane in
Matth. ista que iam cepta est negatione apostoli petri: debem⁹ ad
tertre non solum ab eo negari christum qui dicit eum nō
esse christum: sed ab illo etiam qui cum sit negat se esse chri
stianum. Dominus enī non ait petro/ discipulum meum te
negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum: cum se ne-
gauit eius esse discipulū. Quid autem aliud isto modo q̄
Iohc.xi. se negauit esse christianum? Quis ei discipuli christi non
dum appellarentur hoc nomine: post ascensionem quippe
eius in anthiochia primū ceperūt appellari discipuli xpia
ni. Jam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncu-
panda. Jam erant discipuli qui postea appellati sunt chri
stiani: ⁊ hoc commune nomen sicut cōmunem etiam fidem
ad posteros transmiserunt. Qui ergo se christi negauit esse
discipulum: ipam rem negauit: cuius nomē est vocari chri
stianum. Et multi postea non dico seneset anus in quib⁹
brutue vite societas facilius potuit mortem pro christi con
fessione contemnere: nec solum iuuentus vtriusq; sexus: de
quo etate conuenienter videtur exigi fortitudo: sed etiam
pueri puellecq; potuerunt ⁊ innumerabilis societas sancto
rum martyrum in regnum celorum fortiter et violenter in-
trare: quod tunc iste non potuit qui claues regni eius acce
pit. Ecce vnde dictum est/ sinite hos abire: quando se pro
nobis tradidit qui suo sanguine nos redemit: vt implere-
tur sermo quem dixit. Quia quos dedisti mihi: non perdi-
di ex eis quemq̄. Utiq; enim petrus si negato christo hinc
S.tracta. iret: quid aliud q̄ periret. ⌊Stabāt autem serui ⁊ ministri
xij b. ad prunas qz frigus erat: ⁊ calefaciebant se.⌋ Non hyems
B erat: ⁊ tamē frigus erat: quia solet etiam equinoctio verno
aliquando contingere. ⌊Erat autem cum eis ⁊ petrus stās
et calefaciēs se.⌋ Pontifex ergo interrogauit Jesum de di-
scipulis eius/⁊ de doctrina eius. Respōdit ei Jesus. Ego
palam locutus sum mūdo: ego semper docui in synagogis
⁊ in templo quo omnes iudei conueniunt: ⁊ in occulto locu
tus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q̄ au-
dierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt que dixerim
ego.⌋ Non preterecunda nascitur questio quomodo dixerit
domin⁹ Jesus/ ego palam locutus sum mūdo: et maxime
illud quod ait: in occulto locutus sum nihil. Nonne in hoc
ipso recentiore sermone quem post cenam discipulis est lo-
cutus ait illis: hec in prouerbijs locutus sum vobis: venit
hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis: sed palam
de patre meo annunciabo vobis? Si ergo ipsis coniūctio-
ribus discipulis suis non loquebatur palam: sed horam p
mittebat quando palam fuerat locuturus: quomodo palā
locutus est mundo? Deinde illisipsis sicut aliorum quoq;
euangelistarum testatur auctoritas: in eorū comparatio-
ne qui discipuli eius non erant: multo vtiq; manifestius lo
quebatur: quando cum solis erat remotus a turbis. Tunc
sensum eis ⁊ parabolas aperiebat: quas clausas pferebat
ad alios. Quid est ergo in occulto locutus sum nihil. Sed
intelligendum est ita eum dixisse palam locutus sum mū-
do: ac si dixisset: multi me audierunt. Ipsum autem palam
modo quodam erat palam: modo autem quodam non erat
palam. Palam quippe erat: qz multi audiebant: ⁊ rursum
non erat palam: quia non intelligebant. Et quod seorsum
discipulis loquebatur: non in occulto vtiq; loquebatur.
Quis namq; in occulto loquitur qui coram tot hominib⁹
loquitur: cum scriptum sit. In ore duorum vel triū testium Deu.xvij.
stabit omne verbū: presertim si hoc loquitur paucis: quod
per eos vult innotescere ⁊ multis: sicut ipse dominus ait il
lis quos adhuc paucos habebat. Quod dico vobis in te- Mat.x.
nebris dicite in lumine: ⁊ quod in aure auditis: p̄dicate su
per tecta. Ergo ⁊ hoc ipsum quod ab eo dici videbatur oc
culte: quodammodo non dicebatur in occulto: quia nō ita
dicebatur vt ab eis quib⁹ dictum fuerat taceretur: sed ita
potius vt vsq; quaq; predicaretur. Sic ergo dici potest ali
quid ⁊ palam simul ⁊ non palam: vel in occulto simul ⁊ nō
in occulto: quomodo dictum est: vt videntes videant: ⁊ nō
videant. Quomodo em̄ videant: nisi quia palam non in oc-
culto? Et quomodo idem ipsi rursus non videant: nisi qz
non palam sed in occulto? Ea tamen ipsa que audierant ⁊
non intellexerant: talia erant vt nō possent iuste ac veraci-
ter criminari. Et quotiensumq; interrogando tentarunt
vt inuenirent vnde et accusarent eum sic eis respondit: vt
omnes eorum retunderentur dolī: ⁊ calumnie frustrarent.
Ideo dicebat/ quid me interrogas: interroga eos qui au-
dierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciūt quid dixerim
ego.⌋ Hec autem cum dixisset vnus assistens ministrorum C
dedit alapam Jesu dicens. Sic respondes pontifici? Re-
spondit ei Jesus. Si male locut⁹ sum testimonium perhi-
be de malo: si autem bene quid me cedis?⌋ Quid ista respō
sione verius: mansuetius: iustius? Eius est enim de quo p
phetica vox precesserat. Intēde prospere procede ⁊ regna: pſ.xliij.
propter veritatem ⁊ mansuetudinem ⁊ iustitiam. Si cogi-
temus quis acceperit alapam: nonne vellemus eū qui per-
cussit aut celesti igne consumi: aut terra dehiscente sorberi
aut correptū demonio volutari: aut aliqua hmōi q̄libet pe
na: vel etiā grauiore puniri? Quid ei hoc p potētia iubere
nō potuisset p quē factus est mūdus: nisi patientiā nos do-
cere maluisset qua vincit mūdus? Forte hic dicit aliquis.
Cur non fecit quod ipse pcepit? Percutienti em̄ non sic re
spondere: sed maxillam debuit alteram pbere. Quid qō et Mat. v.

veraciter mansuete iusteq; respondit: ⁊ non solum alteram maxillam iterum percussuro: sed totum corpus figendum preparauit in ligno. Et hinc potius demōstrauit: quod demonstrandum fuit: sua scz magna illa precepta patiētie: nō ostentatione corporis sed cordis preparatione facienda. Fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter prebeat homo: ⁊ iratus. Quanto ergo melius ⁊ respondet vera placatus: ⁊ ad perfectēda grauiora/tranquillo animo sit paratus. Beatus est enim qui in oīb⁹ que iniusta pro iustitia patitur: potest veraciter dicere. Paratum cor meū de⁹ paratum cor meum. Hinc fit quippe quod sequitur. Cātabo ⁊ psalmum dicam domino. Quod paulus ⁊ barnabas: etiam in vinculis durissimis facere potuerūt. Sed ad narrationis euangelice sequentia redeamus. ⌊Et misit eū annas ligatum ad caypham pontificem. ⌋ Ad illum em̄ sicut matthe⁹ dicit ab initio ducebatur: quoniam ipe erat illius anni princeps sacerdotum. Alternos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices id est principes sacerdotum qui erant illo tēpore annas ⁊ cayphas. Quos et lucas euangelista commemorat: narrans quo tēpore ceperit dn̄s a precursore Joanne predicare regnum celorū: ⁊ congregare discipulos. Sic em̄ dicit. Sub principib⁹ sacerdotum anna ⁊ caypha: factum est verbum domini super Joānem zacharie filium in deserto/ ⁊ cetera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebāt. Et erat tunc annus cayphe quando passus est christus. Jdē em̄ Matthеum cum comprehensus esset/ ad eum duct⁹ est: sed pri⁹ ad annam em̄ Joannem venerunt cum illo: non quia collega sed quia socer eius erat. Et credendum est em̄ voluntate cayphe id esse factum: vel etiam dom⁹ eorum ita fuisse positas vt non deberet annas a transeuntibus preteriri. Sed cum dixisset euangelista quod eum ligatū miserit annas ad caypham: reuertus est ad locum narrationis vbi reliquerat petrum: vt explicaret quod ī domo anne de trina eius negatione contigerat. ⌊Erat aut̄ inquit simon petr⁹ stans ⁊ calefaciens se. ⌋ Hoc recapitulat quod ante iam dixerat. Deide que secuta sunt iungit. ⌊Dixerūt ergo ei. Nūquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Negauit ille/ et dixit. Non sum. ⌋ Jam semel negauerat ad ancille vocem: ⁊ ecce iterū eodem timore perterritus negauit. Deinde vt tertia negatio perficeretur ⁊ verbum domini predicentis impleretur. ⌊Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius cui⁹ abscidit petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit petr⁹: ⁊ statim gallus cātauit. ⌋ Ecce medici completa est predictio: egroti cōuicta p̄sumptio. Non em̄ factum est quod iste dixerat: animā meam ponam. sed factum est quod ille predixerat ter me negabis. Sed trina petri negatione completa. tam ⁊ iste sermo compleatur: vt deinceps que de dn̄o apud pontiū pilatum presidem gesta sunt/ ab alio consideremus exordio.

Ps. lvj.

Wa. xxvj

Luce. iij.

Wa. xxvj vbi. ℣. a.

℣. xliij.

Tractatus. cxiiij.

¶Adducunt ergo Jesum ad caypham in pretorium. Erat autem mane et ipsi non introierūt in pretorium vt non contaminarentur sed māducarent pascha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos foras ⁊ dixit. Quā accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos et ſm legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. Nobis non licet interficere quemq̄ vt sermo Jesu impleretur quem dixit: significās qua morte esset moriturus.

A

De cū domino vel de domino nr̄o Jesu christo apud pōtium pilatum presidem gesta sunt. quātum Joannes euāgelista indicat/ deinde videamus. Redit em̄ ad locum narrationis sue vbi eā reliquerat vt explicaret petri negationem. Jam quippe dixerat/ ⁊ misit eum annas ligatum ad caypham pontificem atq; inde regressus euangelista vbi dimiserat petrū calefacientem se ad ignem in atrio: posteq̄ totam eius negationē que ter facta est terminauit: iterū pcurrit ad ordinē hystorie. ⌊Adducunt ergo Jesum inq̄t a caypha in ptoriū. ⌋ Ad caypham quippe ab anna collega ⁊ socero ei⁹ dixerat missum. Sed si ad caypham: cur in pretoriū. Quod nihil aliū vult intelligi: q̄ vbi preses pilatus habitabat. Aut igit̄ ali qua vigēte causa de domo anne quo ad audiendū Jesum ambo conuenerant: cayphas perrexerat ad ptoriū p̄sidis ⁊ socero suo Jesum reliquerat audiendū: aut in domo cyphe pretoriū pilatus acceperat: ⁊ tanta domus erat: vt socius habitantē dn̄m suum: seorsum iudicem ferret. ⌊Erat autem mane. ⁊ ipsi jid est. qui ducebāt Jesū ⌊nō introierūt in pretorium ⌋ hoc est in eam partem domus quam pilatus tenebat. si ipsa erat domus cayphe. Cur autem nō introierunt in pretorium/ exponens causam: ⌊vt non contaminarentur inquit sed vt manducarent pascha. ⌋ Dies agiebant azymorum: quibus diebus contaminatio illis erat in alienigene habitaculum itroire. O impia ⁊ stulta cecitas. Habitaculo videlicet contaminarent̄ alieno: ⁊ non contaminarentur scelere proprio? Alienigene iudicis pretorio contaminari timebant: ⁊ fratris innocentis sanguine fundere non timebant: vt hoc solum interim dicā vbi scuā malorū conscientia tenebantur. Nam q̄ etiā dn̄s erat qui eos impietate ducebatur ad mortem/ ⁊ vite dator occidebatur non eorum conscientie sed ignorantie deputetur. ⌊Exiuit ergo pilatus ad eos foras ⁊ dixit. Quam accusationē affertis aduersus hominem hunc? Responderūt ⁊ dixerunt ei. Si non esset hic malefactor: non tibi tradidissemus eum. ⌋ Interrogentur atq; respondeant ab immūdis spiritib⁹ liberati/ sanati languidi/ leprosi mundati/ surdi audientes/ mutti loquentes/ ceci videntes/ mortui resurgētes. ⁊ quod oīa superat/ stulti sapiētes: vtrum sit malefactor Jesus. Sed ista dicebant de quibus per prophetam iam ipse predixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. ⌊Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum vos: ⁊ ſm legem vestram iudicate eum. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemq̄. ⌋ Quid est q̄ loquitur insana credulitas. An non interficiebant quem interficiendū offerebāt. An forte crux non interficit? Sic desipiunt qui non sectant: sed infectantur sapientiam? Quid est autem. Nobis non licet interficere quēq̄? Si malefactor est: cur non licet? Mōne lex eis precepit: ne malefactoribus presertim qualem istum putabāt a suo deo seductoribus parcant? Sed intelligendū est eos dixisse nō sibi licere interficere quemq̄: ppter festi diei sanctitatem quem celebrare tam ceperāt: propter quem de ingressu pretorij etiam contaminari metuebāt. Ita ne obdurastis falsi jsraelite? Ita ne omnem sēsum nimia malicia perdidistis: vt ideo vos a sanguine innocētis impollutos esse credatis: quia eum fundendum alteri tradidistis? Nā quid ⁊ pilatus illum qui potestati eius a vobis ingerit occidendus: suis est manib⁹ occisurus? Si nō cum voluistis occidi: si non insidiati estis: si non vobis tradendum pecunia comparastis: si non comprehendistis/ vinxistis/ adduxistis/ odistis: si non occidendum manib⁹ obtulistis: vocibus popposcistis: non eum a vobis interfectum esse tactate. Si autem illis omnibus vestris precedentibus factis etiā crucifige crucifige clamastis: audite q̄d contra vos ppheta clamat. Filij hominū dētes eorum arma ⁊ sagitte: et lingua eorum machera acuta. Ecce quibus armis: quibus sagittis: qua machera iustum interfecistis: quando vobis interficere quēq̄ non licere dixistis. Hinc est q̄d ad cōprehendendum Jesum cum sacerdotū non venissent principes sed misissent: lucas tamē euāgelista in eodem narrationis suę loco ait. Dixit aūt ad eos qui venerāt ad se principes sacerdotum ⁊ magistratus templi ⁊ seniores. Quasi ad latronē existis: ⁊ cetera. Sicut ergo principes sacerdotum nō per seipsos sed per eos quos miserant ad comprehēdendū Jesum: quid aliud q̄ ipsi in sue iussionis potestate venerunt: sic oēs qui crucifigēdum Jesum impijs vocibus clamauerunt: non quidem per seipsos eum: sed tamen ipsi per illum qui eorum clamore ad hoc nephas impulsus ē occiderūt. Ō vero Joānes euāgelista subiūgit ⌊vt ſmo iesu ipleret quē dixit: significās q̄ morte esset moriturus. ⌋ Si morte crucis hic velim⁹ accipere: tanq̄ ideo dixerint iudei. Nobis nō li-

Mat. xxvij. ℣. d.

Deu. xxi. ℣. xxiij. B

Psa. xxxiij

Luce. xxij.

Tractatus. cxv.

cet interficere; quēq̄: q⁹ interfici aliud est: aliud crucifigi. non/ video quomodo id possit consequēter intelligi: cū hoc ad pilati verba respōderint quib⁹ eis dixerat. Accipite eū vos: ⁊ ſm legem vestram iudicate eum. Nūquid ergo eum non poterāt accipere: ⁊ ipsi eum crucifigere. Si per tale genus supplicij interfectionē cuiuscq̄ vitare cupiebāt? Quis autem non videat q̄ sit absurdū eis licere quēq̄ crucifige re: quibus non licet quēq̄ interficere: Quid quod ipse dn̄s eandem mortem suam: id est mortem crucis: etiam interfectionem vocat: sicut legim⁹ apud marcū vbi ait. Ecce ascēdimus hierosolimam: ⁊ filius hominis tradet principibus sacerdotum ⁊ scribis: ⁊ damnabunt eum morte: et tradēt eū gentibus ⁊ illudent ei: ⁊ conspuent eū: et flagellabunt eum: et interficiēt eum: ⁊ tertia die resurget. Mimirum ergo ista dicendo significauit dominus qua esset morte moriturꝰ: nō q̄ hic mortem crucis vellet intelligi: sed q̄ eum iudei fuissent gentibus tradituri: hoc est romanis. Nam pilatus romanus erat: eumq̄ in iudeam romani presidem miserant. Vt ergo iste sermo iesu impleretur: id est vt eum sibi traditum gentes interficerent: q̄ iesus futurum esse predixerat ideo pilatus qui iudex romanus erat: cum vellet eum reddere iudeis vt ſm legem suam iudicarent eum: noluerūt eū accipere dicentes. Nobis non licet interficere quēq̄. Ac si impletus est sermo iesu quem de sua morte predixit vt eus a iudeis traditum interficerēt gentes: minore scelere q̄ iudei qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt: non vt eorum innocentia sed vt dementia monstraretur.

Marci. x.

Tractatus. cxv.

¶Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus ⁊ vocauit iesum/ et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respōdit iesus: a temetipso hoc dicis/ an alij tibi dixerunt de me? Respondit pilatus: nunquid ego iudeus sum: gens tua et pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respōdit Jesus. Regnum meū non est de hoc mūdo. Si ex hoc mundo esset regnum meū ministri mei vtiq̄ decertarent vt nō traderer iudeis: nunc autē regnū meū nō est hinc. Dixit itaq̄ pylatus. Ergo rex es tu? Respōdit Jesus. Tu dicis: q⁹ rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pilatus: quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterū exiuit ad iudeos: ⁊ dixit eis. Ego nullam inuenio in eo causam: est autem cōsuetudo vobis vt vnum dimittā vobis in pascha: vultis ergo dimittā vobis regem iudeorū. Clamauerūt rursum omnes dicentes. Non hunc: sed barrabam. Erat autem barrabas latro.

B

Quid pilat⁹ dixerit christo: quid ve pilato ille responderit: isto sermone cōsiderandū atq; tractādum est. Cum enī dictum esset iudeis. Accipite eum vos ⁊ ſm legem vestram iudicate eum: atq; cum illi respondissent. Nobis non licet occidere quemq̄. ⌊Introiuit ergo iterum ī pretorium pilatus: ⁊ vocauit Jesum: ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respōdit Jesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? ⌋ Sciebat vtiq̄ dominus: ⁊ quod ipse interrogauit: ⁊ quid illi responsurus fuit. Sed tamen dici voluit: nō vt ipe nesciret: sed vt scriberetur quod nos voluit vt sciremus. ⌊Respōdit ei pilatus. Nunqd ego iudeus sum. Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respōdit Jesus. Regnū meū nō est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei ✝ decertarent vt non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum nō est hinc. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit. Sed prius nobis demōstrāda fuerat vana hoīm de regno eius opinio: siue gentium/

✝ M. vti

siue iudeorū: a quibus id pylatus audierat: quasi ppterea morte fuisset plectēdus quod illicitum affectauerit regnū vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes: ⁊ vide licet cauendum erat: ne eius regnum siue romanis siue iudeis esset aduersum. Poterat autem dominus quod ait. Regnum meum non est de mundo hoc et cetera. ad primā interrogationem presidis respondere: vbi ei dixit. Tu es rex iudeorum: sed cum vicissim interrogans vtrum hoc a semetipso diceret: an audisset ab alijs: illo respondēte ostēdere voluit hoc sibi apud illum fuisse a iudeis velut crimē obiectum: patefaciens nobis cogitatiōes hominum quas ipse nouerat quia vane sunt: eisq; post responsionem pilati etiam iudeis ⁊ gentibus opportunius aptiusq; respōdens. Regnum meum non est de hoc mundo. Quod si interrogati pilato cōtinuo respondisset: non etiā iudeis sed solis gētibus hoc de se opinantib⁹ respondisse videretur. Nunc ergo quoniam respondit pilatus. Nūquid ego iudeus sum: Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te mihi: abstulit a se suspitionē qua possit putari a semetipso dixisse: q⁹ Jesum regem dixerat esse iudeorū: id se a iudeis audisse demōstrās. Deinde dicendo/ quid fecisti: satis ostendit illud ei pro crimine obiectum. Tanq̄ diceret. Si regem te negas quid fecisti vt tradereris mihi? Quasi mirū non esset si puniēdus iudici traderetur: qui se diceret regem. Si aut̄ hoc nō diceret: querēdum ab illo esset: quid aliud forte fecisset vnde tradi iudici dign⁹ esset: ¶Audite ergo iudei ⁊ gentes. Audi circūcisio: audi preputium: audite oīa regna terrena. Non impedio dominationē vestram in hoc mundo: regnū meum non est de hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo quo herodes ille maior cum christus nat⁹ nunciaretur expauit: ⁊ tot infantes vt ad eum mors peruenire nt occidit: timēdo magis q̄ irascēdo crudelior. Regnū (inquit) meū non est de hoc mūdo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod nō est de hoc mundo: venite credendo: ⁊ nolite seuire metuendo. Dicit quidem in prophetis de deo patre. Ego autem constitutus sum rex ab eo: super syon montem sanctum eius. Sed syon illa: ⁊ mons ille: nō est de hoc mūdo. Quod est em̄ eius regnum nisi credentes in eum: q̄bus dicit. De mundo non estis: sicut ⁊ ego non sum de mundo: q̄uis eos esse velit in mūdo: propter quod de illis dixit ad patrem. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. Unde ⁊ hic non ait. Regnum meum non est in hoc mundo: sed non est de hoc mūdo. Et cum hoc ꝓbaret dicēs. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri vtiq̄ mei decertarent vt nō traderer iudeis: non ait. Nunc autē regnum meū non est hic: sed non est hinc. Hoc est em̄ regnū eius vsq; in finem seculi: habēs inter se commixta zizania vsq; ad messem. Messis enim finis est seculi: quando messores venient: id est angeli: ⁊ colligent de regno eius omnia scandala: quod vtiq̄ non fieret si regnum eius nō esset hic. Sed tū non est hinc: quia peregrinatur in mundo. Regno suo quippe dicit. De mundo non estis: sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mundo: q̄n regnum eius non erant sed ad mundi principē pertinebāt. De mūdo est ergo quic quid hominum a vero quidē deo creatum: sed ex adam vitiata atq; damnata stirpe generatum est. Factum est autē regnū: non tam de mundo/ quicquid inde in christo regeneratum est. Sic em̄ nos deus eruit de potestate tenebrarū: ⁊ trāstulit in regnū filij claritatis sue. De quo regno dicit. Regnum meū non est de hoc mundo: vel regnum meū non est hinc. ⌊Dixit itaq̄ ei pilatus. Ergo rex es tu? Respōdit Jesus. Tu dicis: q⁹ rex sum ego. ⌋ Nō q⁹ regē se timuit confiteri: sed tu dicis: ita libratum est vt neq; se regem neget. Rex est em̄ cuius regnum nō est de hoc mūdo: neq; regem talem se esse fatetur: cuius regnum putetur esse de hoc mūdo. Talem q̄ppe ille sentiebat q̄ dixerat. Ergo rex es tu? cui responsum est: tu dicis quia rex sum ego. Dictum est ei tu dicis: ac si dictum eēt: carnalis carnaliter dicis. ¶Deinde ait. ⌊Ego in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. ⌋ Non est producēda hui⁹ ꝓnominis syllaba q̄ ait in hoc nat⁹ sum: tāq̄ dixerit in hac renat⁹ sum: sed corripēda tāq̄ dixerit ad hāc rē natus sum: vel ad hoc natus sum: sicut ait: ad hoc veni in mūdū. In greco nāq; euāgelio nihil est hui⁹ locutionis ambi

Mat. ij.

Psal. ij.

℣. viij. c.

℣. xvij. d.

Wat. xiij

℣. xv. c.

Col. j.

C

guum:vnde manifestū est eū temporalē natiuitatē suā hic cōmemorasse:qua incarnatus venit in mundū: nō illam si-
ne initio qua deus erat:per quē pater cōdidit mundū. In
hoc ergo se dixit natum:id est ꝓpter hoc natū/ & ad hoc ve-
nisse in mundū: vtiqꝫ nascēdo de virgine:vt testimoniū per
hibeat veritati. Sed qz non oim est fides. adiūxit atqꝫ ait.
⁊ Dis qui est ex veritate:audit vocem meam.⁊ Audit vtiqꝫ
interioribus auribꝰ: id est obaudit me voci:quod tm̄dem
valeret:si diceret/credit mihi. Cum itaqꝫ christus testimo
nium perhibeat veritati: ꝓfecto testimoniū perhibet sibi.
supra.x. Eius quippe vox est. Ego sum veritas. Et alio loco. Ego
S.viij.c. testimonium perhibeo de me. Ō vero ait. Omnis q̄ est ex
veritate audit vocem meā: gratiam ꝓmendauit:qua scōm
Rom.viij ꝓpositum vocat. De quo proposito dicit apostolus. Sci
mus qm̄ diligentibus deum oīa cooperantur in bonum
his qui scōm propositū dei vocati sunt: ꝓpositū scilicet vo
cantis nō vocatoꝝ. Ō alibi apertius ita positū est. Cōla-
boro euāgelio scōm virtutem dei saluos nos faciētis & vo-
cantis vocatione sua sancta/nō m̄m opera nr̄a sed m̄m suuꝫ
ꝓpositum & gr̄am. Nam si naturam cogitemus in q̄ crea
ti sumus/cū omnes veritas creauerit/ quis nō est ex ꝟitate.
Sed non omnes sunt quibus vt audiant veritatē:hoc ē vt
obediant veritati & credāt in veritatē/ex ipsa veritate pre
statur nullis ꝑcuidubio precedentibꝰ meritis:ne gr̄a non
sit gratia. Si em̄ dixisset:oīs qui audit meam voluntatē
ex veritate est:ideo dictus ex veritate putaret quīā obtem
perat veritati. Non autē hoc ait sed ait:oīs q̄ est ex verita-
te/audit meam vocē. Ac per hoc nō ideo est ex ꝟitate qz
eius audit vocē: sed ideo audit:qz ex veritate est: id est qz
hoc illi donum ex veritate collatū est. Ō quid est aliud q̄ꝫ
donante christo credit in christū: ⁊ Dixit ei pilatꝰ. Quid ē
veritas:⁊ Nec expectauit audire respōsum: ⁊ sed cum hoc
dixisset iterū exiuit ad iudeos & dixit eis. Ego nullā inue-
nio in eo causam. Est aūt ꝓsuetudo vobis: vt vnū dimittā
vobis in pasca. Vultis ergo dimittā vobis regē iudeoꝝ:⁊
Credo cum dixisset pilatus quid est veritas: in mētem illi
venisse ꝓtinuo ꝓsuetudinē iudeorū qua solebat eis dimitti
vnus in pasca:& ideo nō expectauit vt respōderet ei Jesus
quid esset veritas:ne mora fieret cū recoluisset morem quo
posset eis per pasca dimitti:qō eum valde voluisse manife-
stum est. Quelli tamē ex eius corde nō potuit Jesum regē
esse iudeorū: tanq̄ hoc ibi sicut̄ titulo ipsa veritas fixerit
de qua q̄d esset interrogauit. Sed hoc audito⁊ clamauerūt
rursum oēs dicētes. Non hūc sed barrabam. Erat aūt bar
rabas latro.⁊ Non reprehēdimus o iudei qō per pasca libe
ratis nocentē:sed qō occidistis innocētem. Quod tamē ni-
si fieret/verū pasca nō fieret. Sed vmbra veritat⁊ a iudeis
errantibꝰ tenebat:& mirabili dispēsatione diuine sapientie
per homines fallaces eiusdē vmbre veritas implebat:qz vt
verum pasca fieret x̄ps velut ouis immolabat. Hinc ea se-
quuntur que iniuriosa x̄po pilatus & cohors eius ingessit:
sed alia disputatione tractanda sunt.

Tractatus.cxvj.

Ca.xix. ¶Tunc ergo apprehēdit pilatus iesum & flagel-
lauit:& milites plectētes coronā de spinis impo-
suerunt capiti eius:& veste purpurea circundede
runt eum:& veniebant ad eū/& dicebant. Aue rex
iudeorū. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatꝰ
foras:& dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras
vt cognoscatis qz in eo nullam inuenio causam.
Exiuit ergo iesus portans spineam coronam: et
purpureum vestimentum:& dicit eis. Ecce homo
¶Cū ergo vidissent eū pōtifices & ministri: clama-
bant dicentes. Crucifige crucifige eu⁊. Dicit eis
pilatus. Accipite eū vos & crucifigite. Ego enim
non inuenio in eo causam. Respōderunt ei iudei.
Nos legem habemus:& m̄m legem debet mori:qz
filium dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hunc
sermonē:magis timuit. Et ingressus est in ꝓtoriū iterū:& dicit ad iesu⁊. Unde es tu? Jesus au
tem respōsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus.
Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem ha
beo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere
te? Respōdit iesus. Non haberes potestatem ad-
uersum me vllam:nisi tibi esset datū desuper: pro
pterea qui me tradidit tibi maius peccatū habet
Et exinde querebat pilatꝰ dimittere eum. Judei
aūt clamabant dicētes. Si hūc dimittis: non es
amicus cesaris. Omnis em̄ qui se regem facit cō-
tradicit cesari. Pilatꝰ ergo cum audisset hos ser
mones adduxit foras iesum: & sedit ꝑ tribunali
in loco qui dicitur licostratos: hebraice aūt gaba
tha. Erat aūt parasceue pasche hora quasi sexta.
Et dicit iudeis. Ecce rex v̄r. Illi autē clamabant
Tolle tolle:crucifige eū. Dixit eis pilatus. Regē
vestrum crucifigam. Respōderūt pōtifices. Nō
habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradi-
dit eis illum vt crucifigeretur.

¶Cum iudei clamassent non iesum sibi a pilato di-
mitti velle per pasca:sed barrabā latronē. nō sal-
uatorē sed interfectorē: nō datorē vite sed ādem
ptorē.⁊ Tūc apprehēdit pilatus iesum & flagella
uit.⁊ Hoc pilatus non ob aliud fecisse credendus est:nisi vt
eius iniurijs iudei satiati sufficere sibi existimarent:& vsq
ad eiꝰ mortē seuire desisterēt. Ad hoc pertinet qō idem pre
ses cohortē suā etiā ꝑmisit facere que sequūtur: aut fortasis
& iussit:ꝙuis hoc euāgelista tacuerit. Dixit em̄ q̄d dein-
de fecerint milites:pilatū tamē id iussisse nō dixit.⁊ Et mi
lites(inq̄t) plectētes coronā de spinis iposuerūt capiti eiꝰ.
et veste purpurea circūdederūt eū:& veniebant ad eū & dō
cebant. Aue rex iudeorū. Et dabāt ei alapas.⁊ Sic imple
bant q̄ de se prędixerat x̄ps. Sic martyres ꝑfici habent
tur ad oīa q̄ ꝑsecutores libuisset facere perferēda. Sic pa
lisper occultata tremēda potētia: cōmēdabat ꝓlixitās
da patientia. Sic regnū qō de hoc mūdo non erat: superbū
mundū nō atrocitate pugnādi:sed patiēdi humilitate vin-
cebat. Sic illud granū multiplicādū seminabat horribili
cōtumelia:vt mirabili pullularet in gloria.⁊ Exijt iterū pi
latus foras:& dicit eis. Ecce adduco eū foras:vt cognosca
tis qz in eo nullā causam inuenio. Exijt ergo iesus portās
spineam coronā & purpureū vestimētū. Et dicit eis. Ecce
homo.⁊ Nic apparet non ignorāte pilato hec a militibꝰ fa
cta:siue iusserit ea/siue permiserit:illa scilicet causa quā fu
ꝑa dixim⁹:vt hec eius ludibria inimici libētissime biberēt
et vlterius sanguinē non stitirēt. Egredit ad eos iesus por
tans spineam coronā & purpureū vestimētū: nō clarus im-
perio sed plenus opprobrio. Et dicit eis. Ecce homo. Si
regi inuidetis:tam parcite qz deiectū videtis. Flagellatus
est:spinis coronat⁹ est:ludibrioſa veste amictus est:amaris
cōuiciꝭ illusus est:alapis cesus est:feruet ignominia:frige
scat inuidia:sed non frigescit:inardescit potius & increscit.
⁊ Cū ergo vidissent eū pōtifices & ministri clamabāt dicen
tes Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatꝰ. Accipite eum
vos & crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Re-
sponderūt ei iudei Nos legem habemus:& m̄m legem debet
mori: quia filium dei se fecit.⁊ Ecce altera mater inuidia.
Parua quippe illa videbatur velut affectate illicito aut
regie potestatis:& tamen neutrū sibi iesus mēdaciter vsur
pauit:sed vtrūq̄ verum est. Et vnigenitus dei filius:& rex
ab eo cōstitutꝰ sup syon montē sanctū eius:& vtrūq̄ nūc de
mōstraret:nisi q̄to erat potētior tāto mallet esse patiens
⁊ Cū ergo audisset pilatus hoc † verbū magis timuit:et in
gressus est prętoriū iterū & dicit ad iesum. Unde es tu? Je-
sus aūt respōsum nō dedit ei.⁊ Hoc silentiū dn̄i nostri iesu
x̄pi non semel factū collatis omnium euangelistarū narra-
tionibus reperit:& apud principes sacerdotū & apud hero
dem:quo cū sicut Lucas indicat miserat pilatꝰ audiendū
& apud ipsum pilatū: vt nō frustra de illo noberis precesse

rit:sicut agnus coram tondēte se sine voce: sic nō aperuit os
suū:tunc vtiqꝫ q̄n interrogātibus nō respondit. Quis em̄
quibusdā interrogationibꝰ sepe respondentit: tm̄ ꝓpter illa
in quibꝰ noluit respōdere ad hoc data est de agno similitu-
do:vt in suo silentio nō reꝰ sed innocens haberet. Cū ergo
iudicaret vbicūq̄ nō aperuit os suū sicut agnꝰ nō aperuit
id est nō sicut male sibi cōscius qui de peccatis ꝓuincebat
suis:sed sicut mā suetus qui ꝓ peccatis īnolebat alienis.
⁊ Dicit ergo ei pilatꝰ. Mihi non loq̄ris? Nescis q̄ potesta
tem habeo crucifigere te:et potestatē habeo dimittere te?
Respondit Jesus. Non haberes aduersum me ptātē vllā
nisi tibi datū cēt desuper. Ꝓpterea qui me tradidit tibi:
maius peccatum habet.⁊ Ecce respōdit:et tm̄ vbicūq̄ non
respōdit:nō sicut reus siue dolosus:sed sicut agnus:hoc est
sicut simplex atqꝫ innocēs nō aperuit os suū. Proindevbi
nō respōdebat sicut ouis silebat: vbi respondebat sicut pa
stor docebat. Discam⁹ ergo qō dixit qō & per apl'm docuit:
qz nō est potestas nisi a deo. Et qz plus peccat qui potesta-
ti innocentē occidendū liuore tradit:q̄ꝫ potestas ipsa si eū
timore alterius maioris potestatis occidit. Talē q̄ppe pi-
lato deus dederat potestatē:vt etiam esset sub cesaris pote
state. Quapropter nō haberes(inquit)aduersum me pote-
statē vllam:id est quantulācūq̄ habes:nisi hoc tibi ꝑ quidē
tibi esset datū desuper. Sed qm̄ scio q̄tum sit:nō em̄ tantū
est vt tibi oīmodo liberū sit. Ꝓpterea qui tradidit me ti
bi:maius peccatū habet. Ille quippe me tue potestati tra-
didit inuidēdo:tu vero eandē potestatē i me exercitur⁹ es
metuendo. Nec timendo quidē ꝑsertim innocentē homo
bolem debet occidere:& tm̄ id zelando facere multo magis
malū est q̄ timendo. Et ideo non ait verax magister/q̄ me
tradidit tibi ipse habet peccatū tanq̄ ille non haberet:sed
ait maius habet peccatū vt etiā se habere intelligeret. Ne
q̄ em̄ ꝓpteream illud nullū est: qz hoc maius est.⁊ Exinde
querebat pilatus dimittere eū.⁊ Quid est hoc quod dictū
est exinde? Quasi antea nō querebat? Lege superiora & in
uentes iam vndū cum ardere dimittere Jesū. Exide itaqꝫ
intelligendū est ꝓpter hoc:id est ex hac causa ne haberet
peccatū occidendo innocentē sibi traditū:ꝙuis min⁹ pec-
cans q̄ꝫ iudei qui eū illi tradiderant occidendū. Exinde q̄
id est ideo ne hoc peccatum faceret:nō nunc ꝓmū: sed ab
initio querebat eū dimittere.⁊ Judei autē clamabāt dicē-
tes. Si hūc dimittis:non es amicus cesaris. Omnis em̄ qui
se regem facit cōtradicit cesari.⁊ Maiorem timorē se inge-
rere putauerunt pilato terrēdo de cesare vt occideret chri
stum:q̄ꝫ superius vbi direrunt. Nos legem habem⁹ & m̄m
legem debz mori:quia filiū dei se fecit. Eorū legē quippe il
le nō timuit vt occideret:sed magis filiū dei timuit ne occi
deret. Nūc vero nō sic potuit ꝓtemnere cesarē auctorē po-
testatis sue:quēadmodū legem gētis aliene. Adhuc tamē
euāgelista sequit & dicit.⁊ Pilatus autē cum audisset hos
sermones:adduxit foras Jesum:& sedit ꝑ tribunali i loco
qui dicit licostratos/hebraice autē gabatha. Erat aūt pa-
rasceue pasce hora q̄si sexta.⁊ Qua hora sit dn̄s crucifixus
ꝑpter euāgeliste alteri⁹ testimoniū qui dixit. Erat autem
hora tertia & crucifixerunt eū: quonīā magna disceptatio
solet ꝓboriri:cum ad ipm̄ locū vbi crucifixus narrat ventū
fuerit:vt potuerim⁹ si dn̄s voluerit disserem⁹. Cum ꝙ pro
tribunali sedisset pilatꝰ⁊ dixit iudeis. Ecce rex vester. Illi
autē clamabant. Tolle tolle:crucifige eū. Dixit eis pilatꝰ.
Regem v̄m crucifigam:⁊ Adhuc terrorē quē de cesare in-
gesserāt superare conat:de ignominia eoꝝ volēs eos fran-
gere dicendo. Regem v̄m crucifigā? quos de ignominia
christi mitigare nō potuit:sed timore mox vincit.⁊ Respō-
derunt pōtifices. Non habemus regē nisi cesarem. Tūc ꝙ
tradidit eis illum vt crucifigeret.⁊ Apertissime quippe cō-
tra cesarem venire videret:si regem se non habere nisi cesa
rem ꝓfitentibus/alium regem vellet intelligere dimitten-
dum impunitū: quē ꝓpter hos ausus et tradiderāt occi-
dendū. Tradidit ergo eis illū vt crucifigeret. Sed nūqd
aliud & ante cupiebat quādo dicebat:accipite eū vos:& cru
cifigite. Vel etiā superius/ accipite eū vos & m̄m legem ve-
stram iudicate eū? Cur aūt illi tātopere noluerūt dicētes.
Nobis nō licet interficere quēq̄:& oīni modo instantes vt
nō ab eis sed a ꝑside occideret. Et ideo eū occidēdum ac-
cipere recusantes:si nūc eum acciꝑūt occidendū? Aut si ꝙ
non fit:cur dictū est:tūc ergo tradidit eis illū vt crucifige-
retur? An aliquid interest? Plane interest. Non est em̄ dic-
tum:tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigerēt eū:ſz vt cru
cifigeretur.i. vt iudicio ac potestate ꝑsidis crucifigerēt.
Sed ideo illis traditū dixit euāgelista:vt eos crimine im-
plicatos a quo alieni esse conabant ostenderet. Non em̄ fa-
ceret hoc pilatus:nīſ vt id quod eos cupere cernebat iple-
ret. Ō autē sequit.⁊ Susceperūt aūt Jesum et eduxerūt⁊ s.xix.d.
potest ad milites iam referri: apparitores ꝑsidis. Nam
postea euidētius dicit:milites ergo cum crucifixissent eū.
Quis euangelista etiā si totū iudeis tribuit/ merito facit.
Ipsi enim susceperunt qō auidissime flagitauerūt:& ipsi fe
cerunt quicquid vt fieret extorserūt. Sed hec sequētia alio
sermone iam tractanda sunt.

Tractatus.cxvij.

¶Susceperūt autē iesū:& eduxerūt eū. Et baiu-
lans sibi crucē:exiuit i eum qui dicit caluarie lo-
cū:hebraice golgotha:vbi eū crucifixerunt:et cū
eo alios duos hinc et hinc:medium autē Jesum.
Scripsit autem & titulū pilatus/ et posuit super
crucē. Erat aūt scriptū. Jesus nazarenus rex iu-
deorū. ¶Hunc ergo titulū multi legerūt iudeorū:
qz ꝓpe ciuitatem erat locus vbi crucifixꝰ est Je-
sus. Et erat scriptū hebraice/grece/et latine. Di-
cebant ergo pilato pontifices iudeoꝝ. Noli scri-
bere rex iudeorum:sed quia ipse dixit rex sum iu
deorum. Rndit pilatus:quod scripsi scripsi.

A

Adicante atqꝫ vānante pilato pro tribunali do-
minū Jesum christū hora quasi sexta ⁊ susceper
† et eduxerūt: ‡ & baiulans sibi crucē exijt in eū †Alia lit.
qui dicit caluarie locū: hebraice autē golgotha/ sūt iesum
vbi crucifixerūt eū.⁊ Quid est ergo qō marcus euāgelista ‡ Al'.eum
dicit. Erat autē hora tertia & crucifixerunt eū: nisi qz hora War.xv.
tertia crucifixꝰ est dn̄s linguis iudeoꝝ:hora sexta manib⁹
militum: vt intelligam⁹ horam quintā iam fuisse transactā
& aliquid de sexta ceptum quādo sedit ꝑ tribunali pilatꝰ:
que dicta est a Joanne hora quasi sexta. Et cū duceret vt
in ligno cū duobꝰ latronibus cōfigeretur:& iuxta eius cru-
cem gererētur q̄ gesta narrant/hora sexta integra comple-
retur:ex qua hora vsqꝫ ad nonā sole obscurato/tenebras fa
ctas trīū euangelistarum. matthei/marci/& luce ꝓtestatur
auctoritas. Sed qm̄ iudei facinꝰ interfecti christi a se i ro- Matthei.
manos:id est in pilatū & eius milites trāsferre conati sunt: xxvij.
ꝓpterea marcꝰ supprimit ea hora qua christꝰ a militibꝰ cru War.xv.
cifixus est que agi sexta iam ceperat:tertiā potiꝰ hora esse Lu.xxiij.
recordatus expressit:qua hora intelligunt apud pilatū cla
mare potuisse:crucifige crucifige:vt non illi tantū repiant
crucifixisse Jesum:id ē milites qui eū ligno sexta hora su-
spenderūt:verūetiam iudei qui vt crucifigerēt hora tertia
clamauerunt. Est & alia hui⁹ solutio questionis: vt nō hic
accipiat hora sexta diei:qz nec Joānes ait. Erat aūt hora s.tracta.
diei quasi sexta:sed ait/erat aūt parasceue pasce hora qua- cxvj.c.
si sexta. Parasceue aūt latine ꝓparatio est. Sed istover-
bo greco libētius vtuntur iudei in huiusmodi obſuation
bus:etiā qui magis latine q̄ꝫ grece loquunt. Erat aūt pre-
paratio pasce. Pasca vero nr̄m sicut dicit apostolus:imo-
latus est christus. Cui⁹ pasce ꝓparatione si ab hora noctis j.Cor.v.
nona cōputemus:tūc eni vident principes sacerdotū pro-
nunciasse immolationē dn̄i dicētes. Reus est mortis/ cum
adhuc in domo pontificis audirēt vnde ꝓgruenter accipit
inde cepisse ꝓparationē veri pasce cuius vmbra erat pa-
sca iudeoꝝ:id est immolationis christi/ex quo⁹ sacerdoti-
bus ꝓnūciatus est immoland⁹: ꝓfecto ab ea noctis hora q̄
tunc nona fuisse conijcitur vsqꝫ ad horā diei tertiam q̄ cru
cifixum esse christū/marcus euāgelista testat: sex hore sūt:
tres nocturne:& tres diurne. Unde in hac parasceue pasce
id est ꝓparatione immolationis x̄pi q̄ ab hora noctꝫ nona ce
perat/q̄si sexta agebat hora.i. pacta q̄nta tā sexta currere
cepat q̄n pilatꝰ tribunal ascēdit. Adhuc ei erat ipa ꝓpara
tio q̄ ab hora noctꝫ nona ceperat donec fieret q̄ ꝓparabat

xpi immolatio: que facta est hora tertia fm marcũ/non preparationis sed diei: eadẽq; sexta nõ diei sed preparatiõis. Sex vtiq; horis a noctis nona vsq; ad diei tertiam computatis: harum duarum solutionũ istius difficilis questiõis eligat quisq; quã volet. Melius aũt quid eligat iudicabit qui de cõsensu euangelistaꝝ que opositissime disputata sunt legerit. Q̃ si et alie solutiones ei potuerint inueniri: cum latius euãgelice veritatis constãtia defendi ab aduersus calũnias infidelis atq; impie vanitatis. Hũc ad narrationẽ Joãnis euangeliste post ista breuiter tractata redeamus.

Susceperũt aũt (inq̃t) Jesũ z eduxerũt: z baiulãs sibi crucem exijt in eũ qui dicit caluarie locũ/hebraice golgotha: vbi crucifixerũt eũ. Erat ergo ad locũ vbi fuerat crucifigẽdus: portãs crucẽ suã Jesus grãde spectaculũ. Sed si spectat impietas/grãde ludibriũ. Si pietas: grãde mysteriũ. Si spectet impietas: grande ignominie documẽtũ. Si pietas: grãde fidei munimentũ. Si spectet impietas: ridet regẽ p virga regni lignũ: sui portare supplicij. Si pietas: videt regẽ baiulantẽ lignum ad semetipsum figendũ: qõ fixurus fuerat etiã in frontib⁹ regũ: in eo spernẽdus oculis impiorũ: in quo erant gloriatura corda sanctoꝝ. Dicturo eñ paulo. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu christi: ipsam crucem suam suo gestans humero cõmendabat: z lucerne arsure q̃ sub modio ponenda nõ erat/cãdela bũ ferebat. Baiulans ergo sibi crucẽ exijt in eũ qui dicit caluarie locũ hebraice golgotha: vbi eũ crucifixerũt: z cũ eo alios duos hinc z hinc: mediũ aũt Jesum. Jsti duo latrones erant sicut alioꝝ euãgelistaꝝ narratione didicim⁹ cũ quib⁹ crucifixus et inter quos fixus est christ⁹. De quo premissa dixerat pphetia. Et inter iniquos deputatus est. Scripsit aũt et titulũ pilatus: z posuit super crucẽ. Erat aũt scriptũ. Jesus nazarenꝰ rex iudeoꝝ. Hunc ergo titulũ multi legerũt iudeoꝝ: q̃ ppe civitas erat locus vbi crucifix⁹ est Jesus. Et erat scriptũ hebraice/grece/z latine: Rex iudeorum. Ge quippe tres lingue ibi pre ceteris eminebãt. Hebrea ppter iudeos in dei lege gloriãtes. Greca propter gentiũ sapientes. Latina ppter romanos: multis ac pene oibus tã tũc gentib⁹ imperãtes. Dicebãt ergo pilato põtifices iudeorũ. Noli scribere rex iudeorũ: sed q̃ ipse dixit rex sum iudeorũ. Respõdit pilatus. Q̃d scripsi scripsi. Jneffabilẽ vim diuine operationis: etiã in cordibus ignoratium. Nõne occulta vox quedã pilato int⁹ quodam si dici potest clamoso silentio psonabat: qõ tãto ante in psalmoꝝ litteris pphetatũ est? Ne corrũpas tituli inscriptionẽ. Ecce tituli inscriptionẽ nõ corrũpit: qõ scripsit scripsit. Sed etiã pontifices qui hoc corrũpi volebant: qd dicebant? Noli scribere (inq̃unt) rex iudeoꝝ: sed quia ipse dixit: rex sum iudeorũ. Quid loquimini insani: quid fieri ꝓtradictis: qõ mutare nullo pacto potestis? Nunqd enĩ ppterea nõ erit verũ: q̃ Jesus ait: rex sum iudeoꝝ? Si corrũpi non potest qõ pilatus scripsit: corrũpi potest qõ veritas dixit: sed iudeorũ tantũ rex est christus an z gentiũ? Jmmo et gentiũ. Cũ enim dixisset in pphetia. Ego aũt ꝓstitutus sum rex ab eo super syon montẽ sctm eius predicans preceptũ ei⁹: ne ppter montẽ syon solis iudeis eum regẽ quisq; diceret cõstitutũ: ptinuo subiecit. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me z dabo tibi gẽtes hereditatem tuã: z possessionẽ tuã terminos terre. Vnde z ipse iam per os ppriũ loquens apud iudeos. Habeo (inq̃t) alias oues que nõ sunt de hoc ouili: oportet me z ipsas adducere z vocẽ meam audiẽt: z fiet vnus grex z vn⁹ pastor. Cur ergo magnũ volum⁹ intelligi i hoc titulo sacramentũ in quo scriptũ erat rex iudeoꝝ: si rex est christus z gentiũ? Quia scz oleaster factus est particeps pinguedinis olee: nõ olea particeps fcta est amaritudinis oleastri. Mã in eo qõ de christo veraciter scriptũ est in titulo rex iudeoꝝ: q̃ sunt intelligendi iudei: nisi semen abrae filij ꝓmissionis: q̃ sunt etiam filij dei? Ẽm nõ qui filij carnis ait apostolus hi filij dei: sed qui filij ꝓmissionis deputant⁹ in semine. Et gentes erant quib⁹ dicebat. Si aũt vos christi: ergo abrae semen estis: fm ꝓmissionem heredes. Rex ergo iudeorũ christus sed iudeorũ circũcisione cordis: spiritu nõ littera. Quorũ laus nõ ex hominib⁹ sed ex deo est: pertinentiũ ad hierusalem liberam matrẽ nostram eternã in celis: saram spũalem ancillam z filium eius de domo libertatis eficientẽ. Ideo eñ pilatus qõ scripsit scripsit: quia dñs qõ dixit dixit.

Tractatus.cxviij.

Milites ergo cum crucifixissent eũ acceperũt vestimenta eius z fecerunt quattuor partes vnicuiq; militi partem z tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper cõtexta per totum. Dixerũt ergo ad inuicem. Non scindam⁹ eam sed sortiamur de illa cuius sit vt scriptura impleret dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meam miserunt sortem.

Hec que gesta sunt iuxta crucẽ dñi cũ iam crucifixus esset: isto ẽptum dñs adiuuat sermone tractemus. Milites ergo cũ crucifixissent eũ: acceperũt vestimẽta ei⁹ z fecerũt quattuor partes: vnicuiq; militi partẽ z tunicã. Erat aũt tunica inconsutilis: desuper cõtexta per totũ. Dixerũt ergo ad inuicem. Non scindamus eã sed sortiamur de illa cui⁹ sit vt scptura ꝓ: impleatur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: et in vestem meã miserunt sortẽ. Factũ est qõ voluerũt iudei: non ipli sed milites q̃ parebat pilato iudicãte ipso crucifixerũt Jesum. Et tamen si volũtates: si insidias: si operã: si traditionem. postremo si extoꝝ quẽtes clamores coꝝ cogitem⁹ magis vtiq; iudei crucifixerũt Jesum. Sed de partitiõe z sortitione vestimentoꝝ ei⁹ nõ est ptereũter loquendũ. Quis enim oẽs euangeliste quattuor hui⁹ rei memineri: ceteri tũ breuius ẽptum Joãnes: sed clause illi: iste vero apertissime. Mã matthe⁹ ait. Postq̃ aũt crucifixerũt eũ: diuiserũt vestimenta eius sortẽ mittẽtes. Marcus. Et crucifigẽtes eũ diuiserũt vestimẽta eius mittẽtes sortẽ sup eis quis quid tolleret. Lucas. Diuidẽtes vero vestimẽta ei⁹: miserũt sortes. Joannes aũt et quot partes de vestimentis eius fecerunt dixit: id est quattuor: vt singulas tollerent. Hũ apparet quattuor milites fuisse: q̃ in eo crucifigẽdo ꝓfidi parurũt. Manifeste q̃ppe ait. Milites ergo cũ crucifixissent eũ acceperũt vestimenta eius/z fecerũt quattuor partes: vnicuiq; militi partẽ/z tunicã: subaudiendũ est acceperũt: vt iste sit sensus. Acceperũt vestimenta eius z fecerũt quattuor partes: vnicuiq; militi partẽ: acceperũt z tunicã. Et sic locutus est vt de ceteris vestimẽtis nullã sortẽ missam esse videam⁹: sed de tunica quã simul cũ ceteris acceperũt sed non similiter diuiserũt. De hac ei sequit exponens. Erat autẽ tunica inconsutilis: desuper ptexta per totũ. Cur autem de illa sortẽ miserunt narrans: dixerũt (inquit) ergo ad inuicem. Non scindam⁹ eã: sed sortiamur de illa cuius sit. Apparet itaq; i aliis vestib⁹ equales eos habuisse partes: vt sortiri necesse non fuerit. In illa vero vna nõ eos habere potuisse singulas partes: nisi scinderet z pannos eius inutiliter tollerẽt: qõ ne facerẽt ad vnũ eam peruenire sortitione maluerũt. Hui⁹ euãgeliste narrationi ꝓsonat etiã ppheticũ testimoniũ: qõ z ipse cõtinuo subiũgens ut scriptura (inq̃t) impleret dicens. Partiti sunt vestimẽta mea sibi: z in vestem meã miserũt sortẽ. Non eñ ait sortiti sed partiti sunt: nec ait sortiẽtes partiti sunt: sed i ceteris vestimentis sortem oĩno non nominãs. Postea dixit/z in veste meam miserũt sortem: ppter illã reliquam tunicã. Ge qua re dicam qõ ipse donauerit: cũ pzi⁹ eam que oblatri potest tanq̃ euãgeliste inter se discrepẽt calumniam propulsauero: demonstrãs nullius ceterorum verba narrationi Joãnis esse cõtraria. Matthe⁹ enim dicendo. Diuiserunt vestimenta eius sortem mittẽtes: ad totam diuisionem vestimẽtorum voluit intelligi etiam illã tunicam pertinere: de qua sortem miserunt: q̃ vtiq; omnes vestes diuidendo in quib⁹ et illa fuit: de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam qõ ait Lucas: diuidentes vestimenta eius miserũt sortes. Diuidentes enim venerũt ad tunicam de qua est facta sortitio: vt inter eos vniuersa vestimentoꝝ eius diuisio compleret. Quid aũt interest vtrũ dicat: diuidẽtes miserũt sortes: qõ ait lucas: an diuiserũt sortẽ mittẽtes qõ ait matthe⁹: nisi q̃ lucas dicẽdo sortes pluralẽ ꝓ singulari nũero posuit: que locutio in scripturis sanctis insolita non est: quis nominũ

ll codices sortẽ reperient habere nõ sortes? Marcus itaq; solus videt aliquã intulisse questionẽ. Dicendo eñ mittentes sortem sup eis qd tolleret: tanq̃ sup oibus vestimentis non sup sola tunica sors missa sit locut⁹ videt. Sed hic etiã breuitas obscuritatẽ facit. Sic eñ dictũ est mittẽtes sortẽ super eis: ac si diceret: mittentes sortẽ cũ diuiderent: qõ est factũ est. Omniũ quippe vestimentoꝝ eius diuisio cõpleta non esset nisi sorte claruisset: qs etiaz illam tunicã tolleret: vt sic cõtentio diuidentiũ finiret / vel nulla potius oriret. Quod ergo ait: quis qd tolleret: quãdo quidẽ hoc sorti deputat: non ad omnia q̃ diuisa sunt vestimenta referendum est. Sors eñ missa est qõ illam tunicã tolleret: de qua quoniam narrare ptermisit qualis fuerit: z quẽadmodũ equalibus factis partib⁹ sola remãserit: q̃ ne conscinderet ventret in sortẽ: p eo posituz est quod ait. Quis quid tolleret. i. quis eã tolleret: tanq̃ si totũ ita diceret. Diuiserũt vestimẽta eius mittentes sortẽ super eis: quis tunicã que partib⁹ equalib⁹ supfuerat tolleret. Querat forte aliquis quid significet in tot partes vestimẽtoꝝ facta diuisio: z de tunica illa sortitio. Quatripartita vestis dñi iesu xpi: quatriparti tam figurauit eius ecclesiaz: toto scz qui quattuor partib⁹ cõstat terrarũ orbe diffusam: z oibus eius sdẽ partib⁹ equaliter. i. cõcorditer distributam. Propter qõ alibi dicit missurum se angelos suos: vt colligat electos ei⁹ a quattuor ventis. Quod qd est: nisi a quattuor partib⁹ mũdi: oriente: occidente: aquilone: z meridie? Tunica vero illa sortita oĩm ptum significat vnitatẽ: q̃ charitatis vinculo cõtinetur. De charitate aũt locutur⁹ apls. Supereminentiorẽ (inq̃t) viã vobis demõstro. Et alio loco ait. Cognoscere etiã supemminentem scientie charitatẽ xpi. Jtẽq; alij. Sup omnia aũt hec charitatẽ: q̃ est vinculũ perfectionis. Si ergo charitas z supereminentiorẽ habet viã: z supeminet scientie: z super oĩa precepta est: merito vestis qua significat desuper cõtexta perhibet. Jncõsutilis aũt ne aliquãdo dissuat: et ad vnũ peruenit quia in vnũ oẽs colligit: sicut in apostolis cũ esset etiã ipe numer⁹ duodenarius. i. quadripartitus interDur.xvj. nos: et oẽs essent interrogati solus petrus respõdit/tu es christ⁹ filius dei viui: z ei dicit. Tibi dabo claues regni celorũ: tanq̃ ligandi et soluẽdi solus acceperit ptãtem: cũ et illud vnus pro oibus dixerit: z hoc cũ oĩbus tanq̃ personam gerẽs ipsi⁹ vnitatis acceperit. Jdeo vnus ꝓmitt⁹: quia vnitas est in oibus. Vnde et hic cum dixisset/desuper cõtexta: addidit per totũ. Q̃d si referam⁹ ad id qõ significat/nemo eius est expers qui pertinere ad totũ inueniatur a q̃ toto sicut greca indicat lingua/catholica vocat ecclesia. In sorte aũt quid nisi vel gratia cõmendata est? Sic quippe in vno ad oẽs peruenit: cũ sors quoq; oibus placuit: quia et dei gratia in vnitate ad oẽs puenit: et cũ sors mittitur: nõ persone vel cuiusq; meriti: sed occulto indicio dei creditur. Nec ideo ilta nõ aliquid boni significasse ds dixerit: quia per malos facta sunt: nõ. s. per eos qui christũ secuti sed q̃ sunt psecuti. Quid eñ de ipa cruce dicturi sumus: q̃ certe similiter ab inimicis atq; impijs christo facta et impacta est? Et tamen ea significari recte intelligit qõ ait apls: que sit latitudo/lõgitudo/z altitudo/z pfundum. Lata est q̃ppe in trãsuerso ligno quo extẽdũt pedes manus: et significat opera bona in latitudie charitatis. Lõga est a trãsuerso ligno vsq; ad terrã vbi dorsũ pedesq; figunt et significat perseuerantiã in lõgitudine tpis vsq; in finẽ. Alta est in cacumine qõ p transuersum lignũ sursũ versum excedit: z significat supernũ finẽ quo cũcta opera referunt q̃n cuncta que latitudine ac longitudine bñ ac pseueranter fiũt: ppter altitudinẽ diuinoꝝ faciẽda sunt premioꝝ. Profunda est i ea parte qua in terrã figit: ibi quippe et occulta est nec videri potest. Sed cũcta eius apparẽtia z eminẽtia inde ꝓsurgunt: sicut bona nostra de pfunditate gratie dei que ꝓuehẽdi ac dinidicari nõ potest vniuersa procedunt. Sed z si crux xpi hoc solũ significet qõ ait apls. Qui aũt Jesu xpi sunt/carnẽ suã crucifixerũt cũ passionib⁹ z cõcupiscentijs: q̃ magnũ bonũ est? Nec tamẽ facit hoc nisi con cupiscẽs aduersus carnẽ spũs bonus: cũ illã crucẽ christi fecerit inimicus. i. spũs malus. Postremo quid est qõ oẽs nouerũt signũ christi: nisi crux christi? Q̃d signũ nisi adhibeatur: siue frontib⁹ credentiũ: siue ipsi aque qua regenerã tur/siue oleo quo chrysmatevngunt/siue sacrificio q̃ alunt nihil eoꝝ rite perficit. Quomodo ergo p ld quod male faciunt nihil boni significat: quando per crucẽ christi quã fecerũt mali in celebratione sacramentoꝝ ei⁹ bonũ nobis omne signatur? Sed hec hacten⁹: que aute sequunt alis vt de⁹ opitulabitur differenda videbimus.

Tractatus.cxix.

Et milites quidem hec fecerũt. Stabant aũt iuxta crucẽ iesu mater eius z sozor matris ei⁹ maria cleophe z maria magdalene. Cũ vidisset ergo iesus matrẽ z discipulum stãtem quem diligebat dicit matri sue. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Deinde dicit discipulo ecce mater tua: z ex illa hora accepit eam discipulus in suam. Postea sciẽs iesus quia oĩa cõsũmata sunt vt cõsũmaret scriptura dicit sitio: vas ergo erat positũ aceto plenũ: illi aũt spõgiam plenã aceto ysopo circũponentes: obtulerunt ori eius: cũ aute accepisset iesus acetũ dixit. Consummatũ est: z inclinato capite tradidit spm.

Crucifixo dño postea q̃ diuisio vestimẽtoꝝ eius et iam ꝓte missa cõpleta est: q̃ deinde narrat Joannes euangelista videam⁹. Milites quidẽ (inq̃t) hec fecerũt. Stabãt aũt iuxta crucẽ Jesu matrem eius z sozor matris ei⁹ maria cleophe: z maria magdalene. Cũ vidisset ergo Jesus matrẽ et discipulũ stãtem quẽ diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tu⁹. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipul⁹ in † sua. Hec nimiꝝ est illa hora: de qua Jesus aquã puerſur⁹ in vinũ: dixerat matri. Quid mihi z tibi est mulier. Nodum venit hora mea: Hãc itaq; horam predixerat q̃ tunc nondũ venerat in qua deberet agnosci a matre mox turus: de qua fuerat moztaliter natus. Tunc q̃ diuina factur⁹: non diuinitatis sed infirmitatis matrẽ velut incognitã repellebat. Nũc aũt humana iam patiens ex qua fuerat factus hõ/affectu cõmendabat humano. Tunc eñ qui martã creauerat innotescebat in xtute: nũc vero qõ maria pepererat pdebat in cruce. Mozalis igit infinuat locus: facit qõ faciendũ ammonet: z exẽplo suo suos ministros instruit preceptoz bonus vt a filijs pijs impedak cura parẽtibus: tanq̃ lignũ illud vbi erãt fixa mẽbra mortẽtis: etiã cathedra fuerit magistri docẽtis. Ex hac sana doctrina didiscerat paulus apostol⁹ qõ docebat quãdo dicebat. Si quis aũtẽ suis z maxime domesticis nõ ꝓuidet: fidem negauit: z est infideli deterior. Quid autem tam cuiq; domesticũ q̃ parentes filijs/aut parentib⁹ filij? Vnde? itaq; saluberrimi preceptꝰ ipe magister sanctoꝝ de seipo constituebat exemplũ/quãdo nõ vt famule de⁹ quã creauerat et regebat: sed vt matri homo de qua creat⁹ fuerat z quã relinquebat/alterũ ꝓ se quod amodo filiũ ꝓuideret. Nam cur hoc fecerit: qõ sequit indicat. Ait eñ euangelista. Ex illa hora accepit eã discipul⁹ in sua. De seipso dicẽs. Sic q̃pe memorare solet qõ eum diligebat Jesus: q̃ vtiq; oẽs sed ipm pre ceteris z familiarius diligebat: ita vt in conuiuio super pectus suũ discumbere faceret: credo vt isti⁹ euã gelij qõ per eũ fuerat predicatur⁹/ diuinã excellentiã hoc modo altius cmendaret. Sed in que sua Joãnes matrem dñi accepit? Mecq; enim nõ ex eis erat qui dixerũt ei. Ecce nos dimisimus oĩa z secuti sumus te. Sed ibi quoq; audierat. Quicũq; ista dimiserit ꝓpter me: accipiet i hoc seculo centies tantũ. Habebat ergo discipul⁹ cẽtupliciter plura q̃ dimiserat: in que susciperet eius matrẽ qui hec illi donauerat. Sed in ea societate beatus Joãnes receperat cẽtuplum: vbi nemo dicebat aliquid suũ: sed erãt illis oĩa cõmunia: sicut in apostoloꝝ actibus scriptũ est. Sic eñ apostoli erant quasi nihil habẽtes: z omnia possidentes. Quomodo ergo matrẽ magistri z dñi sui discipulus et famul⁹ accepit i sua: vbi aliqd suũ nemo dicebat? An q̃ paulo post in eodẽ libro legit. Quotquot ei possessores ꝓdioꝝ vel domoꝝ erãt vẽdẽtes afferebãt ꝓcia eoꝝ z ponebãt ad pedes aploꝝ. distribuebat aũt vnicuiq; put cuiq; opꝰ erat: tãteligẽ

dum est sic distributũ fuisse huic discipulo qõ opus erat: vt illic et tã beate marie tanq̃ matris eius portio poneretur: Magist̃r sic debem⁹ accipere qõ dictũ est ex illa hora suscepit eam discipulus in sua: vt ad eius curã quicquid ei esset necessariũ pertineret: suscepit ergo eã in sua nõ predia que nulla ꝓpria possidebat: sed officia que ꝓpria dispẽsatione exequẽda curabat. Deinde subiungit. ¶ Postea sciẽs iesus q̃ omnia ꝑsummata sunt: vt consummarek scriptura: dicit Sitio. Vas ergo positũ erat aceto plenũ. Illi aũt spongiã plenam aceto hysopo circũponentes: obtulerunt ori eius. C Cũ ergo accepisset iesus acetũ dixit. Consummatũ est. Et inclinato capite: tradidit spiritũ. ¶ Quis potest que fecit ita disponere: quomodo disposuit homo iste qui passus est: j. Thi. iij. Sed homo mediator dei ⁊ hominũ: homo de quo predictũ legitur: ⁊ homo est ⁊ quis cognoscet eũ. Quomodo hoies ꝑ quos hec fiebãt videbãt hominẽ sed nõ agnoscebãt deum. Homo nãq̃ apparebat qui deus latebat. Patiebatur hec oĩa qui apparebat: ⁊ idem ipse disponebat hec oĩa qui latebat. Vidit ergo q̃ consummata sunt omnia que oportebat vt fierent antեq̃ acciperet acetũ ⁊ traderet spm̃: atq̃ vt hoc etiã consummarek qõ scriptura predixerat: ⁊ in siti mea potauerũt me aceto: sitio inquit. Tanq̃ diceret. Hoc minus feciſtis: date quod estis. Judei quippe ipſi erãt acetũ degenerantes a vino patriarcharũ ⁊ ꝓphetarũ: ⁊ tanq̃ de pleno vase/de iniqtate mũdi huius impleti: cor habẽtes velut spongiã cauernosis quodãmõ atq̃ tortuosis latibulis fraudulentũ. Hysopũ aũt cui circũposuerũt spongiam aceto plenã: qm̃ herba est humilis ⁊ pectus purgat: ipsius christi humilitatem cõgruenter accipim⁹: quã circũdederunt ⁊ se circũuentisse putauerũt. Unde est illud in psalmo Psalm. j. Aſperges me hysopo ⁊ mundabor. Christi nãq̃ humilita- Phil. ij. te mũdamur: q̃ nisi humiliasset semetipsum fact⁹ obediens vsq̃ ad mortẽ crucis: non vtiq̃ sanguis eius in peccatorũ remissionem: hoc est in nostrã mũdationẽ fuisset effusus. Hec moueat quomodo spõgia ori eius potuit admouer: qui in cruce fuerat exaltat⁹ a terra. Sicut eñ apud alios euangelistas legit qõ hic prętermisit in arũdine est factũ: vt in spõgia talis potus ad crucis sublimia leuarek. Per arũdines vero scriptura significabat: q̃ implebatur hoc facto. Sicut eñ lingua dicit vel greca/vel latina/vel alia q̃libet sonũ significans q̃ lingua promit: sic arũdo dici potest littera que arũdine scribit. Sed sonos significantis vocis humane vsitatissime dicimus linguas: scripturas vero arũdinem dici quo minus est vsitatũ: eo magis est mystice figuratũ. Faciebat ista popul⁹ impius: patiebat ista misericors xp̃s. Qui faciebat: qd faceret nesciebat. Qui patiebat aũt non solum quid fieret: sed ⁊ cur fieret sciebat: verũetiã de malefacientibus bene ipe faciebat. ¶ Cum ergo accepisset iesus acetũ: dixit. Consummatũ est. ¶ Quid nisi quod ꝓphetta tanto ante tempore predixerat? Deinde q̃ nichil remanserat qõ ante cr̃ moreret fieri adhuc oporteret tanq̃ ille qui potestatem habebat ponendi animam suam ⁊ iterũ sumendi eam: peractis omnib⁹ que vt peragerenk expectabat: inclinato capite tradidit spiritũ. Quis ita dormit quando voluerit: sicut iesus mortu⁹ est quando voluit? Quis ita vestem deponit quando voluerit: sicut se carne exuit q̃n voluit? Quis ita cum voluerit abit: quomodo cum voluit obiit? Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis: si apparuit tanta morientis.

Tractatus.cxx.

¶ Judei ergo q̃n parasceue erat vt nõ remanerent in cruce corpora sabbato. (Erat eñ magnus dies ille sabbati) rogauerũt pylatũ vt frãgerent eorum crura ⁊ tollerent. Venerunt ergo milites et primi quidem fregerũt crura: ⁊ alteri⁹ qui crucifixus est cum eo. Ad iesum aũt cum venissent vt viderũt eum iam mortuũ nõ fregerũt eius crura sed vnus militũ lãcea latus eius aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit sanguis ⁊ aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit ⁊ verũ est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sunt eñ hec vt scriptura impleret. Os non cõminuetis ex eo. Et iterũ alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Post hec aũt rogauit pylatũ Joseph ab arimathia eo qõ esset discipulus iesu. Occultus aũt ꝓpter metum iudeorum: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus Venit ergo ⁊ tulit corpus iesu. Venit aũt ⁊ nicodemus qui venerat ad iesum nocte primũ ferens mixturã mirrhe ⁊ aloes quasi libras cẽtũ. Acceperunt ergo corpus iesu: ⁊ ligauerunt eũ linteis cũ aromatib⁹ sicut mos est iudeis sepelire. Erat aũt in loco vbi crucifixus est ortus/ ⁊ in orto monumentũ nouũ in quo nondũ quisq̃ positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuẽ iudeoꝝ qz iuxta erat monumẽtũ posuerũt iesum. Una aũt sabbati maria magdalene venit mane cũ adhuc tenebre essẽt ad monumentũ. Et vidit lapidẽ sublatũ a monumento. Cucurrit ergo ⁊ venit ad simonẽ petrũ: ⁊ ad alium discipulũ quẽ amabat iesus ⁊ dicit illis tulerunt dñm de monumẽto: ⁊ nescimus vbi posuerunt eũ. Exijt ergo petrus ⁊ ille alius discipulus ⁊ venerũt ad monumentũ. Currebãt aũt duo simul ⁊ ali⁹ ille discipul⁹ ꝑcucurrit citius petro: et venit primus ad monumẽtũ. Et cũ se inclinasset vidit posita linteamina: non tamen introiuit. Venit ergo simon Petrus sequens eũ: ⁊ introiuit in monumentũ: ⁊ vidit linteamina posita ⁊ sudarium qõ fuerat super caput eius. Non cũ linteaminibus positus/ sed separatim inuolutum in vnum locũ. Tunc ergo introiuit ⁊ ille discipulus qui venerat primus ad monumentũ. Et vidit et credidit. Nondum eñ sciebant scripturam: quia oporteret eum a mortuis resurgere.

Ostea q̃ dñs iesus peractis omnib⁹ q̃ ante suam mortẽ peragi oportere prescisset: quando voluit tradidit spiritũ: q̃ deinde secuta sunt euãgelista narrãte videamus. ¶ Judei ergo (inquit) q̃n parasceue erat: vt non remanerent in cruce corpora sabbato: erat eñ magnus dies ille sabbati: rogauerũt pylatũ vt frãgerentur eorũ crura ⁊ tollerent. ¶ Non crura tollerent/ sed hi quibus ideo frãgebant vt morerent: ⁊ auferrent de ligno ne pendentes in crucib⁹ magnũ diem festũ sui diurni cruciatus horroꝛe fedarent. ¶ Venerũt ergo milites: ⁊ primi quidem fregerũt crura: ⁊ alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad iesum aũt cũ venissent vt viderũt eũ iam mortuũ non fregerunt ei⁹ crura. Sed vnus militũ lancea lat⁹ eius aperuit: et continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. ¶ Diligenti verbo euangelista vsus est: vt non diceret Lat⁹ eius percussit aut vulnerauit: aut quid aliud sed aperuit: vt illic quod ĩmodo vulnerate hostium panderet: vnde sacramẽta ecclesie manarent sine quib⁹ ad vitam que vera vita est non intrat. Ille sanguis in remissionẽ fusus est pctorum. Aqua illa salutare temperat poculum: hec ⁊ lauacrũ prestat ⁊ potũ. Hoc prenuntiabat qõ noe in latere arche ostiũ facere iussus est: quo intrarent animalia q̃ non erant diluuio pritura: quib⁹ prefigurabat ecclesia. Propter hoc ꝑma mulier facta est de latere viri dormientis: ⁊ appellata est vita materq̃ viuorum. Magnũ quippe significauit bonũ ante magnũ ꝑuaricationis malum. In habitu iacentis ⁊ dormientis/ hic secundus adam inclinato capite in cruce dormiuit: ⁊ vnde ei formaretur cõiux qõ de latere dormientis efluxit. O mors vnde mortui reuiuiscũt: qd isto sanguine mũdius? Quid valere isto salubrius? ¶ Et q̃ vidit (inquit) testimoniũ phibuit et verũ est testimoniũ ei⁹: ⁊ ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. ¶ Non dixit: vt ⁊ vos sciatis: sed vt credatis. Scit enĩ qui vidit: cuius credat testimonio qui non vidit. Magis aũt ad fidem credere pertinet q̃ videre. Nã quid est aliõ credere q̃ fidẽ accõmodare? ¶ Facta sunt enĩ hec inq̃t vt scriptura impleret. Os nõ cõminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quẽ trãsfixerũt. ¶ Quo testimonia de scripturis reddidit singulis rebus: q̃s factas fuisse narrauit. Nam quia dixerat: ad iesum autem cũ venissent: vt viderũt eũ iam mortuũ nõ fregerũt eius crura: ad hoc ꝓtinet testimoniũ: os non cõminuetis ex eo. Quod ꝓceptum est eis qui celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione: id veteri lege q̃ dominice passionis vmbra precesserat: vnde pascha nostrum immolatus est christus. De quo et esaias prophęta prędixerat. Sicut ouis ad immolandum ductus est. Item quia subiũxerat dicens: ſz vnus militũ lãcea latus eius aperuit: ad hoc ꝓtinet alterum testimoniũ: videbunt in quem trãsfixerũt: vbi promissus est christus: in ea qua crucifixus est carne venturus. ¶ Post hec aũt rogauit pylatum ioseph ab arimathia: eo qõ esset discipulus iesu occultus autem ꝓpter metum iudeorũ: vt tolleret corpus iesu. Et ꝑmisit pylat⁹. Venit ergo ⁊ tulit corpus iesu. Venit autem ⁊ nichodemus qui venerat ad iesum nocte primum ferens mixturam mirrhe ⁊ aloes quasi libras centum. ¶ Non ita distinguendum est vt dicam⁹ primum ferens mixturam myrrhe: sed vt quod dictum est primũ ad superiorem sensum ꝓtineat. Venerat eñ nichodemus ad iesum nocte primũ: quod idem ioãnes in prioribꝰ euangelijs sui partibus manifestat. Hic ergo intelligendũ est ad iesum non tunc solum: sed tunc primum venisse nichodemũ: venisse autem postea vt fieret audiendo discipulus: qõ certe modo i reuelatiõe corporis beatissimi stephani fere oĩb⁹ gentibus declaratur. ¶ Acceperũt ergo corpus iesu ⁊ ligauerunt illud linteis cũ aromatib⁹ sicut mos est iudeis sepelire. ¶ Nõ mihi videtur euangelista frustra dicere voluisse: sicut mos est iudeis sepelire. Ita ꝙpe (nisi forꝛ) admonuit in huiusmodi officijs q̃ mortuis exhibenk: morem cuiusq̃ gentis esse seruandũ. ¶ Erat autem i loco vbi crucifixus est hortus ⁊ in horto monumentũ nouũ: in quo nondũ quisquã positus erat. ¶ Sicut ĩ marie virginis vtero nemo ante illum: nemo post illum cõcept⁹ est: ita i ꝺ monumẽto nemo ante illum: nẽo post illũ sepult⁹ est. ¶ Ibi ergo ꝓpter parasceuem iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt iesum. ¶ Acceleratam vult intelligi sepulturã ne aduesperascet: quãdo iam ꝓpter parasceuẽ quã cenam purã iudei latine vsitatius apud nos vocant facere tale aliq̃d nõ licebat. ¶ Una aũt sabbati maria magdalene venit mane cũ adhuc tenebre essent a monumẽtum et vidit lapidẽ sublatũ a monumẽto ¶ Una sabbati est quẽ iam dĩe dominicũ ꝓpter domini resurrectionẽ mos christianus appellat: quem matthęus solus in euãgelistis primam sabbati nominauit. ¶ Cucurrit ergo et venit ad simonẽ petrũ: ⁊ ad alĩũ discipulũ quẽ † diligebat iesus: ⁊ dĩt eis Tulerũt dominũ de monumẽto: ⁊ nescio vbi posuerũt eũ ¶ Nonnulli codices etiam greci habent. Tulerunt dominũ meum: quod videri dictum potest propensiore charitatis vel famulatus affectu: sed hoc in pluribus codicibus q̃s in promptu habuimus non inuenimus. ¶ Exijt ergo petr⁹ et ille alius discipulus: et venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul: et ille alius discipulus precucurrit citi⁹ petro: et venit prim⁹ ad monumentum. ¶ Aduertẽda hic et cõmẽdanda est recapitulatio: quomodo reditum est ad id quod fuerat prętermissum: et tanq̃ si hoc sequeretur adiunctũ est. Cum enim iam dixisset venerũt ad monumẽtũ: regressus est vt narraret quomodo venerũt atq̃ ait. currebãt autem duo simul ⁊ cetera: vbi ostendit quod precurrens ad monumentam prior venerit alius ille discipulus: quem seipsum significat: sed tanq̃ de alio more sancte scripture cũcta narrat. ¶ Et cũ se inclinasset inq̃t: vidit posita linteamina: non tamẽ introiuit. Venit ergo simon petrus sequens eum: ⁊ introiit i monumentũ: et vidit linteamina posita et sudariũ qõ fuerat sup caput eius nõ cũ linteaminibꝰ positũ: ſz separatim inuolutũ in vnũ locũ ¶ Putamus ne nihil ista significant? Nequaq̃ ꝺ putauerim: sed ad alia festinamus: in quibus imorari questionis vl' obscuritatis alicuius necessitate cõpellimur. Nam ista que per

seipsa manifesta sunt: quid singula etiam significent: quere re sancte quidem delicie sunt: sed ociosorũ quod non sum⁹ nos. ¶ Tũc ergo introijt ⁊ ille discipulus: qui venerat prim⁹ ad monumẽtũ. ¶ Uterq̃ venit: et posterior intrauit. Neq̃ ꝺ vtiq̃ vacat: sed mihi ad ista non vacat. ¶ Et vidit inquit et credidit. ¶ Hic nõnulli parũ attẽdẽtes putãt hoc ioannem credidisse quod iesus resurrexit: sed quod sequitur in hoc indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiũxit? ¶ Nondũ eñ sciebant scripturã: q̃ oportebat eũ a mortuis resurgere. ¶ Nõ ergo eũ credidit resurrexisse quẽ nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit? Quid credidit? Vidit scz inane monumẽtũ: ⁊ credidit quod dixerat mulier eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant scripturam q̃ oporteret eum a mortuis resurgere. Et ideo quando id ab ipso dño audiebãt: q̃uis apertissime diceretur cõ suetudine audiendi ab illo parabolas non intelligebãt: et aliquid aliud eum significare credebant. Sz ea que sequũtur in sermonem alium differamus.

Tractat⁹.cxxj.

¶ Abierunt ergo discipuli iterũ ad semetipsos Maria autem stabat ad monumentum foris plorans: dum ergo fleret inclinauit se ⁊ ꝑspexit in monumentum: ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes: vnũ ad caput ⁊ vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Jesu. Dicunt ei illi: mulier quid plorꝰ? Dicit eis quia tulerũt dominum meum et nescio vbi posuerunt eum. Hec cum dixisset conuersa est retrorsum: et vidit iesum stãtẽ ⁊ non sciebat q̃ iesus est. Dicit ei iesus: mulier quid plorꝰ. Quem queris? Illa existimans q̃ hortulanus esset dicit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito mihi vbi posuisti eũ: ⁊ ego eum tollã Dicit ei ies⁹ Maria. Cõuersa illa dicit ei. Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei Jesus noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum vade autem ad fratres meos et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem vestrũ deũ meum et deum vestrum. Venit maria Magdalene annũcians discipulis quia vidit dominum: et hec dixit mihi. Cũ ergo sero esset die illo vna sabbatorum et fores essent clause vbi erant discipuli congregati ꝓpter metum iudeorum. Venit iesus ⁊ stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cum hec dixisset ostendit eis manus ⁊ latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterũ. Pax vobis: sicut misit me pater et ego mittovos: hec cum dixisset insufflauit Et dicit eis accipite spiritum sanctum. Quorũ remiseritis peccata remittuntur eis. Et quorum retinueritis retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominum. Ille aũt dixit eis Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum et mittam digitum meum in locum clauorum et mittam manum meam in latus eius nõ credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus et thomas cum eis. Venit iesus ianuis clausis et stetit i medio et dixit eis. Pax vobis. Deinde dicit Thome: infer digitum tuum huc et vide manus meas et affer manũ tuam ⁊ mitte in latus meum et noli eẽ incredulus sed fidelis. Re-

spondit Thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui nō viderūt et crediderūt

A

Sblatum esse dominum de monumēto discipulis petro et ioanni nūciauerat maria magdalene quo illi venientes inuenerunt fola lintheamina quib⁹ corpus fuerat iuolutū. Et quid aliud crediderunt: nisi q illa dixerat: quod etiam ipsa crediderat: ⁊ Abierunt ergo iterū ad semetipsos discipuli ⁊id est vbi habitabant: ⁊ vnde ad monumentū cucurrerant ⁊ Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. ⁊ Mīris enim recedentibus infirmiorem sexum in eodem loco fortior figebat affectus: ⁊ oculi qui dominū quesierant et non inuenerāt: lachrymis tam vacabāt amplius dolētes qō fuerat de monumento sublatus: cp̄ quod fuerat in ligno occisus: quoniā magistri tanti cuius eis vita subtracta fuerat nec memoria remanebat. Tenebat itaq; ad monumētū tā dolor iste mulierem. ⁊ Cū ergo fleret: inclinauit se ⁊ pspexit in monumentum. ⁊ Cū hoc fecerit nescio: non em̄ nesciebat nō ibi esse tam quem querebat: quādo quidē inde sublatū discipulis ipsa nunciauerat: et illi ad monumētū venerāt ⁊ nō solum intuēdo: sed etiam intrando corpus dñi quesierant: nec inuenerant. Quid sibi ergo vult quod ista cum fleret rursum i monumētum inclinata pspexit. Utq; quod nimium dolebat: nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum: an potiꝰ diuino instinctu in animo eius effectum est vt pspiceret? Prospexit em̄ ⁊ vidit duos angelos in albis sedētes: vnū ad caput: et vnum ad pedes vbi positum erat corpus iesu. ⁊ Quid est quod vnus ad caput ⁊ ad pedes alter sedebat? An qm̄ q; grece angeli dicunt: latine sunt nūcij: isto modo christi euangelium velut a capite vsq; ad pedes ab initio vsq; in finem significabant esse nūciandum ⁊ Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominū meū: ⁊ nescio vbi posuerunt eum. ⁊ Angeli lachrymas prohibebant: vbi quid aliō cp̄ futurum quodāmodo gaudiū nunciabant. Ita enim dixerāt. Quid ploras? Ac si dicerēt. Nolī plorare. Ad illa eos putās interrogasse nesciētes: causas prodidit lachrymaꝝ ⁊ Quia tulerūt inquit dominū meū ⁊ Dominum suū vocās corpus exanime domini sui: a toto partem significans: sicut omnes confitemur iesum christum filium dei vnicum dominū nostrū: quod vtiq; simul est ⁊ verbū et anima ⁊ caro: crucifixum tamen ⁊ sepultum: cum sola eius sepulta sit caro. ⁊ Et nescio inquit vbi posuerūt eū. ⁊ Hec erat cā maior doloris: q; nesciebat quo iret ad consolandum dolorez Sed hora iam venerat: vt id quod nunciatū quodāmodo fuerat ab angelis fiere prohibentibus: gaudiū succederet fletibus ⁊ Deniq; cum hec dixisset conuersa est retrorsū: vidit iesum stantem: et non sciebat quia iesus est. Dicit ei iesus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa existimans q; hortulan⁹ esset: dicit ei. Domine si tu sustulisti eū: dicito mihi vbi posuisti eum: et ego eum tollā. Dicit ei iesus. Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni quod dicit magister ⁊ Memo calumniet mulieri: quod hortulanum dixerit dominum: et iesum magistrum. Ibi enim rogabat: hic agnoscebat. Ibi honorabat hominē a quo beneficium postulabat hic recolebat doctorē a quo discernere humana et diuina discebat. Appellabat dominū cuius ancilla non erat vt peum veniret ad dominū cui⁹ ancilla erat. Aliter ergo dominum dixit. Sustulerunt dominū meum: aliter autē: domine si tu sustulisti eum. Nam et prophete appellauerunt dominos eos qui homines erant: sed aliter illū de quo scriptum est. Dominus nomē ei. Sed ista multer q̄ iam fuerat cōuersa retrorsum vt videret iesum: quādo eū putauit esse hortulanū ⁊ cū illo vtiq; loquebat. Quomodo rursus conuersa dicitur: vt ei diceret/rabboni: nisi quia tunc cōuersa corpore qō nō erat putauit: nūc corde puersa qō erat agnouit? ⁊ Dicit ei iesus. Nolī me tangere: nōdum enim ascēdi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrem meum ⁊ patrem vestrum: deū meū et deum vestrum. ⁊ Est i his verbis quod breuiter quidē sed tamen attentius pertractare debemus. Iesus quippe mulierem que illum magistrū agnouit et appellauit. cum hec

Psalm. lxxxiij.

B

ei responderet fidem docebat: ⁊ hortulanus ille in ei⁹ corde tanq̄ in horto suo granū synaps seminabat. Quia est q̄ noli me tangere? Et tanq̄ huius phibitionis causa quererek. Adiūxit. Nōdū em̄ ascēdi ad patrē meum. Quid est hoc? Si stans in terra nō tāgitur: sedens in celo quomodo ab hominib⁹ tangek? Qui certe anteq̄ ascenderet discipulis se tāgēdum obtulit dicēs: sicut lucas euāgelista testat. Palpate ⁊ videte quia spiritus carnē et ossa non habet sicut me videtis habere: vel quando dixit discipulo thome infer digitum tuum huc ⁊ vide manus meas ⁊ affer manū tuam ⁊ mitte in latus meū. Quis autem tam sit absurdus vt dicat eum a discipulis quidem anteq̄ ad patrem ascendisset voluisse se tāgi: a mulieribus autem noluisse nisi cū ascendisset ad patrem? Sed nec sic qui vellet desipere sinerek. Leguntur em̄ etiā femine post resurrectionem anteq̄ ad patrē ascēderet tetigisse iesum: i quibus erat etiam ipsa maria magdalena narrāte matheo qō occurrerit illis iesus dicens. Auete. Ille autem accesserunt inquit ⁊ tenuerunt pedes eius: et adorauerunt eum. Hoc a ioāne preter missum est: sed a matheo verū dictuz est. Restat g̃ vt aliq̄ in his ꝓbis lateat sacramētū: quod siue inueniam⁹ siue inuenire minime valeam⁹: inesse tamē nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est: noli me tangere nōdum enim ascendi ad patrem meum: vt in illa femina figuraretur ecclesia de gentbus que in christum non credidit nisi cū ascēdisset ad patrē: aut sic in se credi voluit iesus: hoc est sic se spiritualiter tangi quod ipse et pater vnū sunt. Eius quippe intimis sensibus quodāmodo ascēdit ad patrē: q̄ sic in eo profecerit vt patri agnoscat equalem. Aliter nō recte tangit. i. aliter non recte in eum creditur. Poterat aūt sic credere maria vt eū putaret imparē patri: q̄d vtiq; phibek cū ei dicit: noli me tāgere. i. noli i me sic credere quēad modū adhuc sapis. Noli tuum sensum hucusq; pertēdere qō pro te factus sum: nec trāsire ad illō q̄ facta es. Quō ei non carnaliter adhuc in eum credebat: quem sicut hominem flebat. Nōdum ei ascendi inquit ad patrem meū. Ibi me tāgis: quādo me crediderīs patri nō iparem deū. Vade autem ad fratres meos ⁊ dic eis. Ascendo ad patrem meū ⁊ patrē vestrū. Aliter g̃ meū aliter vestrū. Natura meum: gratia vestrū. Et deum meū ⁊ deū vestrū. Neq; hic dixit deum nostrum. Ergo et hic aliter meum: aliter vestrum. Deū meum sub quo et ego homo sum: deū vestrum inter quos ⁊ ipsum mediator sum ⁊ Venit maria magdalene annuncians discipulis: q̄ vidi dominum et hec dixit mihi. Cū esset ergo sero die illo vna sabbatorū et fores essent clause vbi erāt discipuli congregati propter metū iudeorū: venit iesus ⁊ stetit in medio et dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset ostendit eis man⁹ et latus ⁊ Gauisi sūt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. ⁊ Iteratio cōfirmatio est. Ipse quippe dat q̄ pphetā pmissam pacem sup pacem. ⁊ Sicut misit me pater: inquit: ⁊ ego mitto vos. ⁊ Equalem patri filium nouimus sed hic verba mediatoris agnoscim⁹. Meditū quippe se ostendit dicendo. Ille me: ⁊ ego vos. ⁊ Hec autem cum dixisset: insufflauit et dicit eis. Accipite spiritum sanctū. ⁊ Insufflando significauit spiritum sanctum nō patris solū esse spm̄: sed et suū. ⁊ Quorum remiseritis (inquit) peccata dimittuntur eis: et quorum retinueritis retenta sunt. ⁊ Ecclesie charitas que per spiritū sanctū diffundit in cordib⁹ nostris participum suorum peccata dimittit. Eor autem qui nō sunt eis participes tenet. Ideo postea cp̄ dixit accipite spiritum sanctum: hoc cōtinuo de peccatorum remissione ac detentione subiecit. ⁊ Thomas autem vn⁹ ex duodecim qui dicitur didimus nō erat cū eis quādo venit iesus. Dixerūt ergo ei alij discipuli. Vidimus dominū. Ille autem dixit eis. Misi videro in manibus eius fixurā clauorum: et mittā digitum meū in locum clauorum: et mittā manum meam in latus ei⁹ nō credam. Et post dies octo iterū erant discipuli eius intus et thomas cū eis. Venit ie

C

Ratus est xp̃s in terris vt stephan⁹ ascenderet in cel̃. Ingres
sus est dñs mũdũ: vt stephan⁹ ingrederet i celũ. Alt⁹ ad hu
milia descẽdit: z humilis ad alta ascendit. Filius dei fact⁹
est hois fili⁹ vt filios hoiz faceret filios dei. Fecit xp̃s mira
bilia: fecit z stephan⁹. Sz xp̃s fecit sine ste Pano. Hũcq̃ ste
phan⁹ potuit facere sine xp̃o? Viuebat stephan⁹ de xp̃o: sic
sarmẽtũ de vite. Mirar̃ fructũ de sarmẽto pẽdẽtẽ: vide sar
mentũ in vite manentẽ. Et ia scẽ stephane: dic aliq̃d iudeis
vt icipias lapidari et possis coronari. Jaculare ꝓbas z exci
pe saxa. Dic aliq̃d ꝺ icrucifixis cordib⁹ z mozterꝛ lapidib⁹. B
Dic aliq̃d de eo cui⁹ nomẽ nolũt audire. erubescãt z sevĩat:
muta efficiat labia dolosa. Dic eis vbi vides q̃ ꝙ nõ viuis: sz cũ illo
meli⁹ viuis. Dic eis qz nihil ẽ qõ feceꝛt viuit quẽ occideꝛt.
Dic eis qz vides ad dexterã p̃is stãtẽ: quẽ irriserꝛt i cruce
pẽdẽtẽ. Et ille iq̃t. Ecce video celos aptos z filiũ hois stã- Act. vij.
tẽ ad dexterã dei. At illi clamãtes ꝓtinuerꝛt aures suas. Au
res clauserꝛt z ad lapides cucurrerunt: ipetiq̃ fecerꝛt ocs in
eũ z lapidabãt stephanũ iuocãtẽ z dicẽtẽ. Adhesit aĩa mea Pſ. xxij.
p̃ te: qz lapidatur caro mea p te. Accipe spm̃ meũ z redde Lu. xxiij.
nũ ꝓmissũ tuũ. Orauit xp̃s p suis crucifixorib⁹: orauit z ste Act. vij.
phan⁹ p suis lapidatorib⁹. Dñs ihesus xp̃s orauit affixus li
gno. stephan⁹ genuflexo. Qui stando suũ spiritũ cõmẽdauit
dño: p illoz delicto fixo genu orauit. Orabat dominus pro
inimicis vt amicus dicẽs. Certe ego patior: ego lapidor: in

Annotatio nũcupatis ordis sermonũ bull⁹ opis. Lu. xxiij.
me seuitis et i me fremunt: ſz ne statuas illis ꝺ pctm̃: q̃ vt ꝺ
dicã tibi a te ꝓmo audiui. Ego fuus tuus patior: ſz multũ
interest inter me z te. Tu vñs: ego fu⁹. Tu ꝺ bũ: ego auditor
ꝺbi. Tu mgr̃: ego discipulus. Tu creator: ego creatus. Tu
deus: ego hõ. Multũ interest iter pctm̃ istoz q̃ lapidãt me: z
illoz q̃ crucifixerũt te. Mñ ḡ dixisti. Pr̃ ignosce illis qz ne-
sciũt q̃d faciũt: ꝓ magno pctõ petisti: z me, p minimo pete-
re docuisti. Dñe inq̃t ne statuas illis ꝺ peccatũ. Tanq̃ di-
ceret. Ego patior i carne: illi non peãt i mẽte. Illi lapides
mittebãt: z sctũs stephan⁹ ofones fũdebat. Magna pietas
fratres: magna clemẽtia. Prorsus qualis in mensa oñ sui
comedit: talia z ipe in suo cõuiuio ꝓparauit. Scriptũ est in
Ecc. xxxj. lege. Ad magnã mẽsam sedisti: scito qm̃ talia te oportet ꝓ-
parare. Talia ergo i oratõe exhibuit: qualia i sui oñs men
sa comedit. Dñs xp̃s dixit. Pater ignosce illis qz nesciunt
q̃d faciũt: sanct⁹ stephanus dixit. Ne statuas illis hoc pec-
catũ: z hoc dicto obdormiuit i dño. O sumnũ pactũ. Quid
illo somno tranqllius? Quid illo somno ꝺcti⁹? Qualis ibat
ad amicos qui sic diligebat iimicos? Nam vt nouerit san-
ctitas vestra quãtũ valuerit oratio scti stephani martyris;
recurrite nobiscũ ad illũ adolescẽtẽ psecutorẽ noĩe saulũ: si
cut ex libro oũ legerek audiuim⁹. Qui cũ stephanus lapida
rek: z ab ipo oĩm lapidantiũ vestimenta seruarenk: vt tanq̃
i manib⁹ oĩm ipe lapidare videret. Hic cũ iret i via: subito
circũfulsit eũ lumen de celo: et audiuit vocem dicẽtem sibi.
Saule Saule q̃d me psequeris? Durũ est tibi ꝓtra stimulũ
calcitrare. Et ille. Et tu q̃s es dñe? Et dñs ad eũ. Ego sũ i
Jesus nazaren⁹ quẽ tu psequer̃. Quid mihi z tibi? Quare
te erigis cõtra me: ad tãta mala que cõmisisti in me? Olim
q̃dem debui pdere te: ſz stephanus meus orauit p te. Sau-
le Saule q̃d me psequeris? Sed qr̃ isanis cõtra nomẽ meũ:
ego te factã seruũ meũ. O saule lupe rapax: comedisti: expe
cta paululũ z digeres. Dicã plane: eli⁹ sus est fili⁹ ꝑditionis.
Nam si sanct⁹ stephan⁹ sic nõ orasset: ecclesia paulũ nõ ha-
beret. Sed ideo erect⁹ est paul⁹: qr̃ in terra iclinat⁹ exaudi-
tus est stephan⁹. Ergo qõ fecit saulus: patit ꝓaul⁹. Qõ fe
cit psecutor: patit ꝓdicator. Qõ fecit lup⁹: patit agnus. Qr̃
sic est in tali hoie videndũ: vt discat pati qõ faciebat. Sen-
tiat et ipe qõ aliis iferebat. Dicitur ananie a dño ihesu xp̃o.
Vade ad eũ z signa eũ signo meo. Multa em̃ patiet̃ ꝓ noĩe
meo. Abiit ananias: baptizauit saulũ: z fecit ex lupo agnũ.
Cepimus nos hr̃e pdicatorẽ: quẽ sctus stephan⁹ habuit la-
pidatorẽ. Sic ergo exaudit⁹ est sanct⁹ stephan⁹: vt ei⁹ ora-
tionib⁹ deleret peccatũ qõ cõmiserat saulus. Cõmendem⁹
ergo nos oratiõib⁹ ei⁹. Multomagis em̃ nũc exaudit̃ ꝓ dñi
oratorib⁹ suis: a regnãte dño nostro ihesu xp̃o: cui est honor z
gloria in secula seculorum. Amen.

C In eodem festo. Sermo. ij. In quo dicit q̃ ste-
phanus non expetebat de psecutorib⁹ vindictam
sed eis potius a deo veniam postulabat.

Sermo. ij B

Post extremũ festiuissimũ diẽ quo salutar̃ nostri
xp̃i nobis natiuitas illuxit: et iam hodiern⁹ dies
obti mꝺtyris stephani corona illustrat. Marty-
ris illius merita: nulla pars orbis ignorat. Pas-
sus em̃ est ipo principio ecclesie. i. in tpa vrbe hierosolyma.
Jbi em̃ diacon⁹ ministrauit: z in ipso iuuẽtutis flore deco-
rem et stolis sue sanguine purpurauit. Passio eius insignis ẽ
Act. vij. multũq̃ mirabilis. Hanc mõ de libro actuum apl̃oꝝ cũ le-
Petri. ij gerek audituim⁹ nõ solum: ſz etiã oculis expectauim⁹. Chri-
stus ergo caput martyrũ ꝓ nor passus est ꝓ nobis: reliquẽs
vobis exẽplũ vt sequamini vestigia ei⁹. Cui⁹ passionis ve-
stigia ꝓr secut⁹ beatus stephanus ꝓfitendo xp̃m: lapidat⁹
a iudeis coronã meruit tanq̃ suo sibi noĩe positã. Stepha-
nus em̃ grece/latine corona appellat. Jã corona nomen ha
B bebat: et ideo palmã martyrij suo nomine preferebat. Qui
cũ lapidarek: nõ solum non expectabat de psecutorib⁹ re-
portare vindictam: sed eis potius de deo ventã postulabat
Deutero. xxxij. Meminerat em̃ dixisse dominum. Mihi vindictam/et ego
Rom. xij. retribuam dicit domin⁹. Et iterũ. Ne dixeris vlciscar me
Paper. xx. de inimicis meis: sed expecta dominũ vt tibi auxilium sit.
Mat. v. Expectare nos iubet dñs deus: vt in die future retributio-
nis cum sanctis martyrib⁹ vindicemur. Beati enim q̃ expe
ctant dominũ: quoniã ipsi hereditate possidebũt terrã. Jl-
am scilicet terrã que iustis est ꝓparata. Tu autem o chri
stiane queris vindicari de aduersario tuo q̃ tibi forsitan in
turiam fecit: estuas: furis: anhelas: festinas vindicari: attẽ
de christũ medicum egritudinis tue: attẽde redemptorem
anime tue. Propter te pepẽdit in ligno: z nõdum est vindi-
catus: z tu vis vindicari: z non vis tantũ et talem magistrũ
imitari? Jdeo pati voluit: vt tibi patiẽtie sue demõstraret
exemplum. Vide pendẽtem: z tibi languenti de suo sangui-
ne medicamẽtum cõficiẽtem. Vide pendẽtem: z tibi de li-
gno tãq̃ de tribunali precipiẽtem. Audi precãtem. Pater Lu. xxiij.
(inquit) ignosce illis qz nesciunt quid faciunt. Sed potuit C
hoc christus: dicis mihi: ego non possum. Ego enim homo
sum: ille deus homo. Deus ergo vt q̃d homo: si non corrigi-
tur homo? Sed hec tibi loquor. O homo. Multum est a te
imitari dñm tuum. Attende stephanũ conseruũ tuũ. Certe
stephanus homo erat an deus? Plane homo erat: hoc erat
quod tu. Sed quod fecit: non fecit nisi donante illo quẽ ro-
gas z tu. Vide tamen quid fecit. Loquebatur iudeis: seuie
bat z diligebat. Utrũcq̃ debeo demonstrare: z seuientem et
diligẽtẽ. Audi seuientẽ. Dure ceruices. Verba sunt scti ste Act. vij.
phani quando loquebak iudeis. Dure ceruices z nõ circũ-
cisi corde et auribus: vos semper restituistis spiritui sancto
Quem prophetarum nõ occiderunt patres vestri. Audisti
seuientem: audi et diligentem. Irati illi facti et grauius in
ardescẽtes/ z mala pro bonis reddentes ad lapides cucur-
rerunt: z dei famulũ lapidare ceperunt. Hic probemus san-
cti Stephani patientiã z dilectionem. Hic victorem diabo
li triũphatorẽq̃ cernamus. Audiuimus seuientem aduer-
sus tacẽtes: videam⁹ si diligat seuientes. Seuiebat aduer-
sus tacẽtes: videamus si diligat lapidantes. Ecce Stepha
nus lapidat: sic constitutus quasi ante oculos nostros. Ec
ce mẽbrũ christi: ecce athleta christi. Jnspice illum qui pe
pendit in ligno. Cruci figebat ille: iste lapidabatur. Ille di
xit. Pater ignosce illis: qr̃ nesciunt quid faciunt: iste quid Lu. xxiij.
dicit? Audiam⁹ illũ forte vel ipsum imitari valemus. Pri- C
mo beatus stephanus stans orauit pro se z ait. Domine ihesu Act. vij.
accipe spiritum meũ. Deinde genu flexit: et flexo genu ait.
Domine/ne statuas illis hoc peccatum: et hoc dicto obdor-
miuit. Felix somnus z requies vera. Ecce qõ est requiesce-
re: pro inimicis orare. Sed paululũ queso te sancte stepha- D
ne expone nobis hoc nescio quid: quare pro te stans orasti:
et pro inimicis genu flexisti? Respõderet fortasse quod in-
telligimus. Pro me stans orauit: quia pro me qui recte deo
seruiui orãdo et impetrãdo nõ laborauit: quia qui pro iusto
orat nõ laborat. Jdeo p se stans orauit. Tentum est vt ora
ret pro iudeis: pro interfectorib⁹ christi: pro interfectoribus
sanctorum: p lapidatoribus suis: attendit tam multã z ma
gnam esse impietatem ipsorum que difficile donari posset
genu flexit z ait. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Er-
go charissimi si nõ potestis imitari dominũ: imitamini con-
seruum: imitamini sanctum stephanum: imitamini omnes
martyres sanctos. Homines erant: ꝑserui tui erant. Sicut
tu nati erant: sicut tu nati sed a christo sunt coronati: qui vi
uit et regnat in secula seculorum. Amen.

C In eodem festo. Sermo. iij. In quo dicit q̃
sancti exempla nobis reliquerunt pro inimicis
ꝺrandum.

Sermo. iij. A Act. vij.

Onet mihi dñs pauca dicere saluberiter: q̃d dona-
uit stephano tãta dicere fortit. Sic cepit ad suos
persecutores loqui: ẽsi timeret eos. Viri fratres
z patres audite. Quid lenius? Quid clemẽtius?
Cõciliabat auditorẽ: vt cõmẽdaret saluatorẽ. Blãde cepit
vt diu audirek. Et qr̃ hic fuerat accusatus q̃ verba dixerit
cõtra dñm z legẽ: ipsam legẽ exposuit: vt ei⁹ legis esset ꝑdi-
cator: cui⁹ accusabat eẽ vastator. Et audituim⁹ z audistis:
nõ sunt nostra multa necessaria: q̃ multa audistis: hoc tãtũ
exhortandã video charitatẽ vestrã z edificandã: vt sciatis
sctm̃ stephanũ honorẽ xp̃i quesisse: vt sciatis sctm̃ martyrẽ
testẽ xp̃i fuisse: vt sciatis tanta eũ tunc miracula in noĩe xp̃i
fecisse. Hoc em̃ salubriter scit̃ sctm̃ stephanũ fecisse mirabi
lia in noĩe xp̃i: nullũ aũt miraculũ fecisse dñm xp̃m in nomie
stephani: vt discernatis seruũ a dño: cultorẽ a deo: adorato-
rẽ ab adorãdo. Qũ em̃ discernitis: tunc vos amat. Non em̃

B ille ꝓ se sanguinē: sed ꝓ ꝝbo fudit. Videte cui aīam suā cō
mendauerit. Ecce (inq̄t) video celos apertos: et filiū hoīs
stantē ad dexterā dei. Vidit ꝝm: cōfitens ꝝm: moriturus
ꝓ ꝝbo: perrecturus ad ꝝm. Dñs i cruce pendens ꝓ inimi-
Lu. xxiij. cis suis/ait. Pat ignosce illis q̄ nesciūt q̄d faciunt: stepha-
Act. vij. nus sub lapidib⁹ genu flexo ait. Dñe: ne statuas illis ꝟ delic-
tum. Secut⁹ est vestigia paſtoris sui: tāq̄ bona ouis. Bo-
nus agn⁹ secut⁹ est agnū: cui⁹ sanguis tollit peccata mūdi.
j. Petri. ij Impleuit q̄ ait apl's Petr⁹. Christ⁹ ꝓ nobis passus est:
reliquēs vobis exēplū vt seq̄mini vestigia eius. Sequunt
ergo martyres vestigia oñi. Christus i cruce ait. Pater in
man⁹ tuas cōmēdo spīm meū. Stephan⁹ sub lapidib⁹. Dñe
iesu accipe spīm meū. Christ⁹ in cruce. Pat ignosce illis: q̄
nesciūt q̄d faciūt. Stephan⁹ sub lapidib⁹. Dñe Jesu: ne sta
tuas illis hoc delictū. Quomō nō posset ibi iste esse vbi erat
quē secutus est: vbi erat quē imitat⁹ est: Triūphauit: coro-
nat⁹ est. Sane corona nr̄a est edificatio vr̄a. Et gaudiū no
C strum/salus vr̄a: salus ꝛ tēporalis ꝛ sempiterna. Promissio
j. Ti. iiij. nē ei habem⁹: sicut dixit apl's vite p̄sentꝫ ꝛ future: sed salu
tē p̄sentē donat deus ꝛ hoibus ꝛ peccatib⁹: donat deus ꝛ bo-
nis ꝛ malis. Banc aūt salutē tēporalē: p eterna salute mar-
tyres ꝓtēpserunt. Gaudetis sine dubio q̄ saluos nos vide-
tis: ꝛ nos in ꝝbo de vestra salute gaudemus: sed satagite vt
etiā in illo die de vobis gaudeam⁹: q̄ q̄d ait apl's: ꝓ sua di-
spēsatiōe tā magna ꝛ ampla vt ei⁹ vix vestigia cōsectemur
hoc nobis loq̄bat q̄ dicebat. Et quem edificabat dicebat.
Pphł. iiij Gaudiū ꝛ corona mea. Quicūq̄ g̃ ꝓficiūt in ꝝbo dei laborī-
bus nr̄is: gaudiū sunt ꝛ corona nr̄a: q̄ nostrum est fideliter
dispēsare nō nostrā sed dñicā pecuniā: vestrū est cū cura et
sollicitudie suscipe. Ego em̄ possum esse dator: non exactor.
Et dator non q̄si mee ret: sed do vnde ꝛ ego viuo: q̄ ad vnā
domū magnā oēs ptinemus: vnū patrēfamilias dñm habe
mus. Cellariū habet apl̄ū: vnde nos ꝛ vos viuere possum⁹.
Tantū em̄ rogem⁹ fastidiū detergat: ꝓtius donet esurīē: et
pozrigat panē. Unde viuo: inde dico. Unde pascor: hoc mi
nistro. Nam vobiscum paup sum. Diuitie oēs deus nr̄: vita
j. Cor. j. cīm nr̄m btā eternā. Ergo q̄ gloriat⁹ in dño gloriet⁹: qui vi-
uit ꝛ regnat deus p īmortalia secula seculorum. Amen.

¶ In eodē festo. Sermo. iiij. In quo dicit q̄ pro-
inimicis orare licet: sit laboriosum multū tamen
esse meritorium.

Ser. iiij. Exo. xvij A Est⁹ filius naue in heremo pugnabat: ꝛ moyses
orabat. Nō q̄ ābo pugnabāt: nec ambo orabant:
sꝫ vn⁹ pugnabat ꝛ alius orabat. Merito q̄ pugna
bat non deficiebat: q̄ ille orando vincebat. Ita ꝛ
Ezech. ij. ego loqui quidē video: sꝫ alios orātib⁹ loquor: vt p̄cib⁹ eo-
Ps. lxxx. illō. Si ille ab vno tñ orāte iuuabat ꝛ nō superabat: quāto
magis ego vbi nō vn⁹ sꝫ multi rogāt deū mecū? Loquendo
ps. cxliiij. tā non timebit cor meum: q̄ laudē dñi loquēr os meū. Dñs
B noster Jesus ꝝs iubet nobis aliq̄d: ꝛ ꝓmittit nobis aliq̄d.
Nō iubet hic ē: q̄ ꝓmittit alibi est. Nō iubet finīr: q̄ tēpo-
rale est: q̄ ꝓmittit non finīr: q̄ eternū est. Nō iubet op⁹ est
q̄ ꝓmittit merces est. Hinc aduertat vestra sctitas quāta
est ei⁹ misericordia erga nos: vt laborē hic posuerit cū fine:
mercedē in celo sine fine. Et ideo debem⁹ poti⁹ hic laborē:
re et postea i celo mercedē sumere: q̄m hic mercedē velle acci
Wat. vj. cipere: ꝛ postea laborare. De q̄bus dā em̄ dicit. Amē dico vo
bis: p̄ceperūt mercedē suā. Sed forte audius es ad merce-
dē: ꝛ piger ad laborē: qua fronte postulas q̄ ꝓmisit deus:
si nō facis q̄ iussit de⁹? Prius audi monitiōes: ꝛ sic exige
repromissiones. Prius inquā adi iubētē: ꝛ tūc exige pollicē
Wat. v. tē. Jubet em̄ nobis ꝛ dicit. Diligite inimicos vestros: bñfa
cite his q̄ vos oderunt: ꝛ orate ꝓ p̄sequēt⁹ ꝛ calūniātib⁹
vos. Audisti opus: expecta mercedē. Et sitis (inq̄t) filij pa
tris vestri qui in celis est: q̄ solem suum oriri facit super bo
C nos ꝛ malos: ꝛ pluit sup iustos et iniustos. Attendite ipsum
dñm q̄ hoc iussit q̄ fecerit. Nōne post tanta q̄ in eū cōmise-
rūt impij iudei: q̄ retribuebāt et mala ꝓ bonis: pendens in
Lu. xxiij. cruce ait. Pat ignosce illis q̄ nesciūt q̄d factūt: ꝛ audit in
hoīe q̄ exaudiuit cū p̄e. Nam ꝛ modo orat ꝓ nobis: orat in
nobis: ꝛ orat a nobis. Et sacerdos noster orat ꝓ nobis: vt
caput nr̄m orat i nobis: vt deus nr̄ orat a nobis. Quādo g̃
in cruce pendēs orabat: videbat et putebat⁹ oēs inimicos
sed multos ex illis futuros amicos putebat: Ideo olī⁹ ve
niā postulabat. Illi seuiebant: et ille orabat. Illi dicebant
pylato crucifige. Ille clamat. Pat ignosce. In asperis cla
uis pēdebat: sed lenitatē nō amittebat. Illis iā petebat ve
niam: a q̄bus acciplebat iniuriā. Illi seuiebant: illi circūla
trabāt: illi insultādo caput agitabāt q̄ sanū nō habebāt: q̄
caput q̄ est ꝝs nō habebāt: et quasi i vno summo medico
i medio cōstituto phrenetici circūquaq̄ seuiebāt: pēdebat
ille/ꝛ sanabat. Pater (inq̄t) ignosce illis. Attēdite fratres
Wagna pietas. Pendebat ꝛ tñ petebat. Et nō descēdebat
Actuū. iij. q̄ de sanguīe suo medicamentū phrenēticis faciebat. De-
nicq̄ fratres post resurrectionē sanauit: quos pēdēs insanis
mos tolerauit: ꝛ sanguinem quē fuderūt seuiētes: biberunt
credētes: ꝛ facti sunt sequētes q̄ erāt p̄sequētes. Ecce qua-
Luce. xix re venit ꝝs non pdere q̄ inuenerat: sed querere ꝛ saluare
q̄ perierat: vt diligēdo seuiētes inimicos: faceret credētes
D amicos. Sed ne multū graue esse dicas imitari dñm tuū q̄
ꝓpter te passus est: reliquens tibi exēplū vt sequaris vestī-
j. Petri. ij gia ei⁹: attēde stephanū cōseruū tuū. Homo erat sicut et tu
de massa peccati creatus sicut ꝛ tu: eo ꝓcio redēptus quo ꝛ
tu. Diaconus erat: euāgelia legebat: q̄ legis vel audis ꝛ tu.
Wat. v. Ibi iuenit scriptū. Diligite inimicos vestros. Didicit legen
do: p̄fecit ip̄lēdo. Qui cū a iudeis saxorū grādine cederet:
nō solum nō cōminabat: sed ipsup lapidatorib⁹ suis venia
Act. vij. pcabat. Positis em̄ genib⁹ orabat dicens. Dñe: ne statuas
illis hoc delictū. Illi lapidabāt: ꝛ ille orabat. Ille eū furore
persequebāt: ille pacatus ꝝm sequebat. Illi malicia ceca:
bantur: ille apto celo vtso filio dei sapīētia illustrabat. Illi
lapides mittebant: ille orationes premittebat tāq̄ dixisset.
Dñe si istos mō occideris inimicos/quos postea facies ami:
cos? Denicq̄ fratres vt noueritis quātū valuerit oratio san
E cti martyris stephani: recurrite nobiscū ad illū adolescētē
Ubi. s. noīe saulū. Qui cū sanct⁹ stephan⁹ lapidaret: oīm vestimē-
ta seruabat: et tāq̄ manib⁹ oīm lapidabat. Et postea sicut
nostis accepit epīas a principibus sacerdotū: vt quoscūq̄
inuenisset ꝛpianos vtros ac mulieres: vinctos adduceret in
Act. ix. hierusalē torquēdos ꝛ puniēdos. Hic cū iret in via: subito
circūfulsit eū lumen de celo: cecidit in terrā: ꝛ audiuit vocē
dicētem sibi. Saule saule: q̄d me p̄sequeris? Et ille. Tu q̄s
es dñe? Et dñs ad illū. Ego sum (inq̄t) iesus nazarenus: quē
tu p̄sequeris. Durū est tibi ꝓtra stimulū calcitrare: q̄ nō
stimulū: sed pedes quib⁹ calcitras vulnerabis. Quid mihi
et tibi? Quare me p̄sequeris? Quare te erigis cōtra me ma
lo tuo? Sed ꝓtra tāta mala que cōmittis in me: olim quidē
debui pdere te: sed stephanus meus orauit ꝓ te. Elisus est
F scutēs: erect⁹ est credēs. Elisus est lupus: erect⁹ est agnus.
Elisus est p̄secutor: erect⁹ est p̄dicator. Dicā planius: di-
cā apertius. Elisus est filius pditionis: erectus est vas ele-
ctionis. Elisus est saulus: erectus est paulus. Nā si martyr
stephan⁹ nō sic orasset: eccl'ia paulū non haberet. Sed ideo
de terra erectus est paulus: q̄ i terra inclinatus exauditus
est stephanus. Ecce ḡre dñs dicit. Diligite inimicos vros:
q̄ diligendo inimicū: facis amicū. Sed ꝓtra tanta ꝛ talia
hec: tu q̄s q̄ non diligis? Figis genu: collidis frontem in
terrā ꝛ dicis. Dic vt moriat inimicus meus. Deus si q̄d te
ꝓmerui: occide inimicū meū. Et vtiq̄ tu q̄ orās vt bō mo-
riatur: malus orās cōtra malū: et facti estis duo mali. Ille
male agēdo: tu male orādo. Tu malus orādo incipis ee q̄
dicis. Deus occide malū. Respondet tibi ipe. Quē vestrū?
Aduertat sctitas vestra. Judex homo p seipsum reum non
occidit: sꝫ iubet: et spiculator occidit. Judex dicit. Occide
ꝛ tortor occidit. Et tu quādo dicis. Occide inimicū meū: te
facis iudicē: ꝛ deū queris esse tortorē. Respōdet tibi deus.
Non ero ꝓtius: nō ero peccatoris tortor: sed liberator: q̄
Ezechiel. xxxiij. nolo mortē peccatoris: sed vt cōuertat⁹ vt viuat. Nam si vo
lūtatem tuā haberē: te ꝓtius occiderem ante cōuictatus ve
nires. Nonne me blasphemasti? Nōne me i tuis malis ope-
ribus irritasti? Nonne nomē meū de terra delere voluisti?
Nōne me in ꝓceptis vel i seruis meis cōtēpsisti? Si tūc te
occidissem inimicū: quē modo facere amicū? Quid g̃ male
orādo doces me: q̄ non fect in te? Immo g̃ dicit tibi deus
Luce. xxiij. Doceā te vt imiteris me. In cruce pēdēs dixi. Pater igno
sce illis q̄ nesciunt quid faciunt. Docui hoc milites meos:

vocui martyres. Prius esto et tu martyr meus: tyro meus
aduersus diabolū: aliter inuicte nullo modo pugnabis nisi
ꝓ tuis inimicis orazueris. Conuersi ad dñm deū patrē ꝛc.

¶ In eodem festo. Sermo. v. In quo dicit q̄ Ste
phanus in hoc q̄ prepositus fuit feminis habuit
testimonium sincerissime charitatis.

Sermo. v. B Hesterno die natalem habuim⁹ dñi saluatoris: ho
die summa deuotiōe veneramur sancti martyris
Stephani passionē. Hesterno q̄ redimimur ad
premiū: hodierno quo ꝓuocamur ad exemplum
Bene g̃ hesterne solēnitati festiuitas hodierna cōiūcta est
vt illa credētes eueheret ad vitam: hec ꝓfitētes duceret ad
coronā. Omni g̃ ecclesie beat⁹ Stephan⁹ dat⁹ est ad pfectū.
Adhuc laicus diaconi meruit electionē: et leuita martyrij
obtinuit ꝓncipatū. In plebe adhuc posit⁹ erat: sꝫ tā ꝛ tutib⁹
eminebat. Humilis erat: sꝫ celsus fide. Discipul⁹ erat ordi
Actuū. vij. nē: sꝫ fact⁹ est magister exēplo. Quo sequebat deuotione fi-
dei: p̄cessit velocitate martyrij. Scriptū est em̄ de eo i acti-
bus apl'oz: q̄ ad ministeriū viduaꝝ sit ab apl'is deputatus.
In hac etiā re q̄ ꝓposit⁹ est feminis: testimoniū meruit sin-
cerissime castitatis. Beat⁹ g̃ erit fratres charissimi: q̄ hunc
sectat⁹: q̄ hunc imitat⁹ fuerit: et pudicitie palmā martyrij
ꝓsequit corōnā. De q̄ ꝛ lectio apl'oz actuum q̄ nobis hodie
lecta ē dilectissimi fratres: cū plurimū habeat in ipa specie
B admiratiōis: nō min⁹ tñ ptinet i mysterio dignitatis. Ecce
Act. vij. (inq̄t) beat⁹ Stephan⁹. Video celos aptos: ꝛ filiū hoīs stā
tē a dextris dei. Cōsiderate attētius dilectissimi fres: cum
beat⁹ martyr dñm Iesum ꝝm ad dexterā dei pris stare vi-
disset: cur se filiū hoīs videre testat? est: ꝛ nō pot⁹ filiū dei:
cū vtiq̄ plus de latur⁹ honoris dño videret si se dei potius
q̄ hoīs filiū videre dixisset? Sed certa rō postulabat vt hoc
ita ꝛ ostēderet in celo/ꝛ pdicaret in mundo. Omniū em̄ iu-
deoꝝ scādalū in ꝟ erat: cur dñs nr̄ Iesꝰ ꝝs q̄ fm carnē erat
fili⁹ homis: ee ētā dei fili⁹ diceret. Jdeo g̃ pulchre scriptu-
ra diuina filiū hoīs ad dexterā dei pris stare memorauit: vt
ad ꝓfutandā iudeoꝝ incredulitatē illi martyri ostenderet
in celo q̄ a pfidis negabat in mūdo: ꝛ illi testimonium cele-
stis ⁊itas daret: cui fidē terrena ipietas denegaret. Nā Iꝫ
Ps. cxv. iurta psalmū q̄ lect⁹ est. Pretiosa sit in cōspectu dñi mors
Act. vj sctoꝝ eius: si q̄d tñ distare iter martyres potest: p̄cipuus vi-
det esse q̄ pm⁹ est. Nā cū sanct⁹ Stephan⁹ diacon⁹ ab apl'is
ordinat⁹ sit: apl'os ipos beata ac triūphali morte p̄cessit: ac
sic q̄ erat inferior ordīe: prim⁹ fact⁹ est passione: ꝛ q̄ erat di-
Ps. cxv. scipulus gradu: magister cepit esse martyrio: cōplens illud
q̄ beat⁹ ꝓpheta in psalmo q̄ lect⁹ est dixit. Quid retribuā
dño ꝓ oīb⁹ q̄ retribuit mihi? Retribuere em̄ voluit primus
Stephan⁹ martyr dño: q̄ cum oī humano genere accepit a
dño. Mortē em̄ q̄ saluator dignatus est ꝓ oīb⁹ pati: hanc
C ille pm⁹ reddidit saluatori. Post hec sublecit scriptura sa-
Act. vij. cra q̄ ait. Positis (inq̄t) genib⁹ clamauit dicēs. Dñe: ne sta
tuas illis hoc peccatū. Videte dilectissimi affectū beati vi-
ri: videte magnū ⁊ admirabilē charitatē. In p̄secutiōe po-
sit⁹ erat: et ꝓ p̄secutorib⁹ depcabat⁹: atq̄ in illa lapidū ru-
na q̄n ali⁹ obluisci poterat etiā charissimos tuos: tunc ille
dño cōmendabat inimicos. Quid em̄ dicebat cū lapidaret?
Dñe: ne statuas illis hoc pctm̄. Pl⁹ itaq̄ tūc illoꝝ dolebat
pctā. q̄s sua vulnera. Plus illoꝝ ipietatē: q̄s suā mortē do-
lebat. Et recte plus. In illoꝝ q̄ppe ipietate erant multa q̄
plāgi potuissent: i illi⁹ aūt morte nō erat q̄ debuisset dole-
ri. Illoꝝ impietatē mors sequebat eterna: hui⁹ aūt mortē
vita ꝑpetua. Jmitemur g̃ i aliquo dilectissimi fratres tāti
magistri fidē: tā pclari martyris charitatē. Diligam⁹ nos
hoc ano i ecclesia fratres nr̄os: quo ille tūc dilexit inimicos
D Sed q̄ ꝑius est aliquoties nō solū inimicos nō diligim⁹.
sed ne amicis q̄dē fidē integrā custodim⁹. Sed dicit aliqs
Nō possum diligere inimicū meū: quē quotidie velut hostē
patior crudelissimū: O quicūq̄ ille es: attendis q̄d tibi fece
rit homo: ꝛ nō cōsideras q̄d tu feceris deo. Cū em̄ tu multū
grauiora in deū pctā cōmiseris: q̄re nō dimittis homini pa-
rum: vt tibi de⁹ dignet dimittere multū? Recole q̄d tibi in
euāgelio ⁊itas ipsa ꝓmiserit: et quā tibi quodāmodo cau-
Da. vj. tionē fecerit. Si em̄ (inq̄t) dimiseritis hoībus peccata eoꝝ
dimittet ꝛ vobis pater vester celestis pcta vestra. Si aūt
nō dimiseritis: nec pater vester dimittet debita vestra. Vi-
detis fratres: q̄ cū dei gra in potestate nostra positū ē qua-
liter a domio iudicemur. Si (inq̄t) dimiseritis/dimittet⁹ vo
bis. Nam sepe dixi fratres: ꝛ frequenti⁹ dicere debeo: nemo
se circūueniat: nemo se seducat. Qui vel vnū hoīem in hoc
mūdo odio habet: q̄cq̄d veo in operibus bonis obtulerit to
tū perdet: q̄ nō mētit Paul⁹ apl's dicens. Si dedero oēs j. Cor. xiij
facultates meas in cibos pauperum: ꝛ si tradidero corpus
meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi pro-
dest. Quā rē etiā beat⁹ Joannes confirmat dicēs. Oīs ei
q̄ non diligit fratrē suū: manet in morte. Et iterū. Qui fra- j. Joā. iij
trē suum oderit: homicida est. Hoc loco fratrē: oēm hoiem
oportet intelligi: oēs em̄ in ꝝbo fratres sum⁹. Nemo em̄ sine
charitate de virginitate p̄sumat: nemo de elemosynis: ne-
mo de ieiunijs: nemo de oratiōnibus confidat: q̄ q̄dū ini-
micitiā in corde tenuerit: neq̄ i istis: neq̄ in aliis q̄buslibet
bonis opibus placare sibi dñm poterit. Sed si vult habere
ꝑpciū dñm. non dedignet audire cōsiliū meū. Audiat non E Wat. v.
me: sed ipm dñm suum. Si offers (inq̄t) mun⁹ tuū ad altare
et ibi recordat⁹ fueris q̄ frater tuus habet aliq̄d aduersum
te: relinque ibi mun⁹ tuū ante altare: ꝛ vade pri⁹ reconcilia-
ri fratri tuo: ꝛ tūc venies offeres mun⁹ tuū. Et nos pugnas
habem⁹ intrinsec⁹: ꝛ dolos i corde versantes: et quasi bonā
pscientiā habeam⁹ ꝓsumim⁹ accedere ad altare: non timen
tes q̄ scriptū est. Qui māducat ꝛ bibit indigne: iudiciū si- j. Cor. xj
bi mādūcat ꝛ bibit. Sed dicit aliqs. Grādis labor est inimi-
cos diligere: p̄secutoribꝰ supplicare. Nec nos negamus F
fratres: nō paru⁹ q̄dē labor est i hoc seculo: sed grande erit
premiū in futuro. Per amorē enim hominis inimici: efficie-
ris amic⁹ dei. Immo nō solū amic⁹ sed etiā filius: sicut ipe Wat. v.
dño dixit. Diligite inimicos vestros: benefacite his q̄ ode-
runt vos: vt sitis filij patris vestri q̄ in celis est. Si te aliqs
hō diues in hoc seculo vellet adoptiuū filiū facere: quomō
seruires: q̄s ei dignitates ip̄deres: etiā ſuoꝝ ei⁹ q̄ seruitia
durissima et aliquoties etiā turpissima sustineres conuitia
vt ad caducā ꝛ fragilē hereditatē ip̄i⁹ quentires? Nō g̃ ille
sustinet ꝓpt subst̄tiā terrenā: tu sustine ꝓpter vitā eternā.
Cōuincimur em̄ certissima rōne: q̄ ꝓpter deū possum⁹ qui-
dē sed nolum⁹ iniuriā sustinere. Denicq̄ si nobis aliqua po- G
tens p̄sona iniuriā facit: si nos etiā in faciem maledicit: nec
respōdere aliq̄d asperū: nō dicā vicem reddere ausi sumus.
Quare hoc? Me ab illa p̄sona potēte adhuc maiora q̄s ptu-
lim⁹ patiamur. Quod a nobis extorqueat hoīs timor: debe
ret a nobis exigere ꝝpi amor. Si g̃ potēs p̄sona contra nos
seuit tacem⁹ et nihil dicere ausi sum⁹. Si vero equalis/aut
forte inferior vel leuem nubis cōtumeliam fecerit: quasi fere
bestie sine vlla patiētia: ac sine aliqua dei ꝓpiatiōe cōsur-
gimus: et aut in p̄senti nostrā iniuriā vindicam⁹? aut certe
ad maiorē vicem reddendam nostrū animū p̄paramus.
Quid est hoc q̄ quādo potēs p̄sona nobis iniuriā intulit pa
tiēter accepimus: quādo inferior nimio furore succēditur?
Quia ibi timuim⁹ hoiem: hic deū timere noluim⁹. Unde er
go ffres quātū possum⁹ cū dei adiutorio cor nr̄m ad patien-
tiam ꝓparem⁹? ꝛ in oīb⁹ malis hoībus medicor vicem age-
re studeam⁹? ꝛ nō ipos hoīes: sed ipoꝝ malicia odio habea-
mus. Pro bonis orem⁹ vt semp ad meliora cōsēdant: pro
malis vt cito ad emendationē vite per penitentie medica-
mēta confugiant. Quam rem ocantibus vobis ipse presta-
re dignetur: qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat
in secula seculorum. Amen.

¶ In eodē festo. Sermo. vj. In quo dicit q̄ in ste-
phano erat pulchritudo corporis/flos etatis/elo-
quentia sermocinātis/sapientia sanctissime men
tis/et operatio virtutis.

Ser. vj B Solitā video nostras disputatiōes graphio ce-
raꝝ ligari ꝛ nequaq̄s sum⁹ idonei lectitare: adiu-
uare meipsum queso intercessu vestro apud mar-
tyrē istū: quē gamaliel stolat⁹ reuelauit. Saulus
Act. vij. spoliat⁹ lapidauit: ꝛ christus pānis iuolut⁹ vitauit: ꝛ ꝓcio-
Luce. vj so lapide coronauit. Triūphalis est dies iste btissimi: triū-
phalis est dies sctō Stephano martyri: a lapidib⁹ mortuis
condēnato: extra ciuitatem lapide precipitato: corpore per
necato: capite vulnerato: lapide conquassato: ꝛ angulari la-

pide coronato. Pulcher erat minister: quia pulcher erat et magister. Pulcher erat vbiq; stephan⁹ iste: i corde ⁊ i corpore. We magistri pulchritudie cantat in psalmo. Speciosus forma pre filijs hominum: diffusa est gra in labijs tuis Et ipsi cantam⁹ i psalmo. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: itende prospere pcede ⁊ regna. Stephano ergo martyri ⁊ pulchritudo erat corporis: ⁊ flos etat⁹: ⁊ eloquētia sermocinantis: ⁊ sapiētia sctissime mētis: et operatio diuinitatis. Inuidia magna obstiterat iudeis ob christiane causam professionis. Videbāt em̄ stephanū iudei iudeū: in medio iudeox in ciuitate metropolitana parentū suox diuspatantē ptra sacra iudeox: ⁊ ptra sacrificia: ⁊ ptra legē: ⁊ contra circūcisionem: cōtra sabbata: exurgētes in iracūdiā/ ⁊ cōcipiētes venenata sensa: loquebant adiuicē sibi talia verba. Quid est istud: qd est hoc qō agim⁹: qd facim⁹: qd vult sibi iste hō ⁊ iuuenis/ ⁊ pulcher/ ⁊ eloquētissimus/ ⁊ sapientissim⁹ homo: Nam signa magna et mirabilia facit iste homo: ⁊ sine eā xp̄s mortuus est homo. Venite (inquiunt) fratres simulcq; cōuentam⁹ i vnū: faciam⁹ cōsiliū: cōfirmemus falsum testimoniū. Fecim⁹ cōtra deū: faciam⁹ ⁊ pta famulū. Virim⁹ cōtra dñm. Expedit vt vn⁹ moriat q̄ tota gens pereat: dicam⁹ cōtra famulū. Exterminem⁹ eū de terra viuentinm: ⁊ nomen ei⁹ nō memoret ampli⁹. Quādo consiliū ptra iesum fecim⁹: multū nobis pfuim⁹ qz prevaluim⁹: circūuenim⁹: dedim⁹: accepim⁹: ligauim⁹: tradidim⁹: superauimus: oppressim⁹: crucifixim⁹. Amatori cupiditatis deuim⁹ pecuniā: quā de māmona iniqtatis distraxim⁹ vnusquisq;. Ligauim⁹ icapabilē filiū xp̄i: tradidimus iudici iudicem equitatis: superauim⁹ superantem ipertū vanitatis: oppressim⁹ opprimētē supbiā calamitatis: pspuim⁹ factem sanctitatis: ⁊ crucifixim⁹ ceci filiū maiestatis. Occidimus tamē: sepeliuim⁹: eiusq; sepulchrū anulo nostro lignauim⁹/ sz ab angelo resignatū inuenim⁹. Dicam⁹: iudicem⁹ sepulchrū signatū custodientib⁹ custodib⁹: ⁊ miraculum resurrectionis videtib⁹: tantā pecuniā vt pylato mētirent contulimus: testimoniaq; pduxim⁹: ⁊ pfusione vigilātes caruim⁹. Sed et nunc o viri qd agem⁹: qd faciem⁹: qd dicem⁹: q vnū xp̄m occidim⁹/ ⁊ multos xp̄ianos pspicim⁹: Ecce (inquit) in vno christo a nobis occiso: ducenti sunt discipuli ei⁹ de ipo numero nr̄o trāslati: ⁊ nicodem⁹ sacerdos noster est: et tris ⁊ q̄nq; milla hoim ad eox baptismū cucurrerūt: mltas iudeas ⁊ greas ⁊ barbaras nationes baptizauerunt: ⁊ suis sacrarijs pposuerūt. Ecce adhuc qō ē nobis pel⁹ ac deterius: septē diaconos ordinauerunt: inter quos vn⁹ q̄ vocat Stephanus ⁊ iuuenis/ ⁊ pulcher/ ⁊ eloquētissim⁹/ ⁊ sapientissim⁹ est pre oibus: ⁊ signis miraculox est plenus: et si est plen⁹ necesse est vt cōfluat ad eū noster popul⁹: et in nostrā cōfusionē apd oēs iudeos fit magnificat⁹: nisi nostris mantib⁹ fuerit lapidat⁹. Cur q̄ (inqt) adhuc stam⁹: Quē expectam⁹: Quare tardam⁹ stephanū illum nr̄e cōfusionis demonstratorē: Publicū publice raptam⁹ ad cōcilū: in nr̄o statuam⁹ medijū: pontificali pturbem⁹ synodo: testimonio oppzimam⁹ falsissimo: faciam⁹ ministro qō fecim⁹ et magistro. Si em̄ nō dubitauim⁹ magistrū lāceare: non debemus dubitare stephanū lapidare. Cōsenserūtq; oēs iudei imprij viri: ad homicidiū sēper parati. Rapiūt stephanū: ad suūq; ducunt pcilū. Exagitāt ⁊ pturbant: ⁊ iterrogāt: audiunt ⁊ attēdūt. Audiūt sapientissimū: ⁊ conspiciūt speciosissimū. Q iudei semp inimici dei: itendite bene: q̄ iudicatis non bene Si q̄ iusticiā loqmini: recta iudicate filij hoim. Intendite simul pontifices ⁊ ministri: facerdotes ⁊ ppli oēs: simul iudei intendite faciem mīstri dei: itendite facie stephani si potestis. Moyses em̄ ppter excecationē vram ptra facie suā posuit velamētū: stephan⁹ vo ad pfusionē vram ptra vestrū quentū resurrectiōis annunciat sacramētū. Sed o iudei fidē nullat⁹ miramur in vobis: p multas cōgruitis iniqtatib⁹ vestris. Qui em̄ facie despicitis legislatoris: psonā suscipitis delatoris. Qui desperistis facie moysi legislatoris: psonā iudei suscepistī crudelissimi delatoris: ⁊ ad dedec⁹ vestrū semp additis crimē vestrū. Et moyses vester qñ velamētū posuit ptra sctām facie suā: nolebat videre criminosam faciē vram. Stephanus vero reuelata facie sua: speculabat in celū gloriam dei filij: ideo videbāt vultū ei⁹ iudei tāq; vultū angeli dei. Et nunc tantūmodo beate martyr stephane terrā despice: celū pspice: ⁊ pontifice sperne: prem attende. Despice iudeū ⁊ sacerdotē ⁊ populū: pspice in celo prem ⁊ filiū ⁊ spūsctm. Judica tū iudeo qō sit illud qō diu ptēplaris in celo. Ecce inqt stephan⁹: video celū apertū: et iesum quē crucifixistis: quē illusistis morietē: quē signato sepulchro posuistis iacentē: video ego ad dextrā p̄ris stantem. Quid g̃ vobis pfuit iudei: q̄ crucifixistis filiū dei: et filij dei martyrē lapidatis: Ecce duplo labefacti estis: q̄ ciuitatem vram amisistis: et ipm lapidatorē principē pdidistis: ⁊ de ciuitate sancta reprobata est vestra plāta. Impleta est em̄ in iudea maledicta maledictio illa dauitica. Propterea de⁹ destruet te in finē: euellet te ⁊ emigrabit te de tabernaculo tuo: ⁊ radicē tuā de terra viuētū. Silentiū aūt fecerūt turbe iudeox dānabili animositate sua: si sup martyrē stephanū dētib⁹ colubrinis stridebāt: quē quasi serpētē in corde habebant: precipitantq; martyrē sctm̄ extra ciuitatē suā: pmittentes testimonia dicētes falsitatē: plusciuntq; vestimenta ante sault vestigia: ⁊ currunt cū lapidib⁹: vlnas exigūt: brachia dirigūt: petras iactūt: lapidātq; iustū iiusti pcubentē: morietē: orātē atq; dicētē. Dñe iesu me⁹: ostensor me⁹: defensor me⁹: pter quē scult in me nudus lapidator me⁹: exaudi me: exaudi sancte meus: xp̄e filius: lapis viuus: ad exaudiēdū me vnus: itēde i meipsum tut fontis lauacro mūdatū: tui salutaris gratia fine macula pcreatū: p tuo noīe spoliatū: hūanis lapidatū manib⁹: fz ab amore salui nō separatū. Et ne statuas illis hoc peccatum misericors vsq; in finē. Stephanus sanctus moriens: ⁊ in eterna pace dormiuit.

¶Item in eodē festo. Relatio sancti Augustini de miraculis sancti Stephani. Sermo.vij.

Aquas tibilitanas epo afferēte piecto reliqs martyris gloriosissimi stephani ad ei⁹ memoriā veniebāt magne multitudinis cōcursus ⁊ occursus: vbi ceca mulier vt ad eām portantē pignora sacra duceretur ozauit: flozes q̄s ferebat dedit: receptiocul⁹ admonuit: ptin⁹ vidit. Stupētib⁹ cūctis q̄ aderāt: pibat exultās: viā carpēs: ⁊ vie ducē vlteri⁹ nō regrens. Memorati mēoriā martyris q̄ posita est i castello synticēsi qō bipponensi colonie⁹ vicinū est: eiusdē loci Lucilli⁹ epo populo pcedēte atq; sequte portabat: fistula cui⁹ molestia iā diu laborauerat: et familiarissimi sui medici q̄ ea secaret opiebatur man⁹: illi⁹ pie sarcine vectatiōe repente sanata est. Rā deiceps eā in suo corpore nō inuenit. Eucharis⁹ psbyter ex hispania: calame habitans: vetere morbo calculi laborabat p memoriā supradicti martyris quā possidius illo aduerit episcop⁹: salu⁹ est fact⁹. Idē ipe postea morbo alio preualescente moritu⁹ sic iacebat vt ei iā pollices ligarent: opitulatiōe mēozati martyr: cū de mēoria ei⁹ reportata esset: ⁊ sup iacētis corp⁹ missa ipus psbyteri tunica suscitat⁹ est. Fuit ibi vir in ordie suo pmari⁹ noie marcialis: euo iam grauis: et multū abhorrēs a religione xp̄iana: Habebat sane fidelē filiā ⁊ genex: eodē anno baptizatū. Qui cū egrotāte multis ⁊ magnis lachrymis rogarēt vt fieret xp̄ianus: protinus abnuit: eosq; a se turbida īdignatiōe submouit. Visum est genero ei⁹ vt tret ad mēoriā scti stephani: ⁊ illic p eo q̄ntū posset ozaret: vt de⁹ illi daret mētē bonā: q̄ credere non differret i xp̄m. Fecit hoc igenti gemitu ⁊ fletu: ⁊ sinceriter ardente pietatis affectu. Deide abscedens de altari aliq̄d florū qō occurrit tulit eiq; cū iā nox cēt ad caput posuit. Tūc dormitū est: ⁊ ecce āte diluculū clamat vt ad eām curreret: q̄ mecū forte tūc erat apud hipponē. Cū g̃ eum audisset absentem: ventre pbros postulauit. Venerūt: credere se dixit. Admirantib⁹ atq; gaudētib⁹ oib⁹ baptizat⁹ est. Hoc q̄dā virit in ore habebat. Christe accipe spūm meū: cū hec verba btissimi stephani qū lapidatus est a iudeis vltima fuisse ne sciret. Que huic quoq; vltima fuerūt: nā nō multo post etiā ipe defunct⁹ est. Sanati sunt illic p eūdē martyrē etiā tres podagrici: duo ciues: pegrin⁹ vn⁹. Sed ciues omnimodo: pegrin⁹ aūt p reuelationē q̄d adhiberet qñ voleret audiuit ⁊ cū hoc fecisset: dolor ptinuo pquieuit. Audur⁹ est nomen fundi vbi eccl̄ia est ⁊ ea mēoria martyr⁹ stephani. Puerū quēdā paruulū cū i area luderet: exorbitātes boues q̄hibiculū trahebāt rotis obtriuerūt: ⁊ confestim palpitauit expiris. Hunc mater arreptū ad eādē memoriā posuit: ⁊ nō solum reuixit: verūetiam illesus apparuit. Sanctimonialis q̄dā in vicina possessione que caspilina dicit: cum egritudine laboraret ac desperaret: ad eādē memoriā tunica ei⁹ allata ē. Que āteq; reuocaret: illa defuncta est. Hac tū tunica operuerunt cadauer ei⁹ parentes: ⁊ recepto spū salua facta est. Apud hipponē bassus quidā syrus ad memoriā eiusdē martyris orabat p egrotāte ⁊ periclitāte filia: eoq; secū veste ei⁹ attulerat. Cum ecce pueri de domo occurrerunt: q̄ ei mortuā nunciarēt. Sed cū orante illo ab amicis ei⁹ exciperentur: pbibuerunt eos illi dicere: ne p publicū plangerēt. Qui cū domū redijsset iā suorum eiulantibus personātem et vestem filie quā ferebat sup eā protecisset: reddita est vite. Rursum ibidē apō nos byzenci cuiusdā collectarij filij egritudine extinct⁹ est. Cūq; corpus iaceret exanime: atq; a lugentibus ⁊ lamentātib⁹ exequie pararent: amicorū ei⁹ quidā iter aliorū consolātiū verba suggessit vt eiusdē martyris oleo corp⁹ pungeret. Factū est: ⁊ reuixit. Itēq; apud nos vir tribunitius Eleusinius sup memoriā martyris que in suburbano ei⁹ est egritudine exanimatū posuit infantulū filiū: et post oratiōem quā multis cū lachrymis ibi fudit viuētem leuauit. Vzali etiam que colonia vtice vicina est: multa pclara p eundē martyrem facta cognouimus: cuius ibi memoria longe pusq; apud nos ab episcopo Euodio cōstituta est. Cū em̄ nup illic essem⁹: petronā clarissimā feminā que ibi mirabiliter ex magno atq; diuturno: i quo medicox adiutoria cuncta defecerāt languoze sanata est: hortati sum⁹ volēte supradicto loci episcopo vt libellum daret q̄ recitaret i populo: ⁊ obedientissime paruit. In quo posuit et q̄ hic reticere non possum. A quodā iudeo dixit sibi fuisse psuasum: vt anulū capillatio vinculo insereret: quo sub oī veste ad nuda corporis cingeretur: qui anulus haberet sub gēma lapidē in renib⁹ inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio: ad sancti martyris limina veniebat. Sed pfectus a carthagine cū in pfinto fluminis bagrade in sua possessione mansisset: surgens vt iter pageret: ante pedes suos illum tacentū anulū vidit: ⁊ capillatiā zonā qua fuerat alligatus mirata tētauit. Que cum omnino suis nodis firmissimis sicut erat cōperisset astrictā: crepuisse atq; exiluisse anulum suspicata est. Qui etiā ipse cū itegerrim⁹ fuisset inuent⁹: future salutis quodāmō pignus de tanto miraculo se accepisse psumpsit: atq; illud vinculū soluens: simul cū eodē anulo piecit i flumen. Non credēt hoc q̄ etiam dñm iesum p integra virginalia matris enixum: et ad discipulos ostijs clausis ingressum fuisse nō credūt. Sed hoc certe querāt: ⁊ si verum inuenerint: credāt. Clarissima femina est: nobiliter nata: nobiliter nupta. Cartbagini habitat: āpla ciuitas: āpla psona: rem querētes latere nō sinit. Unum est apud nos factū nō maius q̄ illa que dixi: sed tā clarum atq; illustre miraculū: vt nullū arbitrer esse hipponēsiū q̄ hoc nō vel viderit vel didicerit: nullū q̄ obliuisci vlla ratiōe potuerit. Decē q̄dē fratres: quozū septem sunt mares: tres femine de cesarea capadocie ciuox ciuiū nō ignobiles: maledictiōe mīis recenti pīis eozū obitu destitute: que iniuriā sibi ab eis factā acerbissime tulit: tali pena sunt diuinit⁹ coerciti: vt horribiliter quaterent oēs tremore mēbrorum. In qua fedissima specie oculos suox ciuium nō ferentes: quaquauersum cuiq; ire visum est: toto pene vagabantur orbe romano. Ex his etiā ad nos venerūt duo frater ⁊ sozor: paul⁹ ⁊ palladia multis alijs locis miseria diffamante iā cogniti. Venerūt autem ante pascha ferme dies quidecim: ecclesiā quotidie ⁊ ea memoriā gloriosissimi stephani frequentabāt: ozātes vt iā sibi placaret de⁹: ⁊ salutem psistinā redderet. Venit ⁊ pascha: atq; ipso die dñico mane cum iam frequēs popul⁹ presens esset: ⁊ loci sancti cācellos vbi martyriū erat: idem iuuenis ozās teneret: repente pstrat⁹ est: ⁊ dormienti similis mus iacuit: nō tamē tremēs sicut etiā per sumnum solebat. Stupentibus q̄ aderant: atq; alijs pauentib⁹: alijs dolentibus: cū eum quidā vellent erigere: nōnulli phibuerūt ⁊ potius exitū expectādū esse dixerūt. Et ecce surrexit ⁊ nō tremebat: qm̄ sanat⁹ erat ⁊ stabat icolumis ituens intuentes. Quis ergo se tenuit a laudib⁹ dei: Clamātū gratulantiūq; vocib⁹ ecclesia vsq; quaq; cōpleta est. Inde ad me curritur vbi sedebā iam pcessurus: irruit alter quisq; post alterum

rās. Hunc mater arreptū ad eādē memoriā posuit: ⁊ nō solum reuixit: verūetiam illesus apparuit. Sanctimonialis q̄dā in vicina possessione que caspilina dicit: cum egritudine laboraret ac desperaret: ad eādē memoriā tunica ei⁹ allata ē. Que āteq; reuocaret: illa defuncta est. Hac tū tunica operuerunt cadauer ei⁹ parentes: ⁊ recepto spū salua facta est. Apud hipponē bassus quidā syrus ad memoriā eiusdē martyris orabat p egrotāte ⁊ periclitāte filia: eoq; secū veste ei⁹ attulerat. Cum ecce pueri de domo occurrerunt: q̄ ei mortuā nunciarēt. Sed cū orante illo ab amicis ei⁹ exciperentur: pbibuerunt eos illi dicere: ne p publicū plangerēt. Qui cū domū redijsset iā suorum eiulantibus personātem et vestem filie quā ferebat sup eā protecisset: reddita est vite. Rursum ibidē apō nos byzenci cuiusdā collectarij filij egritudine extinct⁹ est. Cūq; corpus iaceret exanime: atq; a lugentibus ⁊ lamentātib⁹ exequie pararent: amicorū ei⁹ quidā iter aliorū consolātiū verba suggessit vt eiusdē martyris oleo corp⁹ pungeret. Factū est: ⁊ reuixit. Itēq; apud nos vir tribunitius Eleusinius sup memoriā martyris que in suburbano ei⁹ est egritudine exanimatū posuit infantulū filiū: et post oratiōem quā multis cū lachrymis ibi fudit viuētem leuauit. Vzali etiam que colonia vtice vicina est: multa pclara p eundē martyrem facta cognouimus: cuius ibi memoria longe pusq; apud nos ab episcopo Euodio cōstituta est. Cū em̄ nup illic essem⁹: petronā clarissimā feminā que ibi mirabiliter ex magno atq; diuturno: i quo medicox adiutoria cuncta defecerāt languoze sanata est: hortati sum⁹ volēte supradicto loci episcopo vt libellum daret q̄ recitaret i populo: ⁊ obedientissime paruit. In quo posuit et q̄ hic reticere non possum. A quodā iudeo dixit sibi fuisse psuasum: vt anulū capillatio vinculo insereret: quo sub oī veste ad nuda corporis cingeretur: qui anulus haberet sub gēma lapidē in renib⁹ inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio: ad sancti martyris limina veniebat. Sed pfectus a carthagine cū in pfinto fluminis bagrade in sua possessione mansisset: surgens vt iter pageret: ante pedes suos illum tacentū anulū vidit: ⁊ capillatiā zonā qua fuerat alligatus mirata tētauit. Que cum omnino suis nodis firmissimis sicut erat cōperisset astrictā: crepuisse atq; exiluisse anulum suspicata est. Qui etiā ipse cū itegerrim⁹ fuisset inuent⁹: future salutis quodāmō pignus de tanto miraculo se accepisse psumpsit: atq; illud vinculū soluens: simul cū eodē anulo piecit i flumen. Non credēt hoc q̄ etiam dñm iesum p integra virginalia matris enixum: et ad discipulos ostijs clausis ingressum fuisse nō credūt. Sed hoc certe querāt: ⁊ si verum inuenerint: credāt. Clarissima femina est: nobiliter nata: nobiliter nupta. Cartbagini habitat: āpla ciuitas: āpla psona: rem querētes latere nō sinit. Unum est apud nos factū nō maius q̄ illa que dixi: sed tā clarum atq; illustre miraculū: vt nullū arbitrer esse hipponēsiū q̄ hoc nō vel viderit vel didicerit: nullū q̄ obliuisci vlla ratiōe potuerit. Decē q̄dē fratres: quozū septem sunt mares: tres femine de cesarea capadocie ciuox ciuiū nō ignobiles: maledictiōe mīis recenti pīis eozū obitu destitute: que iniuriā sibi ab eis factā acerbissime tulit: tali pena sunt diuinit⁹ coerciti: vt horribiliter quaterent oēs tremore mēbrorum. In qua fedissima specie oculos suox ciuium nō ferentes: quaquauersum cuiq; ire visum est: toto pene vagabantur orbe romano. Ex his etiā ad nos venerūt duo frater ⁊ sozor: paul⁹ ⁊ palladia multis alijs locis miseria diffamante iā cogniti. Venerūt autem ante pascha ferme dies quidecim: ecclesiā quotidie ⁊ ea memoriā gloriosissimi stephani frequentabāt: ozātes vt iā sibi placaret de⁹: ⁊ salutem psistinā redderet. Venit ⁊ pascha: atq; ipso die dñico mane cum iam frequēs popul⁹ presens esset: ⁊ loci sancti cācellos vbi martyriū erat: idem iuuenis ozās teneret: repente pstrat⁹ est: ⁊ dormienti similis mus iacuit: nō tamē tremēs sicut etiā per sumnum solebat. Stupentibus q̄ aderant: atq; alijs pauentib⁹: alijs dolentibus: cū eum quidā vellent erigere: nōnulli phibuerūt ⁊ potius exitū expectādū esse dixerūt. Et ecce surrexit ⁊ nō tremebat: qm̄ sanat⁹ erat ⁊ stabat icolumis ituens intuentes. Quis ergo se tenuit a laudib⁹ dei: Clamātū gratulantiūq; vocib⁹ ecclesia vsq; quaq; cōpleta est. Inde ad me curritur vbi sedebā iam pcessurus: irruit alter quisq; post alterum

ois posterior: qsi nouū qō ali⁹ p̄or dixerat nunciātes: mecq; gaudēte ⁊ apud me deo gras agēte: igredik etiā ipe cū pluribus: iclinat ad genua mea: erigit ad osculū meū. Procedim⁹ ad pplm: plena erat eccl̄ia psonabat vocib⁹ gaudioz. Deo gras: deo laudes: nemie tacēte hinc ⁊ inde clamātium. Salutaui pplm: ⁊ rursus eadē feruētiori voce clamabant. Facto tādē silentio: scripturaz diuinaz sunt lecta solēnia. Vbi aūt vētū est ad mei pmōis locū: dixi pauca p tpe: et p illi⁹ iocūditate leticie. Robiscū hō prādit: ⁊ diligenter nobis oēm sue ffnecz ac mīne calamitatē idicauit historiam. Sequēti itaq; die post pmonē redditū: narratiōis ei⁹ libellū in crastinū ppō recitādū pmisi. Vō cū ex dñico pasche die tertio fieret: i gradib⁹ exedre i que de supioze loqbar loco feci stare ābos fratres. Cū eoz legeretur libell⁹: itrebatur pplis vniuersus sexus vtriusq; vnū stantē sine deformi motu: alterā in mēbris oīb⁹ ptremētē: ⁊ q̄ ipm nō viderant q̄d i eo diuie mie factū esset: in ei⁹ sozore cernebāt. Videbāt em̄ q̄d i illo gratulādū: q̄d illa eēt orandū. Inter hec rectato eoz libello: de cōspectu pplī eos abire pcepi: et de tota ipa cā aliquāto diligētius ceperā disputare. Cum ecce me disputāte voces alie de memoria martyr⁹ noue gratulatiōis audiunt: quers sunt eo q̄ me audisset: ceperūtq; cōcurrere. Illa em̄ vbi de gradib⁹ descēdit i q̄b⁹ steterat: ad sanctū martyrem ozare perrexerat. Que mox vt cācellos attigit: collapsa silr velut in somnū sana surrexit. Dū ergo rec⁹ rerem⁹ q̄d factū fuerit: vñ ille strepit⁹ let⁹ extiterit: ingressi sunt cū illa i basilicā vbi eram⁹: adducētes eā sanā de martyris loco. Tū vero tātus ab vtroq; sexu admirationis clamor exort⁹ est: vt vox ptinuata cū lachrymis nō videretur posse finiri: pducta est ad eū locū: vbi pauloante steterat tre mēs: exultabāt eā similē fratri: cui doluerāt remansisse dissimilē: ⁊ nōdum fusas pces suas p illa: iā tū puia volūtatē tā cito exaudita esse cernebāt. Exultabāt in dei laude voce fine xp̄is tāto sonitu: quātū nr̄e aures ferre vix possent. quid erat i cozdib⁹ exultantiū: nisi fides xp̄i p quo stephani sanguis effusus est: Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula: in qua p̄dicat xp̄s resurrexisse in carne: ⁊ in celum ascendisse cum carne: quia et ipsi martyres hui⁹ fidei martyres: id est huius fidei testes fuerunt.

¶De sancto Joanne apostolo.

¶In festo sancti Joannis apostoli ⁊ euangeliste Homelia de eo qō scriptum est in euangelio eiusdē. Dixit iesus petro. Sequere me ⁊c. que habet in expositione doctoris. track. cxxiiij. fol. cccxxxvj.

¶De sanctis Innocentibus.

¶In festo sanctoz Innocentiū. Ser.j. In quo demōstrat lamētationi matrū in morte Innocētū.

Redimus iudeis quia notus aliqñ in iudea de⁹ et ipsi id negant propter qō credimus q̄ non patrē nouerunt q̄ filium negant. Unum dominum cōmunis natura testat: q̄ vn⁹ est mundus. Unū deum significat: q̄ vna est fides nouī ⁊ veteris testamenti. Unū spm̄ sanctū gratia testat: q̄ vnū baptismū in nomine trinitatis: dū pphete dicūt: apostoli audiūt. Unum deum magi crediderūt: aurū thus ⁊ myrrhā supplices ad christi cunabula detulerunt. Aurū ⁊ thus ⁊ myrrha: pastores: magi: machera: vt cruentis victimis infātū eterna repleant altaria: vbi cū paruuli victime sint: matres misere lamētant Nascēte dño: luctus cepit: nō celo sed mundo. Judicē matrib⁹ lamentatio: angelis exultatio: infantibus transmigratio. Deus est q̄ natus est: innocētes illi debētur victima qui venit damnare mūdi malicia. Agnelli debēt immolari: q̄ agnus futur⁹ est crucifigi q̄ tollit peccata mūdi. Sed oues vlulāt matres: q̄ agnos pdunt sine voce balantes. Grande martyriū: crudele spectaculum. Eximit machera: et nulla interuenit causa. Sola stridet inuidia: cum q̄ natus est nulli faciat violentiā. Sed oues cernim⁹ matres que superant agnos lugentes. Vox i rama audita est: ploratⁿ ⁊ vlulatus magn⁹. Pignora sunt nō creata sed creata: non pposita sz exposita. Testis est ipa natura q̄ pugnabat in martyres cū tyrannus iactaret infantes. Mater crines capitis dissipabat q̄ ornamentū capitis amittebat. Quantis modis in:

fantē volebat abscōdere:ꝛ ipe se infantul⁹ publicabat. Ne-
sciebat tacere qꝛ necdum didicerat formidare. Pugnabat
mr ꝛ carnifex. Ille trahebat:illa tenebat. Ad carnificē ma-
ter clamabat:Quid separas a me:quē genui ex me? Alter⁹
genuit:nō māsit ille cum vixit:vbera mea frustra lacte con-
forquet:caute portaui quē a te video manu crudeli tactari.
Modo eū effuderūt viscera mea:et tu elidis ad terrā. Alia
acclamabat mr:cū exactor latro nō cōpelleret simul occidi
cū paruulo matrē:vt qd me dimittis inanem? Si culpa est
mea est. Si nō est crimen:iunge mortē:ꝛ libera matrē. Alia
dicebat:Quid ꝓficis? Tnū queritis ꝛ multos occiditis:et
ad vnum q̄ vnus est attigere nō potestis. Alia de cōtra cla-
mabat. Veni iā:veni saluator mundi. Cur diu quereris:nul
lum times:videat te miles: ꝛ nos nō occidat ifantes. Mi-
scebat lamentatio matrū:ꝛ ad celū trāsibat oblatio paruu-
lor. Sed ille q̄ agnū tentauit:ipse per herodem agnulos iu-
gulauit. Manet auctori et mīstro supplicīū:diaboli ꝛ hero
claritatem quā dediſti mihi. O magnam et inestimabilem
bonitatē dei: qui secū suos habere i gloria vult vt sua clari-
tate fruant: qui hic sua fide iuncti: vnum cum eo esse digni
tudicant. Si ergo secū eos habere vult: atq; hoc potest qui
omnia potest: quid estimandū est de matre vbi digna sit ha
beri si nō in presentia filij? Quantū igit contuco: quātum
intelligo: quātūcq; credo: Marte anima claritate xp̄i fruit:
ꝛ gloriosis cōspectibus eius semper inherere sitīēs ꝛ semp
conspicies: dum inestimabiliter pascit: excellētioꝝ quadā
specialiq; prerogatiua a filio honorat: possidens in christo
corpus suum quod genuit glorificatū in dextera patris: et
si nō suum per qō genuit: tamē suū quod genuit. Et quare
non suū per quod genuit? Si non obtauerit necdum per-
specta auctoritas: vere credo et per quod genuit: qz tanta
sanctificatio digniꝫ celo ē cū terra. Thronū dei: thalamū
celi dñi: tabernaculum christi: dignum ē ibi esse vbi ipse est.
Tam preciosum thesaurum dignius est celū seruare cū ter-
ram: tantam integritatem merito incorruptibilitas nō pu-
tredinis vlla resolutio sequīk. Illud ergo sacratissimū cor-
pus de quo christus carnem assumpsit ꝛ diuinam naturam
humane vniuit: non amittens qō erat: sed assumēs qō non
erat: vt verbū caro: hoc est de⁹ homo fieret: escam vermib⁹
traditum: qz sentire non valeo: oīscere ptimesco: in cōmuni
sorte putredinis futurū de vermibus puluerē. De quo si ni
hil aliud sentirē cū de ꝓprio: nihil dicerē nisi quēadmodū
de ꝓprio: qō absq; vlla ambiguitate soluendū est in mortē
post mortē est futurū putredo: post putredinē vermis: post
vermē vt dignū est abiectissimus puluis. Quod de Maria
credendū nō videtur consentibile: quia estimationē procul
pellit mun⁹ incōparabilis gratie. Quod me dicere multa
ꝓsideratio rerū inuitat: quarum ꝛ illa quedam est quā suis
aliquādo ministris ipa veritas ait. Qui mihi ministrat me
sequatur: ꝛ vbi ego sum: illic ꝛ minister meus erit. Si enim
hec est generalis sententia omnium per fidem ꝛ piā opera-
tionem christo ministrantiū: quātomagis quod ammodo ꝛ
specialiter Marie. Maria nāq; operis exhibitiōe ꝛ fidei fi-
delissima veritate ministrā christi fuisse omnis q̄ sane sapit
intelligit. Absq; dubio ei opere administratrix extitit: que
hūc in vtero gessit partuq; pfusum aluit ꝛ fouit: atq; vt euā
gelium refert: in ꝑsepe reclinauit: ꝛ a facie herodis fugiens
in egyptum absconditt: ꝛ omnem infantiam eius pio ꝓma-
tris affectu est prosecuta: ita vt vsq; ad crucem in qua filiū
vidit pendentē iam virum perfectū: ab eius indubitanter
nō recesserit cōsectatu: non solū gressibus pedum tanq̄ pro
reuerentis dei: verumetiam et imitationis affectu. Maria
ergo ministratrix christi spiritalium operum qualitatibus
sicut deuotissima extitit: ita absq; dubio religiōis fide ꝛ ve
re credulitatis charitate secutrix fuit. Non em̄ potuit eius
diuitatis nō eē credula: q̄ se nouerat hūc nō viriliter sine ꝑm
ordinē nature: sz diuino spiramine nunciāte archāgelo cō-

Actuū. j.

Joan. vij.

J

Joā. xvij.

K

Cap. viij.

Lu. j. ꝛ. ij.

Joā. xix.

Luce. j.

cepisse: videre semp famulantiu angelor et adesse frequentiā vt nascituro r nato: qñ videlicet facta est cū angelo multitudo celestis exercitꝰ claimātiu r dicentiu. Gloria in excelsis deo: r in terra pax hoibꝰ bonevoluntatis: r in egyptū fugituro atq; inde iterū redituro. Quibus liq̄do cognoscere potuit: q; talia obsequia nō nisi deū decuerāt. Unde r stelle annūciatio: r magor de lōgitissimis partibꝰ inspirata addu

Luce.ij. ctio q̄ maximū illi extitit iudiciū veritatis. Similiter r symeonis r anne pphetali dignitate insolitꝰ cet⁹: r huic specialis occursus. Que oīa pculdubio maria conseruās his cūctis altiꝰ ad fidē roborata pio corde pferebat: intātū vt oīno nō nutabūdaꝰ: iꝫ certe de filij ptāte tāq; de dei virtute:

Joan.ij. ña/deficiēte i nuptijs vino/ dixerit: q; vinū nō habēt: sciēs plane illū ꝫ potuisse q̄ cū mox cōtigit diuino miraculo cōpleuisse. Ecce igr maria fide r ope xpi ministratrix: r deuota vsq; ad mortē ei⁹ secutrix: nō pl⁹ gressu q̄ imitatiōis (vt credēdū est) affectu: si ibi nō fuerit vbi xps suos ministros

Wat.xvj. vult esse: vbi q̄ erit? Et si ibi: nunq̄d eq̄lia gra? Et si nō eq̄li: vbi eq̄ dei cēsura q̄uniuscuiq; reddit pm sua merita? Si ergo merito ꝓ oib⁹ marie viuēti donata est gra: mortue erit minuenda? Absit. Qz si oim sctoꝝ mors est pciosa: marie sane est

M pciosissima: quā tanta comitata est gra: vt mater dei dicak Ca.x. r sit. Considerationis igit vniuersis: vera ratione censeo cōtendū mariam in xpo r apud xpm esse. In xpo: q; in ipso vi

Act. xvij. uimus: mouemur r sum⁹. Apud xpm gloriose ad eternitatꝫ gaudia assumptā benignitate xpi et honorate suscepta pre ceteris quā gratia honorauit pceteris: atq; ad cōmunem humilitatē nō esse adducta post mortem putredinis videli cet vermis r puluer is: que suū r omniū genuit saluatorem

Lu.xxj. In cui⁹ si potestate est sanctoꝝ de capite captillū nō perire est et illam aia r corpore integrā posse seruare. De cui⁹ potestate si nullus dubitat ecclesiasticoꝝ dn̄ posse matrē sine

Dañ.iij. corruptione in ppetuū seruare: cur dubitādū est voluisse qō attinet ad tantā benignitatis gram? Si elegit diuina volū

Jone.ij. tas sola gratia inter crepitātes vehementiū ignīū flāmas non sclū pueroꝝ seruare corpa illesa: verūetiam vestiments seruare inusta: cur abnuat in matre ꝓpa qō elegit in veste

Dañ.vj. aliena? Jonā seruare in ventre ceti ꝓter naturalē vsum vo

et.xiiij. luit incorruptū sola mia: Mariā incorruptā ꝓeter naturā nō seruabit gra? Seruat⁹ est daniel datus intēperatissime fami leonū: nō seruanda est maria tantis donata meritis dignitatū. Hec cuncta q̄ vixim⁹: q; naturam seruātia non cognoscim⁹: in marie integritate plus potuisse gratiā q̄ naturam nō dubitam⁹. Diuinitatis em̄ opera sunt q̄ dicimus: et

j. Cor. j. ideo possibilia q; omnipotētia. Christus ergo dei virtus et dei sapiētia cuius sunt oīa q̄ patris sunt r velle. Velle autē oīa q̄ sunt iusta r digna: r p̄ videnk digna: letari facit mariā leticia inenarrabili aia r corpore in ꝓpio filio cū ꝓprio filio p ꝓpriū filiū: nec vllam sequi debere corruptionis erū nam quā nulla secuta est tm̄ filiū pturicdo integritatis corruptio: vt sit semp incorrupta quam tanta pfudit gra: sit integraliter viuēs. Q̄ oīm integrā perfectāq; genuit vitam: sit cū illo quē i suc Bsit vtero: sit apud illū illa q̄ genuit: fouit et aluit illū: maria dei genitrix: dei nutrix: dei mīstratrix: et dei secutrix: de qua vt iā dixi: q; aliter sentire nō audeo: aliter dicere nō presumo. Suscipiat igitur hunc sensum fra

M terna charitas: pm qō spirit⁹ xpi inspirauit. Oblēta sunt ex Ca.xj. parte q̄ taliter hortata sunt me dicere. Si q̄s aūt refragare his elegerit: cum dicere nō velit hoc non posse xpm: ꝑferat quare nō conueniat velle: ac per hoc nō esse. Et cū seueracter conciliū dei de his nosce manifestauerit: inciptam credere de quibus aliter non possum sentire.. Mirabor illū altitudinē consilij diuini inuestigasse: quam me cū apostolo

Rom.xj. digna reuerentia videor debere admirari dicente. O altitudo diuitiaram sapientie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia

j. Cor. xiij sunt iudicia eius: et inuestigabiles vie eius. Et quia pm eū dem apostolum: ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus: dixi de his: r si non quantum est: tamē quemadmodū me dicere debuisse credidi. Si ergo vera sūt q̄ scripsi: tibi grattas ago xpe: q; de sancta virgine matre tua nisi qō pium: dignū r iustū est sentire non potui. Si ergo dixi vt debui: approba xpe tu r tui. Si autem non debui: ignosce obsecro tu r tui. Qui cum deo patre r spiritusancto viuis r regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ In eodē festo. Sermo. ij. In quo ostendit quomodo assumptionem beate Marie sine maximo honore peragere indignum est: per quam meruimus auctorem vite suscipere.

Sermo. xxxv. B

Hodie inquā dies iclita: dies p̄clara: dies in qua e mundo migrasse credit virgo Maria. Et ideo laudes intonet vniuersa terra cū summa exultatione tante virginis illustrata excessu: q; indignū valde ē vt illi⁹ recordatiōis solemnitas sit apud nos sine maximo honore: p quā meruim⁹ auctorē vite suscipere. Sattisq̄ pposterū iudicandum est: vt cū sanctoꝝ celebramus victorias martyrū: illi⁹ solēnitatem illis nō preferamus q̄ hunc mundo edidit principē martyrum. In hac siquidē die competēter sponso illi celesti pclamat beata virgo. Tenuisti manū dexterā meā: r in voluntate tua deduxisti me: r cū glozia assumpsisti me.

Pō.lxxij

Hodie inquā r ipsa a sponso filio r dño ꝓgrue audiuit. Jā hyems transijt: ymber abijt et recessit: surge proxima mea: sponsa mea: colūba mea et veni. Hec ideo dicimus fratres q; sicut iam in cōsuetudinē suscepit ecclesia: hodierno die ad celos assumpta fuisse credit virgo maria. Sed quo ordine hinc ad supna trāsierit regna: nulla catholica narrat historia. Non solū aūt respuere apocripha: verūetiā ignorare dicik hec eadē ecclesia. Si quidē sunt nōnulla sine auctoris noie de eius assumptione cōscripta: que vt dixi ita cauenk/ vt ad confirmandā rei veritatē legi minime permittantur. Hinc sane pulsank nōnulli: q; nec corpus ei⁹ in terra iuenit nec assumptio ei⁹ cū carne vt in apocripha legit: in catholica reperit historia. Quibus dicendū est: q; si mors i corpus non inuenit ab hoie in terris cū quo locutus est deus facie ad faciē: illi? querere demētie est: p quā idē maiestatis de⁹ incarnat⁹ effulsit in terris. Neq; em̄ dignū est de corpis ei⁹ notiela sollicitū quēpiam esse: quā non dubitat super celos eleustam cū xpo regnare. Sufficere debet tātū noticie humane hanc vere fateri regīnā celoꝝ: p eo q; regē peperit angelorum. Sed nec inuenik apud latinos aliquis tractatoꝝ de ei⁹ morte q̄ ipsā dixisse aperte. Nā illum euāgelij versiculū quem simeō dixit ad dñi matrem. Et tuā ipsi⁹ siam pertrāsibit gladius: beate recordatiōis Ambrosius cū tractaret: ait. Nec historia nec lra docet Mariā gladio vitam finisse. Hinc r Isidor⁹. Incertū inq̄t p hoc dictū vtrū gladiū spūs an gladiū significet persecutionis. Et q̄d de his de quib⁹ loquor dicā: cū nec ipe qui hanc accepit ante crucē dñi in sua: id est Joānes euangelista de hoc posteris aliquid retinēdū scriptis mādauerit? Nullus ei hoc fidelib⁹ narrare potuit si illud de⁹ manifestare voluisset: q̄ illeviq; qui hāc nutriendā suscepit: nec cōtra morē filius matrē relict. Restat ergo vt homo mēdaciter non fingat apertū q̄ deus voluit manere occultū. Vera aūt de ei⁹ assumptione sentētia hec esse ꝓbatur: vt pm aplm: siue in corpore: siue extra corpus ignorantes: assumptā sup angelos eā cē credamus. His igitur pmissis: loquam⁹ aliquid in laudib⁹ sanctissime virginis. Sed q̄d nos tātilli: quid actiōe pusilli: quid in eius laudib⁹ referemus: cū r si oim nostrū membra verterētur in liguas: eam laudare sufficeret nullus. Altior celo est de qua loquimur: abysso profundior cui laudes dicere conamur. Hec est em̄ q̄ sola meruit mater r sponsa vocari. Hec prime matris vāna resoluit: hec homini pdito redemptionē adduxit. Mater em̄ generis nostri penā intulit mundo: genetrix dñi nr̄i salutē edidit mūdo. Auctrix peccati eua: auctrix meriti maria. Eua occidendo obfuit: maria viuificādo pfuit. Illa pcussit: ista sanauit. Hec em̄ mirabili atq; inestimabili modo oīm rerū r suū peperit salutorē. Que hec virgo tam sancta ad quē venire dignaretur spūssanct⁹? Que tam speciosa: vt eā deus sibi eligeret sponsam: Que tā casta: vt esse posset virgo post partū? Hec est dei templū: fons ille signat⁹: r porta in domo dei clausa. Ad hanc nāq; vt dixi spiritussanctus descendit: hanc virtus altissimi obumbrabit. Hec est imaculata coitu: fecūda partu virgo lactās: angeloꝝ r hoim cibum nutriēs. Merito nāq; beata singulari a nobis preconio extollitur que singulare commercīū mundo pbuit. Denīq; tm̄ se ad celi fastigia sub-

Deut. xxx. iij.

Exo. xxx. iij.

Luce. ij.

Cant. iiij.

Eze. xliiij

Annotatō nūeralis ordis ser: monū hu: ius opis.

leuauit: vt ꝺ̄bū in principio apud deū: de superna celi arce susciperet. O felix maria et omni laude dignissima. O ꝺ̄go dei genitrix gloriosa: o sublimis puerpera: cuius viscerib⁹ auctor celi terreq; cōmittit. O felicia oscula lactētis labijs impressa: cū inter crebra indicia reptātis infātie: vtpote verus ex te filij? tibi matri alluderet: cū ver⁹ ex patre dñs ipe raret. Nā auctorē tuū ipsa ꝓcipiens edidisti in tpe puberē quē habebas añ tpa cōditorē. O felix puerperium letabile angelis. optabile sanctis: necessariū pditis: ꝓgruū pfligat.

Luce. ij.

Qui post multas assumpte carnis iniurias: r ad vltimū verberatus flagris: potat⁹ felle: affixus patibulo: vt teverā matrē ostenderet: vexp se hominē patiendo monstrauit. Sz q̄d dicā paup ingenio: cū de te q̄cq̄d dixero mīor laus est q̄ dignitas tua merek? Si celū te vocē: altior es. Si matrem gētū dicā: ꝓcedis. Si ꝺ̄minam angeloꝝ vocitē per omnia te esse ꝓbaris. Quid ꝙ ō te digne dicā: quid referam: cum nō sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes? Has interim laudes ſleat lingua carnis: qua semp ardenter profert aia. Nunc nostras peto vt aures doctrinarum tuaꝝ demulceas organis. Plaudat nunc tympanis scena tuis r veloces articulos puerpere cō crepent. Concinnant letantes chozi: et alternātibus modulis dulcisona carmia misceank. Audiam⁹ fratres: audiam⁹ pio mentis affectu: audiamus quēad modū tympanistriaꝝ doctrinis concrepet beata virgo maria. Audiam? inquam: et huic harmonie mozib⁹ respōdeam⁹. Denīq; cum hec mulier beatissima ab angelo iam salutata: spiritu sancto repleta: plenitudine diuinitatis afflata: ad helizabet veniſſet cognatā. Post exultationē Joānis in vtero mīs: hec dño de cātauit cantica laudis. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit spiritus me⁹: in deo salutari meo. Primo igitur in ꝺ̄ loco q̄rēdū ē: q̄d sit magnificare dñm. Neq; enī magn⁹ fit a creatura creator. Sed sciendū nobis est duob⁹ modis dici magnificari. i. aut magnū facere: aut magnum adorare: magnum admirari. Magnificatur enī de⁹a nob: cū magnificari dignak a nobis. Sed nūq̄d sic in nobis sicut in beata maria eādē carnē assumpsit pro nobis? Aue inquit ad eā āgel⁹ gra plena: dns tecū: benedicta tu in mulierib⁹. Spūssanct⁹ supuentet in te: r virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; qō nascek ex te sanctū: vocabik filius dei. Quecūq; tū aia sancta ꝺ̄bū cōcipere pōt credēdo: parere pdicādo: magnificat

pō. xxxiij. amando. Q̄ia r dauid ꝓpheta dicit. Magnificate dñm mecū: r exaltem⁹ nomē ei⁹ in inuicē. Ac si diceret. Magnitudinem dñi mecū pdicate: r noīa ei⁹ ꝓconis magna voce attollite. Hinc item dicit. Dñe de⁹ me⁹: magnificat⁹ es vehementer. Unde aūt magnificek in nobis isdē ꝓpheta ait. Magnificata est vsq; ad celos mia tua. Hic nāq; optādū est in singulis: vt nostra aīa magnificet dñm: ꝓcipiat dei ꝺ̄bū: pariat r nutriat: recordek salutionis sue pia cōmertia: quomodo nullis suis ꝓcedētib⁹ meritis sit ab iniquitate saluata: iꝫ sola dei bonitate gratuita xpi sanguine redempta r dicat. Magnificat anima mea dñm. Sic enim deus dilexit mūdū (ait euangelū) vt filiū suū vnigenitū daret. Hinc nāq; et aplꝰ. Qui ꝓprio (inq̄) filio nō pepcit: iꝫ ꝓ nobis tradidit illū. O mire pietatis affectus: o inestimabilis ardor charitatis. Quis añ tāte pietatis diuitias non obtupescat? Quis ante tā ineffabilē charitatē non contremiscat? Quis vnq̄ posset spare: vt ex deo āte tēpora nat⁹: nasceret ꝓ hoib⁹ i tpe ex femīa hō fact⁹? vñ scriptū ē. Cū vēit plēitudo tpis: misit de⁹ filiū suū: factū ex mliere: factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret vt adoptionē filioꝝ recipem⁹. Quis inq̄ posset esti

Gal. iiij. mare: vt portarek manibus femineis portator orbis: panis angelorum aleretur: virtus celoꝝ infirmarek: vita oīm moreretur. Magnificet ergo in his anima glorioſissime marie

M dñm: magnificet r nostra. Admiremur: gratulemur: amem⁹ laudem⁹ adorem⁹: gratias illi agamus: qñ ꝓ eius dē redemptoris nostri morte de tenebris ad lucē: de morte ad vitam: de corruptione ad incorruptionem: de exilio ad patriā: de luctu ad gaudium: de terris ad celeste regnū vocati sumus. Qualiscūq; igit aīa sancta talib⁹ fuerit incitamentis occupata nihil ꝓcupiscit terrenū: nihil trāsitoriū: nihil q̄ ad tēpus arridet: nihil q̄ ad presens delectat. Hec risum luctuꝝ putat: r gaudiū in merore cōmutat: cui mūdus carcer: celiq; habitatio est. Cui exultatio de ꝑsentib⁹ nulla est: quia in illo tm̄ gaudere appetit: q̄ sup omnes est. Unde in sancto cātico cum diceret virgo gloriosa. Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus me⁹: signāter addidit. In deo salutari meo. Ac si diceret. Alia mea q̄ magnificat dñm: non in quolibet alio sed in illo tantum exultat: quem amando magnificat. Rouerat enim esse aliam vituperabilem exultationē: qua mundus gaudere dicitur tendens ad luctū. Et de qualibus salomon ait. Letantur cum malefecerint: et exultant in rebus pessimis. Hinc r apls non qōlibet gaudium in sanctoꝝ coetibus esse descripsit: sed in spiritu sancto. Hinc dauid cum diceret. Gaudete iusti: iubilate. Jn dño. Hinc cum dominꝰ diceret. Gaudebunt labia mea dum cantauero: addidit. Tibi. Hac enim exultatione nullus eorum gaudet: qui ſquis de ꝑsentib⁹ tantum exultat eternisq; bonis interesse non concupiscit cui exilū patria esse creditur: et moꝛs vita est timatur: cui deus venter est: et ornatus non in mozib⁹ sed in actu est: qui cum laudatur extollitur: et cum vituperatus fuerit magnis iracūdie stimulis agitat: qui cum mansuetis non humiliatur: sed in superbie fascib⁹ eleuatus ceteros quasi ex alto mōtis supercilio contemplatur. Sed quis hec ad plenum ita potest calcare vt ab hac exultatōe hīsdē vitijs interpellantib⁹ nec ad momentum se credat abstrahi: cum scriptura ꝓnunciet. Corpus quod corrumpitur aggrauat animaꝝ: r deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem? Ingemisce ꝙ o sancta anima quecunq; in domino exultas: et quotiens te ab hac exultatione abstractam videris esse: dicito. Me proijcias me domine a facie tua: r spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi leticiam salutaris tui: r spiritu prīcipali confirma me. Et hic attentius intuere: quam exultationem petierit. Quod enim hebraice Jesus: hoc latine salutaris dicitur. Que enim hec leticia est ie su: nisi contemplatio eius: qualis venturus est in gloria sua? Sciendum vero est: quia illi tunc hac claritate potentur: qui hic positi redemptoris sui vestigia imitantur. Et quidem dominū Jesum legimus voluisse. fleuisse: ex itinere fatigatum fuisse opprobria r iniurias sustinuisse: sputa: flagella: crucē sustinuisse: nunq̄ tamen legimus eum risisse: prosperatum in terra fuisse. Hinc plane: hinc in spe gaudent omnes electi cum ceperint aduersitatibus mundi fatigari: r nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi: scientes aliam vitam superesse per quam possint celos penetrare. Hinc est quod iisdem dominus ait discipulis suis. Beati estis cum maledixerit vobis homines et persecuti vos fuerint: et dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celis. sed in his pressuris atq; angustijs nequaq̄ possent subsistere: et quod his malus est gaudere: nisi veraciter in conspectu dei et hominum humiles essent. Quibus dominus eoꝛ ait. Discite a me quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Hinc iterum dicit. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terrram. Hinc etiam hec virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat: eo quod eius humilitatem deus respexit. Nam subdit. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O vere beata humilitas: que deum hominibus peperit: vitam mortalibus edidit: celos innouauit: mundum purificauit: paradisum aperuit: r hominum animas ab iferis liberauit O inquam vere gloriosa marie humilitas: que porta paradisi efficitur: scala celi constituitur. Facta est certe humilitas. Marie scala celestis: per quam descendit deus ad terras. Quia respexit inquit humilitatem ancille sue: ecce enī ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid est dicere. Respexit: nisi cōprobauit: placuit ei humilitas mea Unde per prophetam dominus dixit. Ad quem respiciam: nisi ad pauperculum et humilem: et trementem sermones meos? Hinc Dauid domino dicit. Quia respexisti humilitatem meam: saluasti de necessitatibus meis animam meam. Multi siquidem videntur in conspectu dominū humiles esse vt ab eis beatificentur: sed eoꝛum humilitas a domino non respicitur: quia falso et non vere de humilitate gloriātur. Si enim veraciter humiles essent: deum ab omnibus r non se vellent laudari. Non in hoc mundo eoꝛum spiritum

M Luc. j.

Joh. xj. et iiij. ma. xxvij.

Pō. xxxx.

exultaret: sed in deo salutari. Humilitatem suam nō ab hominib⁹ cōspici: sed a deo optarent. Sequitur in hoc sancto cantico. Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius. Que tibi magna fecit domina: q̄ gloriosa virgo vt dici beata merearis? Puto enim immo veraciter credo: vt creatura ederes creatorem: famula dominum generares vt per te deus mundum redimeret: per te illumiaret: per te ad vitam reduceret. Hucusq; virgo beata de te ipsa q̄ nos ad amorem dei accenderent: fideliter protulisti: ea vero que sequuntur humano generi prophetasti. Meum autem votus extitit ea tātum inde transcurrere: que ad tui laudē nominis pertinebant. Sed hec que de te ipsa narrasti: neq; tu vt dignitas tua meret dicere potuisti. Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persoluet: que solo tuo commercio recuperandi aditū inuenit? Accipe itaq; quasc̄unq; exiles: quasc̄unq; meritis tuis impares gratiarum actiones et cum susceperis vota: culpas nostras oīādo excusa. Admitte nostras p̄ces intra sacrariū exauditionis t reporta nobis gratiā reconciliationis. Sit per te excusabile: quod per te ingerimus. Accipe q̄ offerimus: impetra quod rogamus: excusa quod timemus: quia nec portorem meritis inuenimus q̄ te ad placādā iram iudicis: que meruisti esse m̄r redēptoris et iudicis. Succurre ergo miseris tuus pusillanimes: refoue flebiles: ora pro populo interueni pro clero: intercede pro monachorum choro: exora pro deuoto femineo sexu. sentiant omnes tuum leuamen quicunq; deuote celebrant tuum nomen. Sit tibi compassio super affectis: sit pius affectus super celorum peregrinis. Et cum te letantē semper aspicis: fletus nostros quesumus ipsa ad deum admittas eumq; vt propitium filiuz p nobis interpelles. Nos enim adhuc in hac terra affligimur persequimur: iniurijs lacessimur opprobrijs afficimur: esurimus: sitimus: somnū patimur: in carcere retinemur. Tu vero in celestib⁹ regnis prelata es cunctis virginum choris: tu agnum quocunq; perrexit sequeris. Tu virgineos choros t ab incentiue carnis illecebris alienos per albentia lilia rosa sq; vernantes: ad fontes perennis vite potādos inuitas. Tu in illa beatorum felicissima regna primi ordinis dignitatē adepta plātis roscidis oberrans: inter paradisi amenitatē gramineos q; crocos tenero poplice pergis: felicis palma violas immarcessibiles carpis. Tu concinnis sine fine chorīs coniuncta summis angelis archangelisq; sociata indefessa voce: sanctus clamare non cessas. Tu in cubiculo regis beatitudinem gemmis ac margaritis ornata assistis. Tibi thron⁹ regius ab angelis collocatur in aula eterni regis: teq; ipse rex regum vt matrem veram et decorem sponsam p̄e omnibus diligens amoris amplexu sibi associat. Nec mirū si dignetur tibi aggaudere deus regnans: quem tu paruulum ex te hominem natum totiens osculata es in terris. Quas ergo tuas felicitates possidens conuertere ad nostrarum miseriarum salutem. Inter hec igitur fratres cum toto mentis affectu beatissime virginis nos intercessionibus committamus: omnes eius patrocinia omni nisu implorem⁹: vt dum nos simplici eam obsequio frequentamus in terris ipsa nos sedula prece commendare dignetur in celis. Nec enim dubium que meruit pro liberandis proferre precium posse plus omnibus liberratis impēdere suffragium. Sed quid nobis prodest hanc interpellare vocibus: nisi' etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curremus ergo dilectissimi fratres: vt cum huius diei festiuitati interesse cupim⁹: vestimentis humilitatis atq; charitatis induti appareamus. Non nos inuidia aliene felicitatis torqueat: non tra vsq; ad diuisionem dilanet: non cupiditas christū a nobis excludat: non seculi tristitia exurat: non p̄speritas eius incaute decipiat: non luxuria inquinet: non immunditia polluat: nō elatio corrumpat: non superflua inflet: vt dū nos virtutibus ornatos charitate coniunctos humilitate fundatos beata dei genitrix sue nos interesse festiuitati p̄sperexerit: ardentius nobis subuenire festinet apud filiū t dominū suum Jesum christum: deum et saluatorem nostrum: qui cōmunis perēnis regni glorificat sanctos suos: cui est eterna laus et expectatio omnibus electis eius: ipsi gloria virtus: potestas eterna: et nunc et semper per immortalia seculorum. Amen.

Item in eodem festo. Homelia de eo quod scriptum est in euāgelio fm Lucam. Intrauit Jesus in quoddam castellum t̄c. que habetur de verbis dñi. xxvj. et. xxvij. fo. lj.

Luce. x.

In festo decollationis sancti Johannis baptiste. Sermo. j. In quo ostendit cur sancti Joannis baptiste natiuitas singulari celebritate veneretur.

Sermo. xxxvj.

Odie dilectissimi fratres Johānis qui dominū precucurrit aduentū natalē die colim⁹: quod nulli sanctorum meminim⁹ attributum. Hodie inquā natalē diem vnica ac singulari celebritate veneramur. Unde quia eum recte extollere non valem⁹ humane vocis officio: predicemus dominice attestationis oraculo: proloquēte christo: quia inter natos mulierū maior non est Johanne baptista. Ipse hoc dicit: t ideo cognosce magnificētiā laudis ex dignitate laudantis: ac sic dum nemo ille esse maior asseritur in natis mulierum: datur intelligi q̄ Johannes supra humanorum fuit mensuram meritorū. Ego vox clamantis in deserto. Hoc est dicere. Non sum ego verbum quod erat in principio deus apud deum: sed vox potius: id est minister sum verbi vt p me ad audientis hoīm sensusq; perueniat. Unde beat⁹ baptista pari humilitate p̄nūtiat. Illū opz crescere: me autem minui. Illū inquit oportet crescere: q̄ p omnē mundum christi euangelium dilatatur: me autem minui: quia Johannis prophetia finitur. Illum oportet crescere qui erit exaltandus in cruce: me autem minui qui sum truncandus in capite. Johannis enim prophetia finez accepit: quia his qui prophetabatur aduenit. Joannes ergo formā vēturi domini natiuitate et conuersatione signauit. Joānes nascitur de sene patre: christ⁹ ex matre a mundi senescentis etate: etate inq̄ illa que erat fide et operib⁹ infecunda. Joannes venit despe rata generatione per sterilem: t christ⁹ natura obstupescente per virginem. Ille salutem predicauit: hic contulit: Ille baptizauit in penitentia: iste regenerauit in gratia. Hic est enim Joannes qui impietatem regis heredis qui vxorem fratris sui asserat publica auctoritate cōdemnans propter iustitiam perdidit vitam: sed lucratus est gloriam. Et nos interdū pro gratia hominum vel timore offensionū preferim⁹ adulationem t vendimus veritatem: non timentes illud q̄ terribiliter scriptum est. Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam: sanguinē eius de manu tua requiram. Solent tamen aliquotiens doctores ecclesie non p̄ne gligētia peccātū ab increpatiōe cessare: sz q̄ eos timent ex ipsa castigatione ad peiora mala prorumpere. Quando p hac re non predicant sacerdotes: non possunt habere vel tacitumitate reatū: q̄ sicut viri boni interdū ex dura increpatione corrigunt: ita ecōtra omnes etiam suphi lentissima admonitione ad peiora precipitia prouocantur. Nam t interdum predicatores ecclesie aliquotiens non ex voluntate: sz ex necessitate peccatores non arguunt: vt interdum p̄spiritale medicamentum t charitatis artificium superbos q̄sq; etiam indignis laudibus prosequant. Et dum erubescunt falsa esse que de eis dicūtur: ad emendationem vite t bona opera prouocentur: fm illud quod scriptum est. Quoniam laudatur peccator in desiderijs anime sue: t qui iniqua gerit benedicitur. Et quia vera est illa sapientis viri sententia. Sicut vera laus ornat: ita falsa castigat: non est tamen impossibile apud deum vt etiam illi qui ab humanis laudibus inuitati bona opera exercere ceperint: de⁹ illis hoc in amorem et consuetudinem vertat: fm illud quod de sapientib⁹ quidā dixit. Bene consueuisse: pudebit defuescere. Et iterum. Bona loquamur: transiet sermo in affectū. Beatus tamen Joannes plena et perfecta libertate maluit iniusta sustinere q̄ iusta non dicere. Unde euangelico ipse beatus Joannes alloqo corda nostra pulsat salutifero diceno. Ego vox clamantis in deserto: parate viā dominī: rectas facite semitas dei nostri. Si teneamus in nobis verbū veritatis affectum iusticie: erit in nobis illa via per quam humanum pectus christus adeat. Ideo autem dicit. Ego vox clamātis. Vox preconis iudicem loquitur: clamor iudicū cōmi

Mat. iij.

Esech. iij

Mat. xiij.

Wa. xiiij.

Luce. iij.

Annotatō nūeralis ordis seruorū huius opis.

nat. Et cōsequēter annūciat. Omnis vallis implebit: t omnis mōs et collis hūiliabit. Hoc est ergo: q̄ alijs vbis euāgelista cōmemorat. Qui se exaltat hūiliabit. Veniet tēpus fratres dilectissimi vt se supbos fuisse sine vllo remedio deleant: q̄ se nūc saluberiter hūiliare dissimulāt. Veniet temp⁹ vt hūiles eleuent in celis: t supbi in inferni profunditatem mergāt. Veniet tēp⁹ vt se auaros oēs fuisse diuites doleāt: a q̄b⁹ nūc christi irridēt pauperes. Non semper iste q̄ nunc hūane est cōsuetudinis ordo seruabitur. Nō semp lazar⁹ fame torquebit/nec semp auar⁹ diues delitiarū abundantia perfruet: sed cito t ille de sterquilinio ab angelis eleuabit i paradisum: t ille qui elemosynam noluit dare: si penitentia non subuenerit: de luxurioso conuiuio rapiet in tartarum: vt qui in hoc seculo pauperi noluit dare micā: in inferno nō mereatur accipere guttā. Et q̄ pauperē pascere noluit delitijs suis: pascat flammas medullis suis. Nos vero fratres q̄tum possum⁹ laborem⁹: vt q̄ supbia tumidū elatūq; rediderat in animo: hūilitate t mansuetudie complanet. Nō iniq̄tas deprauauerat: directione iusticie corrigat. Nō malitia exasperauerat: bonitatis gratia temperet. Inter hec studia inueniat in nobis xp̄s dñs quā ip̄e p̄ferre dignatus est viam per quam nos perducat ad patriā vt de nobis dicere dignet. Et inābulabo t inhabitabo cū eis: t ero illoz⁹ de⁹. Si in isto seculo ābulauerit in nobis in illo habitabit i nobis q̄ viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

Luce. xvj

Apo. xxij.

ij. Cor. vj

Dan. xij.

j. Cor. ij.

Apo. xxij.

Ephe. viij.

De omnibus sanctis.

In festo omnium sanctoz. Sermo. j. In quo demonstrat cur omnium sanctorum festiuitas sub vna solēnitatis leticia celebretur.

Sermo. xxxvij.

Odie dilectissimi omniū sanctoz sub vna solēnitatis leticia celebram⁹ festiuitatē: quorū societate celū exultat: quoz patrocinijs terra letatur: q̄rū triūphis ecclesia sancta coronatur: quorum p̄fessio quāto in passiōe fortior: tāto est clarior in honore: q̄rū creuit pugna/creuit t pugnātiū gl̄ia: t martyrij triūph⁹ m̄ltiplici passionū genere adornatur: per que grauiora tormenta gratiosa fuere t premia: vbiq; catholica mater ecclia per totū orbem longe lateq; diffusa: in ipso capite suo xp̄o Jesu edocta cōtumelias crucis et mortem despicit non timere magis magisq; roborata est non resistendo sed perferendo. Uniuersos aūt q̄s agmine inclyto carcer penalis inclusit pari et simili calore virtutis ad gerendū certamē gl̄ie triūphalis inspirauit. O vere beata mater ecclia: quā sic honor diuine dignatiōis illuminat: quā vincentiū glorioſus martyrū sanguinis exornat: quā inuiolata cōfessionis cādida induit v̄ginitas. Floruit⁹ ei⁹ nec rose: nec lilia desunt. Certēt nūc carissimi singuli ad vtroq; honores/ap̄lissimas accipere dignitatum coronas: vel de virginitate candidas: vel de passione purpureas. In celestib⁹ castris par t acies habēt flores suos: q̄b⁹ milites xp̄i coronant. Dei enī ineffabilis et immēsa bonitas ēt q̄ pudit vt laborū quidē tēp⁹ t agonis non extenderet: nec longū faceret aut eternū: sed breue: t vt ita dicā: momēraneū: vt in hac breui t exigua vita agones eēnt t labores: in illa v̄ro q̄ ekna ē corona t p̄mia meritoz: vt labores q̄dē cito finirent: meritoziū v̄ro p̄mia sine fine durarent vt post hui⁹ mundi tenebras visuri essent cādidissimā lucē: t acepturi maiorē passionū cunctaz acerbitatib⁹ beatitudinē: testāte hoc ap̄lo vbi ait. Nō sunt condigne passiōes hui⁹ tp̄is ad supuenturā gloriā q̄ reuelabit in nobis. Ex leto sinu de p̄elio reuertentes ciuitas celestis excipit de hoste p̄strato trophea ferentib⁹ occurrit: cum triumphantibus virtis et femine veniunt que cū secūdo sexum quoq; vicerunt: t geminata gloria militie v̄gines cū pueris teneros annos v̄tutib⁹ transeūtes: sz t cetera fidelū turba aule perpetue regiā intrabit: q̄ sinceritatē fidei incōcussis p̄ceptoz celestiū disciplinis vnita pace obseruauerunt. Ergo agite nūc fratres aggrediamur iter vite: reuertamur ad ciuitatē celestē in qua scripti sum⁹ t ciues decreti. Non sum⁹ hospites sed ciues sanctoz t domestici dei: ēt illi⁹ heredes: coheredes aūt christi. Huius nobis vbis ianuas aperiet fortitudo: t fiducia latum prebebit ingressum. Consideremus ergo inclytam vbis illius felicitatem: inq̄tum cōsiderare possibile est. Ut enī vere est: cōprehendere nullus fmo suffi

ciet. Dicit de ea in q̄dā loco sic: q̄ aufugiet ibi dolor et tristicia et gemit⁹. Qui hac vita beati⁹: vbi nō est pauptatis metus/non egritudinis imbecillitas: Nemo ledit: irascit nemo: nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit: nullū cibi de sideriū/nulla horis pulsatio/aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli met⁹: insidie demonū nulle: terror gehenne procul. Moꝛs ibi neq; corporis neq; anime erit sed immortalitatis mūere vita locūda. Nulla erit tūc vsq; discordia sed cūcta consona: cūcta conuenientia: quia omniū sanctorum vna cōcordia: pax cuncta et leticia ptinet tranqlla sūt omnia t quieta. Jugis splendor non iste qui nūc est: sed tanto clarior quanto felicior: quia ciuitas illa: vt legit/nō egebit lumine solis: sed dñs omnipotēs illuminabit eā: t lucerna eius est agn⁹. Ubi sancti fulgebūt vt stelle in perpetuas eternitates: t sicut splēdor firmamēti q̄ ad iusticiā erudiūt multos. Quapropter nox ibi nulla/nulle tenebre/p̄cursus nubiū nullus/nec frigoris ardoris q̄sq; aspitas vlla: sed talis q̄dā erit rerū tēperies quā non oc̄s vidit/nec auris audiuit/nec in cor hoīs ascendit: nisi illoz⁹ q̄ ea perfrui digni iuniunt: quoz nomina scripta sunt in libro vite: qui t lauerūt stolas suas in sanguine agni: t sunt ante thronum dei seruiuntq; ei die ac nocte. Nō est senectus ibi: nec senectutis miseria: dū omnes occurrūt in virū perfectū: in mensuram etatis plenitudinis christi. Uerū super hec omnia est cōsociari angelorum t archangelorū cetib⁹: thronis etiam t dominationib⁹: principatib⁹ et potestatib⁹: oīmq; celestiū superarumq; virtutū contubernijs perfrui: t intueri agmina sanctorū splēdidi⁹ syderib⁹ micātia: patriarcharū fide fulgentia prophetarum spe letātia: apostolorum in duodecim tribub⁹ Israel ordē iudicantia: martyz purpureis victorie coronis lucentia: virginū quoq; choros cādētia serta gestantes inspicere. De rege aūt q̄ hoz medius residet dicere vox nulla sufficit. Effugit enim omnem sermonē: atq; omnē sensum hūane mentis excedit dec⁹ illud illa pulchritudo: illa virt⁹: illa gloria: illa magnificētia: illa maiestas. Ultra eni omnem sanctorū est gloriā ipsi⁹ inestimabilē aspicere conspectū: et splēdore maiestatis ei⁹ irradiari. Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre: si ipsam gehennā quotēpore tolerare vt christū videre digni possemus in gloria venientem et sanctorū ei⁹ numero sociari: nōne erat dignū pati omne quod triste est vt tanti boni tāteq; glorie participes haberemur? Que erit illa fratres charissimi iustoz gloria: q̄ grandis sanctoz leticia: cū vnaquecq; facies fulgebit vt sol: cū ordinib⁹ distinctis pp̄m suū dñs in regno patris sui ceperit recensere: et meritis atq; operib⁹ singuloz p̄mia promissa restituere? Pro terrenis celestia: pro tēporalibus sempiterna: p modicis magna p̄stare: adducere sanctos in visionem paterne glorie: et facere in celestib⁹ consedere: vt sit de⁹ omnia in omnib⁹: eternitatēq; amatoꝛib⁹ suis t immortalitatē largiri atq; eos quos sanguinis sui viuificatione reparauit: denuo ad paradisum reducere: regna celoz fide t veritate sue pollicitatiōis aperire: Hec hereant firmiter sen sib⁹ nostris: hec intelligant plena fide: hec toto corde diligantur: hec indefinentiū opez magnanimitate acquirātur. Reposita est in potestate facientis: q̄ regnū celoz vim patit. Res ista o homo: id est regnū celeste aliud non q̄rit p̄ clū q̄ teipsum. Tantum valet quantū es tu. Te da: t habebis illud. Quid turbaris de precio? Xp̄s semetipm tradidit vt acq̄reret te in regnū deo patri: ita t tu teipsū da vt sic regnū ei⁹: ac non regnet peccatū in mortali tuo corpore: sz spirit⁹ in acq̄sitionē vite. Ad hanc igit opez salutarē dilectissimi palmā libenter ac p̄opte certem⁹: omnes in agone iusticie deo et christo spectante curram⁹. Et q̄ seculo t mūdo maiores esse cepim⁹: a cursu nostro nulla seculi cupiditate retardemur. Si expeditos: si celeres i hoc opis agone currentes dies vltim⁹ inuenerit: nusq̄ dominꝰ meritis nostris ad premiū deerit remunerator. Qui coronā in p̄secutiōe purpureā pro passione donauit: ipse in pace viuētib⁹ pro iusticie meritis dabit candidā. Nam nec abraā: nec isaac: nec iacob occisi sunt: t tamen fidei et iusticie meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerūt. Ad quoz cōgregat conuiuiū: quisq̄s fidelis t iust⁹ t laudabilis inuenit. Memores esse debemus volūtatē nō nostrā sed dei facere debere: quia qui fecerit eius volūtatem: ipse manebit in eternum

quomodo et ille manebit ineternū. Qua propter charissimi mente integra: fide firma: virtute robusta: charitate pfecta parati ad omnē voluntatē dei simus: cōseruātes fortiter domínica mandata. In simplicitate seruate innocentiā: i charitate cōcordiā: modestiā in humilitate: diligentiam in administratione: vigilātiā in adiuuandis laborātibꝫ: misericordiam in fouendis pauperibꝫ: in defessa veritate pstātiā: in discipline seueritate cēsurā: ne aliqd ad exēplū bonoꝝ factorū in nobis desit. Hec sunt vestigia que nobis scti quiqꝫ reuertentes in patriā reliq̄runt: vt illoꝝ semitis inherentes sequeremur ad gaudia. Patriā q̄q; nostrā paradisum cū illis cōputemus/parentes patriarchas tam habere cepim⁹ cur non properam⁹ et currim⁹ vt patriam nostrā videre et parētes salutare possim⁹? Magnus illic nos charoꝝ numerus expectat: parētū: fratrū: filioꝝ freqns nos ꝛ copiosa turba desiderat: iā de sua icolumitate secura: adhuc de nostra salute solicita. Ad coꝝ pplexū ꝛ cōspectum venire: quāta illis ꝛ nobis in cōe leticia est? Qualis illic celestiū voluptas conseruoꝝ societatē expectantiū? Ex summa ꝛ perpetua felicitas? Illic apostoloꝝ gloriosus choꝝ: illic pphetarū exultantiū numerus insignis. Ibi martyꝝ ppls innumerabilis ob certaminū victoriam coronatur. Illic clarissima virginū turba letatur: illic etiā confessoꝝ fortitudo laudat. sed et illoꝝ remuneratio censet: qui pcepta dñica seruātes: ad celestes thesauros terrena patrimonia trāstulerūt. Ad hos electos dei auida cupiditate properemus: vt cū his cito esse: ꝛ cito nos ad christum puenire contingat: ad cū quē hui⁹ itineris ducē habeamus salutis auctorē: lucis principem: leticie largitorē: qui viuit et regnat cum deo patre oīpotente et spiritusancto in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Item in eodem festo. Homelia ō eo qō scriptū est in euangelio fm Mattheum. Videns iesus turbas ascendit in montem ⁊c. que supta est ex pmo libro de sermone dñi in monte. J. ⁊c.

¶ De animabus fidelium defunctorum.

¶ In die cōmemoratiōis aiarū fideliū defunctorum/de eo qō scriptū est in euāgelio fꝫ Mattheū. Venite bñdicti ⁊c. Sermo. j. In quo declarat cur in sententia iudicis solū opera pietatis facta vel non facta cōmemorantur.

QOdo cū euāgelica lectio legerēt: audiuim⁹ dicentem dñm. Venite bñdicti pcipite regnū qō vobis paratū est ab origine mundi. Ut ḡ ilā vocē desiderabilē audire: ꝛ ab auditu malo possitis p dei gratiam liberari: totis viribꝫ deo auxiliante prēdite lectionem diuinā in domibꝫ vestris frequenter legere: ꝛ in eccl'ia libenter ꝛ obedienter audire. Sicut illa vox desiderabilis est per quā dicitur misericordibꝫ. Venite benedicti percipite regnū: ita ecōtrario sceleratis ꝛ immisericordibus metuenda est ꝛ valde terribilis. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Auertat a nobis hoc de⁹ fratres charissimi: et ab auditu malo nos liberare dignetur: vt in nobis impleat illud qō scriptuꝫ est. In memoria eterna erit iust⁹: ab auditione mala non timebit. Hoc est auditū malū qō audituri sunt ipi. Discedite a me maledicti in ignē eternū. Irreuocabilis enī sīa erit: q̄a pissimo deo ideo multo ante pdicitur: vt a nobis totis viscerib⁹ caueat. Si enim nos deus noster vellet punire: non nos ante tot secula cōmoneret. In uitus q̄dāmodo vindicat: qui quō euadere possim⁹ multo ante demonstrat. Mō enī te vult percutere q̄ tibi clamat: obserua. Considerate tū q̄d dict⁹ est ad dexterā positis Venite (ict) bñdicti: pcipite regnū qō vobis paratū est ab origine mūdi. Aduertite fratres charissimi qr regnū celoꝝ nob predestinatū: gehēna aūt nō nobis sed diabolo ꝓparata ē. Deniq; sic audituri sunt ad sinistram. Esurtui enim ingt ⁊ nō dedistis mihi manducare. Ergo nec illi qui ad dexterā erunt: ideo accipiunt: quia nūq̄ peccauerunt: sed q: peccata sua mundare elemosynis studuerunt. Et illi qui ad sinistrā erunt non ideo mittunt ad ignē q: peccatores fuerunt: sed quia peccata sua elemosynis redimere noluerūt. Ac sic et illos largitas sola gl'ificabit: ꝛ illos sola sterilitas condēnabit: q: sicut impossibile est vt nullus hō possit sine peccato esse: sic per dei miam possibile est: vt bonis operibus ⁊ p: cipue elemosynis se vnusq̄sq; redimat a peccato: vt tamen i malo impleatur qō scriptuꝫ est. Judiciū sine misericordia illi qui non fecit misericordiam. Consequenter ⁊ in bono illud i psalmo. Dispersit dedit pauperib⁹: iusticia ei⁹ manet in seculū seculi. Et hoc considerate fratres ꝓ qua remittit in ignem eternum. Nō enim illis dicendū est: q: homicidia fecistis: adulteria cōmisistis: q: aliena substantia rapuistis/detractiones facere? Certe vbi volumus pmanere/illuc debem⁹ festinare. Fratres nos peregrini sumus in hoc mundo: puertamur ad dñm qui fecit nos. Fratres audistis q dñs vindicare veniet: ꝛ peccatores mittet in ignē eternum: sicut in psalmo dicit. Exurgat de⁹ ⁊ dissipentur inimici eius. Quid autem suis victurus sit in die illa audiamus. Venite benedicti patris mei. Et iusti regnabūt sine fine cum xpo: sicut dicit. Et iusti epulent ⁊ exultent in ꝓspectu dei. Et dñe: nōne bonū semē seminasti in agro tuo: vñ ḡ mixtū est zizania. Et ait illis. Inimic⁹ hō ɔ fecit. Primū colligite zizania ⁊ alligate per fasciculos ad ꝟburēdū. Messis hec est gen⁹ humanum in consummatione seculi ad iudiciū cōgregandū. Zizania peccatores. Inimic⁹ hō diabol⁹ q̄ supseminauit peccata. Messores sunt angeli q̄ eligunt iustos a peccatoribus. Ligate fasciculos: hoc est rapaces cū rapacib⁹: adulteros cū adulteris: fornicatores cū fornicatoribꝫ: homicidas cū homicidis: auaros cū auaris: iracūdos cū iracūdis: falsos testes cū falsis testib⁹: fures cū furib⁹: periuratores cū periuratoribus: similes cū similib⁹. Et sunt fasciculi ad ꝟburendum. Triticū aūt congregate in horreū meū: id est mittite iustos i paradisum. Fratres expauescere ⁊ timere debemus de tam breui lactetate: de tā longa fame: de tā lōgis tenebris: de tā breui luce. Dū tps habem⁹ cōuertamur ad dñs q̄ fec nos: vt non mereamur introire in illas tenebras: sed in lucē: qr omnis hō cui⁹ opa facit el⁹ fili⁹ est. Si opa dei facim⁹: filij dei sum⁹. Quod modo peccam⁹ cito emendare debemus: ⁊ nō addere peccata peccatis. Ān psalmista. Appōe iniquitatē sup iniquitatē eoꝝ: ⁊ nō intrēt in iusticiā tuā. Confessionem ḡram⁹ puro corde: ⁊ penitētiā donata a sacerdotib⁹ pficiamus. Molite irā recōdere in cordib⁹ vestris: qr qñ tram portam⁹: nec oratio: nec oblatio a deo recipitur. Date elemosynam: recipite peregrinos in domib⁹ vestris: pedes eoꝝ lauate: ⁊ lectos ipsoꝝ ꝓparate: dolentes cōsolamini. Molite despicere pegrinos: qr ipsi pegrini estis. Non circūeuntes fratrē tuū i negocio: qr de⁹ iudex est. Pauperes ⁊ viduas et orphanos nolite oppꝛimere. Molite de rapinis pauperum elemosynas facere. tristat q̄ pdidit: gaudet q̄ acqrit. lucrat pecuniā et perdit animā. Attendit q̄d acqrit: ⁊ non attēdit quid perdit. Fratres cū dñi adiutorio dū tps habem⁹ laborem⁹ q̄ten⁹ a malis simus penitentes/aut per ieiuniū/aut p elemosynas/aut per vigilias/aut per orationes/aut per charitatem vt mereamur peruenire ad regna celestia: vbi est satietas sine fame: vbi est lux sine tenebris: iuuēt⁹ sine senectute: reges sine labore: gaudium sine fine. Ipse qui nos creault nos adiuuet: vt ad celestia regna meresmur pueni re: per christum dominum nostrum.

¶ Eodem die. De iudicio extremo cogitando: signaq; iudicium extremum precedentia demonstrat. Sermo. iij.

OFratres kr̄i q̄ timēdus est ille dies in quo dñs noster iesus xp̄s ꝓponit venire cū flamma ignis qui inflāmabit aduersarios suos ⁊ eos q̄ faciunt iniquitatem. In illa die plāgēt sup se oēs tribus terre: et videbunt filiū hominis venientē in nubib⁹ celi cum virtute magna ⁊ maiestate excelsa: ⁊ cōmouebit aī eū terra et peccatores peribunt: ⁊ celū plicabitur ⁊ mare siccabitur et montes sicut cera ardebunt ⁊ terra vsq; ad inferos. Sol conuertetur in tenebras: et luna non dabit lumen suū: ⁊ stelle cadēt de celo in terrā: ⁊ virtutes celoꝝ pmouebunt: ⁊ tūc apparebit signū filij hominis qō est crux xp̄i: in cui⁹ lumie tenebrabitur totus mūdus. Tūc sancti volabūt obuiā xp̄o in aera: ⁊ sic semp cū dño erunt: peccatores aūt peribūt ⁊ cōfundent. Et tūc flet iudiciū. Et tunc veniet domin⁹ noster iesus xp̄s: et mittet angelos suos ad quattuoꝝ āgulos terre et congregabūt electos ei⁹ a summo celi vsq; ad summū ei⁹ et tunc separabit dñs sctos suos a peccatoribꝫ ⁊ mittet eos in caminū ignis ardētis: ibi erit flet⁹ ⁊ stridor dentiū: q̄ preparatus est diabolo ⁊ angelis ei⁹. Ue illis hominib⁹ q̄ habebūt māsionē cū diabolo: ex qua ascendet fum⁹ tormentoꝝ i secula seculoꝝ. Quoꝝ vermes non morientur: ⁊ ignis nō extinguet. In qua nulla vox nisi gemitus: vbi nulla requies ꝛ semp inquietudo. In qua nullū habebunt refrigerium sed semp flammā: vbi lux nunq̄ videbitur nisi tenebre et nō venient vnq̄ in memoriā ante deū. Quoꝝ cib⁹ est cruciatus ⁊ mansio eorum cum diabolo: vbi nulla visitatio nisi pena. O hō q̄ desideras regnū dei possidere: cur fecisti malū: dum potes emenda: dū tēp⁹ habes clama ad oīpotentē deū: dum dat spaciū luge: dū licentia est penitea: festia dū potes: dū aīa ⁊ sat in corpore: dū adhuc viuis futuꝝ remediū require tibi/ pri⁹ q̄m te ꝓfundū absorbeat pelagus: ⁊ pri⁹ q̄m te malign⁹ rapiat infern⁹: vbi nulla dat indulgētia: vbi nullus regredit ad venia: de q̄ pena pri⁹ nos dñs eripere dignet: qui cū deo pfeviit et regnat p oīa secula seculoꝝ. Amen.

¶ Eodē die. De igne purgatorij: ⁊ quō nō criminalia sed venialia purgabit. Sermo. iiij.

AM lectione aplica ffres kr̄i audiuim⁹ apl'm dicē: tem. Fundamentū aliud nemo pōt ponere preter id qō positū est: q̄ est xp̄s iesus. Si quis aūt supedificat supra fundamentum hoc aurum/argentum/lapides precīosos/ligna/fenum/stipulā/ vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim dñi declarabit. qr in igne revelabit: ⁊ vniuscuiusq; opus q̄le sit: ignis cōprobabit. Si cuius opus mānserit q̄ supedificauit: mercedē accipiet. Si cui⁹ opus arserit detrimentum patiet: ipse aūt saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Multi sunt q̄ lectionem istā male intelligentes falsa securitate decipiuntur: dū credūt q̄ si supra fundamentū xp̄i capitalia crimina edificēt: pcta ipsa per ignē translitoriū possint purgari: ⁊ ipsi postea ad vitam ppetuā puenire. Intellect⁹ iste fratres charissimi corrigendus est: qr ipsi se seducunt q̄ taliter sibi blandiuntur. Illo enī trāsitorio igne: de quo dixit apl's. Ipse aūt salu⁹ erit sic tñ q̄si p ignē nō capitalia: fꝫ minuta pcta purgāt. Et q̄uis q̄ pet⁹ nō solū maiora: fꝫ ēt minuta si nimiū plura sint mergūt. De ipsis tñ maioribꝫ siue minoribꝫ peccatis ⁊ si nō oīa vel aliqua memoranda sunt: ne aliquis se inaniter excusare conetur: ⁊ dicat nescire se q̄ sint minuta peccata vel que crimina capitalia. Et q̄uis apl's capitalia plura cōmemorauerit: nos tñ ne desperationem faceremus: breuiter dicim⁹ q̄ sunt illa. Sacrilegiū: homicidiū: adulteriū: falsum testimoniū: furtū: rapina: supbia: inuidia: auaritia: ⁊ si lōgo tpe teneat tracūdia: ⁊ ebrietas si assidua sit in eoꝝ nūero cōputat. Quicūq; em aliq̄ de istis peccatis i se dñari cognouerit: nisi digne se emendauerit: ⁊ si hūerit spaciū lōgo tpe penitentiā egerit: ⁊ largas elemosynas erogauerit: ⁊ a peccatis ipsis abstinuerit: illo transitorio igne: de quo aīt apl's: purgari nō pōtit: fꝫ etna illū flāma sine vllo remedio cruciabit. Que aūt sunt minuta pcta: ⁊ oīb⁹ nota sint: tñ q: lōgū est vt oīa replicenꝫ: op⁹ est vt ex eis vel aliqua noiem⁹. Quotiēs aliqs in cibo aut ī potu plus accipit q̄ necesse sit: ad minuta pcta nouerit ptinere. Quotiens plus loqr q̄ oportet: aut plus tacet q̄ expedit. Quotiens pauperē ipoztune petentē exasperat. Quotiens cū corpore sit san⁹ aliis ieiunantibus prādere voluerit: aut somno dedit⁹ tardi⁹ ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto desiderio filioꝝ vxorem suam cognouerit. Quotiēs in carcere clausos et in vinculis positos tardius requisierit. Quotiens infirmos tardi⁹ visitauerit. Si discordes ad concordiā reuocare neglexerit. Si plus aut pximū aut vxorē aut filiū aut seruū exasperauerit q̄ oportet. Si ampli⁹ fuerit blādit⁹ q̄ expedit. Si cuicūq; maiori persone aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit Si pauperibus esurientibus cibus non dederit: aut nimiū delitiosa aut sumptuosa sibi quiuta ꝓparault. Si se i eccl'ia aut extra eccl'iā fabulis ociosis de q̄bus in die iudicij ratio reddenda est occupauerit. Si oū incaute iuram⁹: ⁊ cū ō q̄ aliquam necessitatem implere non poterimus vtiq; piurāmus. Et cum omni facilitate vt temeritate maledicim⁹: cū scīptū sit. Neq; maledici regnū dei possidebūt. Et cū aliqd suspicamur temere: qō tñ pierūq; non ita vt credimus con-

Annotatō nūeralis ordis sermonū hui⁹ opis. Ma. xxv.

